In primis notandum quod duplicem archam [...]: prima est prima genesis 6 ut in parte ista: fac tibi archam etc. Secunda est militans ecclesia Exodi 37: fecit Bezeleel archam de lignis sethim habentem duos semis cubitos. Tertia est virgo Maria psalmo 131: surge domine in requiem tuam tu et archa sanctificationis tue. Quarta est triumphans ecclesia Apocalypsis 12: apertum est templum dei in celo et visa est archa testamenti. Nunc ad literam attendo dicens: fac tibi archam scilicet ad tuam salutem et utilitatem et aliorum qui totum sunt salvandi. Archam inquit que non sit facta per modum navis, quia per modum arche quadrata lata habentes tamen erat inequalia ut infra. Et dicitur a barcando quia undique clausa. Hec creditur fuisse prima navis ut in glossa. Fecit autem dapsam inventionem per navis. De lignis levigatis id est dolatis seu politis in glossa et complanatis ne quid noceret. Inventum vel glossa: ideo politis ut melius et immediate applicantur et iungerentur. Glossa de lignis fortibus indissolubilibus et bene coaptatis. Alia litera habet: sed de lignis quadratis scilicet ut nec undarum aquarum nec impulsibus ventorum solverentur. Mansiunculas in ea facies id est mansiones distinctas. Et sicut inferius lxx habent hic bicamerata et tricamerata id est archa facies bicamerata et tricamerata id est superioribus quod factum est ut dicit glossa ad distinctionem animalium. Secundum Strabum in inferioribus eius dicunt quidam fuisse duplex solarium quo distinguebatur pars inferior a superiori. Ita quod pars inferior dividebatur uno solario in duas mansiones, et iuxta supposita quarum una inferior secundum glossam dicebatur sterquilinia ubi immunditie totius navis in sentina defluebant. Secunda est superior apotecaria in qua victualia ad opus animalium et hominum erant reposita. Pars vero superior dupli pariete dividebatur in tres mansiones quarum una erat animalium silvestrium immitium. Media hominum et animalium mansuetorum. Secunda animalium [...]. Et figura arche ponitur in aliquibus libris. Sed obmitto hic [...] materiales figuras ut possem aliquid dicere de intellectualibus ponendo expositionem [...]. Item secundum Hugonem intra archam fuit duplex solarium et triplex mansio distincta secundum altitudinem arche duplici solario et pars inferior que dicebatur sentina remansit indistincta occupans totum fundum arche in longum et in latum. Secunda pars super primum solarium distincta erat uno pariete medio inter duas cameras quarum una erat sterquilinia altera apotecaria. Tertia mansio super secundum solarium dupli pariete in medio in tres cameras distinguebatur quarum una erat animalium mansuetorum. Media hominum et animalium, tertia ferarum. Sic ergo habens que in inferiori parte nec mansionem una tamen erat camerata secunda bicamerata tertia tricamerata. Cuius imago patet in dispositione alterius figure.

Secundum glossam Strabi vero archa fuit quadruplex solarium quo distincta fuit ipsa archa in quinque mansiones inferius supposita sive camerata. Prima fuit sterquilinia in qua defluebant omnes immunditie ne habitantes in archa contingerent. Secunda super primum solarium apotecaria. Tertia super secundum solarium animalium immitium. Quarta super tertium solarium

bene polite quia quod politum et planum est quod de levigatis hic ut melius coniungerentur hebrei habent bituminatis ut dicit polite

Versa pos[...] illorum [...]te.

animalium mansuetorum. Tertia super eam solarium et supra hoc erat camera. Secundum hebreos archa
fuit maior solaria et mansio prius hoc modo. Hostium vero ut dicit glossa dat ubi bica-
merata et tricamerata ingrediebantur vel intraret apotecaria et bestiarum hirracorum etc.
Dicit ergo mansiunculas in archa facies id est distinctas mansiones. Et bitumine linies
intrinsecus et extrinsecus, ne dissoluatur ab hiis que intra sunt vel ab hiis que
extra. Glossa dicit quod bitumen est adeo fortissimum glutinum quo ligna linita nunquam
dissoluuntur nec ventibus possunt corrodi nec sole ardente et aquarum inundacione
dissoluuntur. Et Josephus dicit bituminis inquit sunt plures lacus in Iudea et coma-
gine est stagnum emittens tam forte gluten ut eo possit ciuitatem defendere. Si
in circuitu ciuitatum spargitur tactum eum adherens retrahit fugientem. Est et in
Syria salinarum tam forte ut nec ventus moueatur. Sunt et in Babilone putei
bituminis quo usi sunt filii Adam in constructione turris Babel cum deesset eis cementum firmissimum
est. Solinus etiam dicit quod olofatites lacus in India gignit bitumen adeo lentum mol-
liciei glutinose ut a se nequeat separari nisi sanguine menstruo inficiatur. Igitur
ergo bitumine preceptum est Noe archam liniri. Littera hebrayca habet pice linies eam.
Quod autem fuit linita intrinsecus et extrinsecus hic fuit propter magnum impetum aquarum
et quia diu stetit in aqua. Vasculum autem illud in quo fuit positus Moyses
fuit tantum linitum extrinsecus quia non diu stetit in aqua nec etiam erat ita impe-
tuosa. Hebrei dicunt quod hoc fuit ne in aliis odor picis non posset inferri intrin-
secus posito. Trecentorum cubitorum erit longitudo arche scilicet geometricorum. Glossa. Alioquin tan-
ta capere non posset. Geometricus autem cubitus continet sex cubitos usuales siue
nouem pedes. Cubitus vero usualis tenet unum pedem et dimidium id est tantam longi-
tudinem quanta est a cubito brachii usque ad manum secundum aliquos. Secundum vero alios te-
net duos pedes id est tantum quantum est spacium a cubito brachii usque ad summitatem
digitorum, quod est magis verisimile secundum iudicium magistri Nicolai de Lyra. Pedes enim illius
temporis erant maiores quam nunc sicut et homines erant maiores quam nunc
in mole et duracione. Hebrei autem loco cubitorum dicunt ulnarum. Et hec in
loco et pluribus aliis scripture. Videtur quod ulna tota erat cubitalis longitudinis
tamen. Quinquaginta cubitorum scilicet geometricorum latitudo. Non fuit quadrangulata scilicet
non quadrata. Et xxx cubitorum altitudo eius scilicet quo potuit tota longitudo et
latitudo in cubito consummari, et altitudo ultra xxx cubitos non ascendebat.
Dicunt aliqui quod corpus arche erat tante altitudinis preter tectum. Alii autem dicunt
quod altitudo tecti hic includitur. Secundum Ysidorum vero dicitur cum legitur archa xxx cubitos
habuisse in altum intelligitur a fundo inferiori usque ad tabulatum. Exinde vero scilicet a
tabulato ascendebat ad modum tecti donec in uno cubito longitudinis et latitudinis summitas
perficeretur. Et tunc erat altitudo non usque ad summum ut dicunt expositores scilicet usque ad tabulatum
sub quo ligna et parietes erecti stabant, et supra quod erat concauitas tecti, quia ut
predictum dicitur quod summitas in cubito debet consummari, non posset tanta longitudo et la-
titudo modo ad unum cubitum conuenire, quia tunc ascensus inordinatus esset respectu tante lo-
ngitudinis. Fenestram in archa facies scilicet ad illuminandum eam et emittendum coruum
et columbam. Secundum glossam hebreorum habet lucidam. Et dicunt aliqui quod ista lucida erat lapis
preciosus siue lumine illustrans archam scilicet carbunculus. Alii etiam dicunt quod fuit fe-
nestra cristallina ut lumen reciperet et aquas prohiberet. Sed videtur difficile quod una fenestra
sufficeret illuminare tantum edificium et maxime tot mansionibus distinctum. Ideo dicunt
alii quod erant ibi plures alie fenestre scilicet una erat maior et principalior et ideo de illa
sola fit hic mencio. Cristallina id est fenestre erant, quia si vitrea fuissent de facili im-
pulsu aquarum tactu ut tunc contingit aliquo frangi potuissent. Et in cubito con-
summabis summitatem eius scilicet uno geometrico. Nam ab angulis arche superioribus tectum
ascendebat stringendo ita quod in summitate latera non distabant nisi per cubitum. Et hoc
erat ut pluuia descendens supra tectum ex archa refluat facilius. Et ut archa int...

[Marginal notes:]
vel et est tenacissimum
vasculum
scilicet ut dicunt aliqui

impetus undarum statim submergi. Ex hac autem descriptione videtur archa quadrangula fuisse
non ita in summitatibus acuta sicut communiter naves solent esse. Ubi cum latitudo eius fuit
continua a capite usque ad finem quia latitudo fuit l cubitorum tunc caput ipsius arche
et finis fuerunt l cubitorum latitudinis. Et vero melius non potuit fieri quam in quadrata
stabilitate consistit. Nec impulsu ventorum nec impetu fluctuum nec magnitudine
animalium inclinari posset. Deinde autem xxx cubitorum altitudo iubetur fieri et in
cubito consummabis longitudinem eius et latitudinem consummans inter ab ymo usque ad
summum in breve paulatim deducta ut pluvia super ea non inveniret
locum remanendi sed potius ut videtur statim deflueret. Fenestram autem ideo in archa
fecit ut inter visum est ut Noe haberet unde aves ad explorandam siccitatem terre
emitteret. Sequitur hostium autem arche pones in latere. scilicet per quod homines et animalia
introducerentur. Hic est primus secundum hebraicam veritatem hostium cum arche non pe-
tebat poni convenienter in inferiori parte quia archa fuit profundata inter aquas
per xv cubitos et plus ut videbitur infra. Item secundum expositores istud hostium
fuit in confinio utriusque animalium et apotece ita quod ad hostium erat supra
duas mansiones. Deorsum cenacula et tristega facies in ea. Hebraicus textus
quod infima 2a et tria vel trina. Ex quo patet quod hic deorsum iungitur cum tra-
sequenti. Secundum cum istam veritatem videtur quod in archa erant tres mansiones
ascendendo una super alteram. Ita quod infima vocabatur sentina vel stercoraria
quia feces in defluebant. Et ita quod fuisse simplex absque alia inclusione. Media
autem vocabatur apotheca quia in reposita erant victualia. Et dicitur fuisse bi-
camerata quia aliqua animalia vivunt herbis alia fructibus. Et ideo in una di-
stinctione erant fructus in alia herbe. Superior autem mansio quia maior erat
distincta duabus inclusionibus et sic erant ibi tria spacia. Medium erat
pro hominibus et ambiguis. Duo autem lateralia pro animalibus mitibus et immitibus. Alii
dicunt quod iste quinque mansiones erant absque distinctione media una super alia
secundum longitudinem et latitudinem arche. Secundum et quod quadratum huius arche non
potest figurari in plano. Sed figurantur unum latus secundum longitudinem et alia tria la-
tera supponenda sunt 2m ymaginationem inspicientis. Sed plus expositio magis consonat
litere in hebraico et latino. Strabus autem exponit in glosa sic hostium arche pone in latere
hic est primus deorsum cenacula in habitacula distincta et tristega in tria tecta
quod est tres et tego. Vel tectum cui habet lxx habent bicamerata et tricamerata
quod uno autem hic tria tecta diversa a diversis facta intelligunt et in bicamerata et
tricamerata quod per se describatur in margine. Secundum descriptionem Josephi secto-
rata inferior propter sui vilitatem tectum non nominatur et ideo supra ipsam et infra
tectum superius non nominatur quia non fuerat habitaculum distinctum. Tria tecta
describit faciunt tres distinctas cameras vel mansiones sub quibus
alie adhuc sunt due. Hec dicit Augustinus autem aliter describit pictura ut describuntur in margine
Sequitur Ecce ego adducam aquas diluvii in primo est quod ego et non alius quia
non est naturalis factum diluvii sed divino iudicio. Aquas dicit in plurali scilicet labiles
et vaporabiles id est fluviales et pluviales diluvium dicitur a delendo. Quia
supra dixerat delebo inquit hominem quem creavi etc. super terram et interficiam omnem
carnem id est pro maxima parte. Et ibi est distributio accomodata in qua carne spiritus
vite est subtus celum hic dicit quo ad volatilia que volant iuxta celum secundum apparentiam
et universa que in terra sunt consumentur hic dicit quantum ad terrestria. Ad differentiam eorum que
in aquis vivunt. Aquatilia enim non fuit infecta nec aqua propter peccatum ade fuit
maledicta sicut terra propter quod in ieiuniis comeduntur aquatilia.

Hostium autem archa diversa continens animalia significat ecclesiam que diversas gentes

in fluctibus huius mundi continet. Et sic archa per archam et lignum salvata est. Ita ecclesia
per baptismum et crucem redempta est. Et sic archa bitumine intus sita et exterius que li-
nita est ut tota in sua integritate sit firma. Ita sancta ecclesia linitur per graciam spei
dilectionem dei et proximi intus ne ut ab hiis qui extra sunt scilicet paganis impetatur
exterius ut ab hiis qui intra sunt per pravos mali christiani solvatur ab unitate fidei
interius. Quod autem altitudo eius xxx cubitis surgit, que numerum decies habet in trecentis
cubitis arche longitudo designat. Christus est altitudo nostra qui xxx annorum etate ge-
rens doctrine evangelium consecravit contestans legem se non venisse solvere sed adimple-
re. Legislatorem autem inde esse preceptis agnoscitur. Hinc decies trecenis arche longitudo
perficitur. Unde et ipse Noe ab Adam decimus computatur. Et sexies longa altitudine
et decies longa ad altitudinem suam humani corporis mensuram ostendit, in quo Christus
apparuit. Corporis enim longitudo que est a vertice ad vestigium sexies tantum habet quantum
latitudo eius ab uno latere ad alterum latus, et decies tantum quantum altitudo. Cuius altitudo
mensura est in latere a dorso ad ventrem velud si iacentem hominem supinum vel pronum me-
tiaris. Sexies tantum longus est a capite usque ad pedes quam latus a dextera in
sinistram vel sinistra ad dexteram, et decies quam altus a terra. Unde facta est
archa trecentorum cubitorum in longitudine et quinquaginta in latitudine et triginta in
altitudine. Vel quia trecenarius est perfectus numerus habet archa trecentos cubitos longitudinis
ut qui longitudinem eterne vite perfecte vult invenire fidem suscipiat sancte trinitatis.
Et quia quinquagenarius numerus [illegible] per decalogum legis [illegible]
transgressionem deum sepe offendimus et conservatum indulgencie et remissionis
et lex precipit ut si quis perdidisset possessionem ut libertatem suam recuperaret quinquagesimo
ad priorem rediret. Ideo Christus in archa sua id est que humanum genus de interitu liberat
id est in ecclesia sua quinquagenarium numerum collocat in latitudine, signum fidei sue per totum
mundum dilatandam et diffamandam quod remissionem peccatorum omnibus in se credentibus
dedisset. Quod autem altitudo dicitur xxx cubitorum fidem sancte trinitatis significat, quia cum
dominus tempore predicacionis triginta annorum legitur fuisse. Ioseph etiam qui eius figuram
tenuit xxx annorum fuit quando principatum totius egipti suscepit. Quinquagesimus
etiam dies festus datur in consecratione novarum frugum. Vel altitudo arche est latitudo
trinitatis altitudo spei que ad celestia erigit mentem. Et hec tria in unum conveniunt
vel archa que in unum cubitum consummatur. Fit sancta ecclesia que in unitate fidei
collocata in una celesti gloria perficitur. Quod autem additur ei fit a latere, quia nemo [i. hostium]
intrat in ecclesiam nisi per sacramentum remissionis peccatorum quod de Christi latere aperte ma-
navit. Et sic in inferioribus partibus arche est diversitas multorum animalium. In
summitate autem arche est unitas cubiti. Ita in hac inferiori parte arche id est presenti
ecclesia est diversitas gentium. In summitate autem arche erit una gloria ubi deus erit
omnia in omnibus. Et sic archa ampla est in inferioribus id est in inmundis animalibus,
superioribus autem stricta. Ita sancta ecclesia carnalibus hominibus latam vitam ducentibus est
lata, paucis vero spiritualibus est angusta. Videmus enim multos in ecclesia sancta in
superbiam erigi, in carnis voluptate dissolvi, in acquirendis divitiis inhiare,
rapinis [illegible] [illegible] molestare proximos quos non prevalent
ledere. Sed eos adhuc sancta ecclesia tolerat, ut [illegible] que in arche latitudine
deorsum bestie morantur. Videmus alios iam [illegible] non [illegible] iniuria sustinere
rebus propriis contentos simul vivere. Sed quia isti pauci sunt ita angustatur
archa. Alios autem conspicimus et possessiones relinquentes nullum terrenis rebus
studium dare, inimicos diligere, carnem a cunctis voluptatibus domare, contra
omnes temptaciones [illegible] [illegible] celeste desiderium contemplacionis per [illegible]
sublevari. Sed quia tales quique valde rari sunt, ita archa in [illegible] cubitum

ducetur ubi homines et volatilia continentur. Sequitur textus.

Ponamque fedus meum tecum et ingredieris archam tu et filii tui uxor tua et uxores filiorum tuorum. Et ex cunctis animantibus universe carnis bina induces in archam ut vivant tecum masculini sexus et feminini. De volucribus iuxta genus suum et de iumentis in genere suo et ex omni reptili terre secundum genus suum bina de omnibus ingredientur tecum ut possint vivere. Tolles igitur tecum ex omnibus escis que mandi possunt et comportabis aput te et erunt tibi quam illis in escas. Fecit igitur Noe omnia que preceperat illi deus.

Hic legislator tangit arche utilitatem primo in reparatione hominum secundo animalium ibi et ex cunctis, tercio victualium ibi tolles igitur. Dicit ergo ponamque fedus meum quod cetera omnia interficietur et tu salvaberis. Fedus meum tecum glossa de te et de familia tua conservanda ad reparationem humani generis. Hic Nicolaus dicit quod non loquitur hic de federe quod pepigit cum Noe per apparitionem iridis ut habetur infra ix capitulo sed magis de federe ad conservationem ipsius Noe et societatem suam a malis hominibus illius temporis. Dicebat enim quod si viderent eum velle intrare archam ipsum interficerent ne ipsis morientibus in diluvio ipse evaderet. Et hoc est quod videtur sonare littera et ingredieris archam tu et filii tui salvi etc. Doctor autem Paulus Burgensis episcopus addit sic dicens quod mali homines illius temporis volebant interficere Noe si viderent ipsum intrare in archam videntes fictionem cum nullum haberent in scripturis fundamentum. Noe etc. Hic requiritur ad plenum [illegible] habendum. Indigebat enim Noe maxime conservatione divina ne periclitaretur cum suis in tot fluctibus et maximis inundationibus diluvii in repparatis concussionibus in quibus sepe periclitantur experti in arte navigatoria. Unde requirebatur fedus divinum scilicet eius servatio ad hoc ut ab huiusmodi periculis esset tuta ad humani generis reparationem. Sed glossa intelligit in isto loco ubi dicitur ponamque fedus meum dicit de te et familia tua conservanda ad reparationem humani generis ad quod sequitur satis concordat cum dicit ingredieris archam tu et filii tui. Hic et ingredi possis securus a periculis orientibus. Ingredieris scilicet per hostium et tu et filiorum tuorum uxores tecum. In quo notatur quod ingressi fuerunt divisi mulieres et viri. In egressu coniuncti in quo significatur quod tempore luctus non est vacandum amplexibus. Ecclesiastes 3 omnia tempus habent et tempus flendi et tempus amplexandi. Et sequitur et ex cunctis animantibus universe carnis bina scilicet animalia induces in archam ut vivant tecum masculini sexus et feminini scilicet animalia. Et nota quod hic bina non dicit numerum sed respicit ad numerum sed ad sexum binarium scilicet coniuncta scilicet masculum et feminam. De volucribus iuxta genus suum et dicit notanter iuxta quia ista differunt et ita plurimos fetus producunt. Et de iumentis in genere suo. Hic dicit quia ista immediate generant. Et ex omni reptili terre secundum genus suum. Aquatilia enim reptilia poterant salvari. Bina de omnibus ingredientur tecum scilicet sponte divino instinctu non hominis actu ut dicit glossa. Ut possint vivere. Ex quo patet quod pisces non fuerunt ibi positi quia salvati fuerunt in aquis. Peccata enim hominum que adduxerunt diluvium super terram facta fuerunt in terra et non in aqua. Et ideo non pisces non sunt mortui sicut animalia et aves. Tolles igitur tecum ex omnibus escis que mandi possunt et comportabis aput te id est in tua potestate. Et erunt tam tibi quam illis in cibum. Volebat deus ut animalia iuxta hominem et per hominis providentiam vivant. Non non exigunt divitie quia dabat canibus sed quia non dabat pauperibus Luce 16. Et hic dum habentur illa animalia ad necessitatem vel utilitatem non ad vanitatem. Fecit igitur Noe omnia

quod precepit ei deus scilicet m(ihi) permittens propter perfectam obedientiam fecit dico cum adiutorio fi-
liorum suorum et forte cum adiutorio aliorum qui tamen in diluvio perierunt/

Item potest esse alia archa mistica quantum ad archam predictam est. fuit de lignis levigatis
habens mansiunculas et fuit bitumine linita / ligna levigata sunt homines qui
dimiserunt peccatorum asperitatem hebetes scilicet deponentes omne pondus et instantes nos peccatum(?)
Et ligna debent dolari a superfluo curiositatis / unde dicitur quod domus dei edificatur
de lapidibus dolatis et sectis/ Item debent esse ligna imputribilia contra fluxibus
carnalium voluptatum propter quod archa ad literam facta de lignis imputribilibus—

Mansiuncule huius arche sunt tres partes penitentie / Contritio / Confessio et satisfactio
que penitentia debet esse linita bitumine i. humilitate intus quantum ad affectum et
extra quantum ad effectum / qui enim ceteras virtutes sine humilitate congregat quasi pul-
verem in ventum portat / Item hec archa aquis elevatur i. celestibus superedificat-(?)
tur a diluvio liberatur quia a peccatis conservatur / et crescentibus [illegible] ad porti-(?)
am ad montem armenie / hoc est ad regnum celorum quando penitentiam agite appropinquabit
enim regnum celorum / Item quia dicitur hic exceptis animantibus universe carnis

Hic solet queri utrum in archa ex cunctis animantibus universe carnis fuerint animalia
Item fuerint animalia ibi generata ex putrefactione / Item utrum illa que nascuntur ex co-
mixtione diversorum generum ut sunt burdones et muli etc. / Respondeo Magister et dicit
quod non fuit necesse illa que generantur ex putrefactione in archa ponere [illegible] exponit
illud de volucribus secundum genus suum i. secundum quod sibi conveniunt ad generandum

Item dicit quod Hugo quod ex commixtione diverse speciei generantur non fuerunt ibi
unde dicit et determinetur in genere suo / Et quia queritur utrum serpentes fuerint ibi
Concedatur quod fuerunt ibi Nec obstat quod dicitur bina inducens in archa quia
illud intelligitur de hiis que multiplicantur generatione et commixtione / Item queritur utrum
animalia que vivunt in aqua et terra fuerint ibi ut sunt bufones(?) et vi-
tuli marini / Solet dici quod non fuerunt ibi. Sed habebant loculos separatos in
quibus se poterant recipere sicut in arida et deinde ad aquam redire

Item utrum animalia que vescuntur carnibus habuerint animalia quibus vescerentur
ultra numerum prefixum / Et hoc est quod [illegible] Augustinus Et videtur quod magis credendum est preter
carnes alimenta esse que omnibus poterint convenire [illegible] sunt quibus
caro cibus est que fructibus pomisque vescuntur ultra numerum prefixum / Potuit ergo vir
sapiens divinitus admonitus alimonia preter carnes que cuique conveniret reperire et
omnes cogit fames comedere vel vesci Nichil enim est quod deus [illegible] salu-
bre facere non possit/

Dixitque dominus ad eum Ingredere tu et omnis domus tua in archam
te enim vidi iustum coram me in generatione hac Ex omnibus ani-
mantibus mundis tolle septena et septena masculum et feminam de
animantibus vero inmundis duo et duo masculum et feminam Sed et de volati-
libus celi septena et septena masculum et feminam ut salvetur semen super faciem
universe terre Adhuc enim et post dies vii ego pluam super terram xl diebus et
xl noctibus et delebo omnem substantiam quam feci de superficie terre.

Quam in continuatione sit(?) [illegible] superius posuit inductivas causas diluvii hic
inductorum [illegible] determinat et ponit ipsa inundantia Et primo determinat ingressum
Noe in archam per quem ingressum facta est salvatio bonorum Secundo effusio diluvii
super terram per quod facta est submersio malorum ibi Factum est diluvium / Circa ingressum
primo determinat preceptum ingrediendi Secundo impletio precepti ibi Fecit ergo Noe
Tertio tempus completionis impletionis ibi Cumque transissent / In precepto primo de-

liminatur quibus cum quibus intrat. Propter que et quot animalia scilicet intrauerunt ibi ex omnibus
Ro quare intrare optebat ibi ad hoc considerandum. Et quod dixit quod deus ad eum scilicet loquendo
ei parabolis sensibilibus ut per se ipsum interius reuelando intelligibiliter ingredere
tu scilicet primo et principaliter quia propter eius sanctitatem reliqui sunt saluati specialiter. Et
quia Noe iustus est perfectus in [illegible] et in tempore iracundie factus est reconciliatio. Ideo dimis-
sum est reliquiae terre cum factum est diluuium id est octo persone sunt dimisse in archam salua-
te ad multiplicandum super terram genus humanum testamenta facta id est promissiones de
seruando per diluuium non delendo posita sunt apud ipsum videlicet Gen. ix hoc est signum federis
quod fit inter me et vos. Ingredere ingrediens [illegible] te ad ingressum qui post [illegible]
dies ingressus est ut infra, et omnis domus tua in archam scilicet filiorum [illegible] non
seruorum aut ancillarum si qui tunc [illegible]. Te enim quod [illegible] te parata domini
ne Naz te vidi iustum coram me visione [illegible] non solum
sufficienti sed abundanti in generatione hac id est hominum vt genus humanum. Ex omnibus
animantibus mundis id est aptis ad comedendum vt pocius ad sacrificandum tolle.
Dicunt aliqui quod munda et immunda dicuntur hic pro futuro id est que distinguenda
sunt munda ab immundis per legem dandam tempore Moysi. Hebrei autem dicunt quod ante
legem fuit distinctio mundorum et immundorum in ordine quantum ad oblacionem et sacrificium
videlicet pro illud quod dicitur capitulo sequenti vbi dicitur quod Noe obtulit sacrificium de animalibus
mundis tunc vero et alia legalia seruata sunt ante legem sic de obseruatione
sabbati videlicet supra 2º capitulo et de prohibicione esus sanguinis videlicet in ix capitulo et de circum-
cisione videlicet xvii capitulo. Septena et septena tolle. Ex hoc loco dicit quidam expo-
sitor Andreas quod de animalibus mundis fuerunt [illegible] xiiii .a. masculi et .a. femelle
de immundis vero duo masculus et femella. Et arguit hoc ex textu qui dicitur
in sequenti quod mouentur [illegible] duo et duo ingressa sunt ad Noe in archam
et propterea dicit quod ingressa sunt masculus et femina ex omni carne introierunt
et ideo improbat dictum eorum qui dicunt quod de animalibus mundis et animalibus fuerunt
septem tantum individua vi ad multiplicandum propagationem id est tres masculi et tres
femelle. Septimum autem fuit masculus vt haberet Noe quod offerret in exitu de
archa. quia vt arguit iste Andreas sic introisse septimum individuum non
combinatum [illegible] masculus siue femina quod videtur [illegible] preallegata. Nec
vt dicunt oportet addi septimum propter oblacionem fiendam quia sciebat Noe quod dominus
daret in archa animalia et aues et ibi [illegible] et sic de
fetibus et pullis potuit sacrificare. Sed dictum istius Andree videtur esse minus
rationabile quam aliorum. quia si de mundis fuisset ibi xiiii archa fuisset ni-
mis occupata de tot animalibus et animalibus et cibis eorum. Item non fuit [illegible]
ta tot individua nisi ad multiplicacionem et oblacionem. Ad multiplicacionem autem
sufficiebant tres masculi et tres femelle de qualibet specie mundorum. quod
patet ex specie humana. Cuius multiplicatio fuit specialiter et principaliter
a deo intenta et tamen non fuit seruata nisi octo individua videlicet iiii ma-
sculi et iiii femelle. propter quod videtur inconueniens dicere quod de aliqua alia specie
animalis vel auium quatuordecim sunt seruata. Item [illegible] de plurificatione
animalium et auium in archa [illegible] quia in archa non fuit [illegible] hominum neque
bestiarum scilicet auium [illegible] et alii hebrei. Et hoc propter [illegible] tribulacionem
mundi vel Ione in [illegible] tribulacione Niniue dicitur. Homines et iumenta et bo-
ues et pecora non gustent quicquam et non pascantur et aquam non bibant
et de hominibus hoc satis patebit per literam infra capitulo sequenti et de animalibus
et animalibus ideo probabile videtur ratione predicta. Item quod arguit de combinatione
non valet quia litera fuit vii de mundis fuit tamen combinatio sufficiens in qualibet
specie 7 masculus et femina ad multiplicacionem [illegible] habetur per literam predictam

Item p[ro]ba[tu]r q[uo]d hic dicit septena et septena n[on] arguit q[uo]d fuerint xiv de m[un]dis
quia eadem r[ati]one seq[ue]ret[ur] q[uo]d fuissent iiij or individua de inmundis q[uia]
de o[mn]ib[us] qualiter dicit[ur] bina. Et io cum aliis dicendum q[uo]d fuerunt de
mundis sex tantum p[ro]p[ter] multiplicationem et septimum p[ro] oblatione.
Exponit[ur] e[r]go l[itte]ra ita. Quicq[ui]d talit[er] ex o[mn]ib[us] animantib[us] mundis apt[is]
ad comedendum vel sacrificandum, tolles septena i. sex q[uae] n[on] generatur
septenarius hic e[st] intelligendus s[cilicet] tamen septem dicuntur accipe, masculum et fe-
minam n[on] solos masculos vel solas feminas, quia sic p[er]iret generatio. Aliud vero
septimum animal n[on] habebat sibi par aliud q[uo]d forte e[st] factum quia erat offeren-
dum cessante diluvio, n[on] ad generationem reservandum p[ro]p[ter] q[uo]d est ratio p[ro]p[ter] fuisse ma-
sculum vel quia dignius. Item ex[pon]it[ur] a q[ui]busdam impariter q[uia] ut d[icit] glo[sa] munda
in n[umer]o impari, i[m]munda vero in n[umer]o pari introducta sunt, quia impar
n[umer]us d[i]c[it]ur speciem p[re]tendit, par vero infirmum vel fortem q[uia] ille indivisibil[is]
iste divisibilis. Et sequit[ur] in tex[tu] s[e]d et de volatilibus celi septena s[cilicet] de
vene [illegible] et septena de alto, n[on] de co[mmun]i s[cilicet] masculum et feminam ut salv[etur]
semen sup[er] faciem universe terre. Et sc[iendum] q[uod] n[on] distinguit in vola-
tilib[us] hic int[er] munda et i[m]munda sic i[n] animalib[us] q[uia] s[ecundu]m levitici xi hic fit et volatilib[us]
q[uia] magis habitant in terra q[uam] animalia, et sic habuit de i[m]mundicia
et plus de mundicia. Vel ut significet q[uo]d mundiora sunt op[er]a contemplativorum
q[uam] activorum vel q[uo]d dixit de animalibus repetendum relinquit i[n] volatilib[us].
Nota o[mn]e q[uo]d inmunda co[n]hibendo geminat[ur], quia i[m]mundum animal se-
quit[ur] par. Et binarius n[umer]us e[st] par. De mundis aut[em] septena masculi
et femina s[cilicet] munda animalia aliq[ua]m h[abe]nt in[ter]vallum coeundi et in-
comparabilitatem q[uae] e[st] in septenario. Et d[icitu]r n[on] in ingrede tu et o[mn]is domus tua q[uia] o[mn]ia
de domo tua p[er]it. Non enim Noe adduxerat s[e]d deo iubente o[mn]ia
sponte et p[ro]mpto animo venerunt ad archam. Et p[ro]babilia intelligendum
est Noe o[mn]ib[us] p[ro]vidisse. Unde et deo d[icitu]r Tolles tecum ex o[mn]ib[us]
escis q[uae] mandi possunt et comportabis apud te.

Item p[er] animalia munda significant[ur] boni, p[er] immunda mali. Item per septe[m] boni
sp[irit]us septiformis gr[ati]e sp[iritu]s s[an]c[t]i. De quo Ysa[ie] xi Requiescet sup[er]
eum sp[iritu]s d[omi]ni timoris d[omi]ni sp[iritu]s sapie[n]tie et intellectus etc. Item
binarium mali p[ro]p[ter] divisionem et scismatum p[ro]p[ter] unitatem o[mn]e e[nim] divisum
est cor eorum. Vel per hoc significat due [species] in[ter]iorum s[cilicet] p[er]fecti et imp[er]fecti
p[er] munda animalia signant[ur] imp[er]fecti qui adhuc h[abe]nt aliquas i[m]mundicias
p[er] mixtas i[n] bonis. Sic Ysa[ie] lxiv facti sumus ut immundus o[mn]es nos
p[er]fectorum vero duo sunt g[e]n[er]a s[cilicet] activi qui intelliguntur p[er] munda animalia
et contemplativi qui intelligu[n]t[ur] p[er] volatilia de Ysa[ie] lx qui sunt isti q[ui] ut nu-
bes volant etc. Et d[icitu]r hic tolle ex o[mn]ib[us] animantib[us] mundis et i[m]mundis

// adhuc

require con[tra] hanc l[itte]ram. Nondum erat facta distinctio int[er] munda et i[m]munda
huius[modi] animalia, nec carnes adhuc comedebant[ur], q[uia] divisio facta e[st]
sub moyse. Ad hoc dic[endu]m q[uo]d moyses vocat munda animalia p[ro] tempore suo
sequens s[cilicet] ea q[uae] lex vocat et iudicat munda levit[ici] xi. Vel dicit munda
ea que tunc naturalit[er] erant ad comedendum q[ui]b[us] n[on] comederent, vel munda d[icitu]r
que s[ecundu]m hominum consuetudinem erant apta ad sacrificandum. Unde moyses q[ui]
hec scripsit videns p[ro]p[ter] [illegible] de quib[us] septena ingressa sunt et cognoscebat
deum sibi distinxisse ab aliis tamen munda ab inmundis o[mn]ia illa no[m]i[n]e mundorum
comprehendit. Licet forte deus ea sic n[on] distinxit ab aliis s[e]d aliquo alio si-
gno. Et non[ne] plura de animantib[us] mundis precepit introduci q[uam]

de mundis secundum glossam ut plura essent que hominibus prodessent quam que nocerent.
Item ut Noe haberet egressus de archa quod mactaretur et quid offerret
ut dicit alia glossa. Sequitur Adhuc enim quod dicit ista enim necesse est fieri quia
adhuc et post dies septem scilicet a die precepti non ab ingressu in archa. Dicit
postea septem etatis seculi erit aliud iudicium per ignem. Ego pluam quod dicit
illa pluvia non fiet solum opere nature sed divine iusticie super terram xl
diebus et xl noctibus scilicet propter transgressionem x preceptorum per x partes mundi
vel quia quadruplicatur dicitur diebus et noctibus propter peccata commissa ex prosperitate et
ex adversitate. Et dicunt hebrei quod isti septem dies fuerunt dies luctus Mathusa-
lem de quo supra dictum est qui mortuus fuit anno diluvii primo die ante
inundationem. Voluit enim deus eum honorare propter iusticiam suam et ideo no-
luit quod inundatio diluvii deberet turbare dies luctus eius. Dicunt etiam
quod isti septem dies propter hoc fuerunt additi ad terminum supra taxatum c xx annorum.
Sequitur et delebo scilicet sicut deletur scriptura de libro. Quia creatio totius mundi
liber appellatur. Sapientie et hic est liber generationis Ade. Delebo intelligit omnem
substantiam ut sit distributio pro generibus singulorum. Omnem substantiam non universaliter sed quo
ad maiorem partem quam feci. Et ideo sine iniuria auferre de eo possum. Sap-
ientie Deus tibi imputabitur si perierint nationes quas fecisti. De facie terre
et per hoc intelliguntur animalia terrestria et volatilia non aquatilia que
non perierunt diluvio. Et notandum quod ter repetita est diluvii comminatio
angustiam superinducere. Ibi capitulo vi et semel hic capitulo vii quod factum est
sicut dicit Augustinus quia sepe deus malorum nequitiam reprobat. Mala
ventura denunciat ut vel sic ad penitentiam moneat. Sequitur textus capitulo
Fecit ergo Noe omnia que mandaverat ei deus. Erat quoque ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ sexcentorum annorum quando diluvii aque inundaverunt super
terram et ingressus est Noe et filii eius uxor eius et uxores filiorum
eius cum eo in archam propter aquas diluvii. De animantibus quoque mundis et
immundis. Et de volatilibus et ex omni quod movetur super terram duo et
duo ingressa sunt ad Noe in archam masculus et femina sicut
preceperat deus Noe.

Hic textus ponitur implendo preceptum. Et primo generaliter quo ad impletionem omnium
secundo specialiter quo ad ingressum ibi et ingressus est. Et ibi primo notatur
ingressus Noe et suorum secundo introductio animalium ibi de animantibus quoque
dicit glossa Fecit ergo Noe omnia que mandaverat ei deus forte per aliquem
Et notandum differentiam mandatum et preceptum quia mandatum fit presentibus ad absentes
preceptum ad presentes. Erat quoque ~~[illegible]~~ sexcentorum annorum per quod probatur archam centum
annis fuisse fabricatam quia quingentorum annorum existens fuit incepta. Et
secundum glossam non solum ab hiis qui in ea salvati sunt est ab aliis qui accepto precio
operabantur. Et dum opus deridebant. Et ponitur hic iste numerus quod
Noe tunc compleverat annum sexcentesimum sed quia inchoaverat. Spacium est et
hoc loco quod edificatio arche duravit fere per C annos. Tantum enim tempus
appositum est ad ostendendum patientiam dei expectantis peccatorum penitentiam et admonentis

Archa centum annis fabricata fuit

Mathusalem

Creatio mundi liber appellatur

mandatum differt preceptum

Aqua Noe

cos de pri̅ncipio per [illegible] edificacionem predicta et prius Noe predicacionem. Et tempore
quo Noe erat quingentorum annorum quando fabricare incepit archam per quod intelligitur
quod ceteri eius fabricaverunt et habuit secundum b. aug. in adiutorium homines aliorum
quam filiorum suorum ad fabricandum qui tamen non sunt ingressi cum eo in archam quia
quod ipse credidit non crediderunt. per sexcentos autem annos duplex perfectio intelligitur
prima sufficiencie [illegible] secunda abundancie et excellencie sicut perfecto gaudere et gaudere.
Et ingressus est Noe et filii eius separatim commanentes viri a mulieribus ingre-
diendo archam et ex divino precepto ad ostendendum quod quamdiu fuit in archa seruit se-
parari quantum ad thorum sicut probabit magis infra In hoc est sciendum quod ingredientes ar-
cham dimissionem significant quod clerici et religiosi debent vitare cohitacionem mulierum qui
sunt in archa id est in religione vel ecclesia et hoc ne fiat dissolucio timorum in
[illegible] peccatorum. Vnde b. Jeronimus Non omnes qui cum sorore mea sunt sorores mee
sunt. Laici vero sunt qui extra archam licet matrimonialiter inuenti. Item animalia que
que erant extra archam et comedebant carnes nisi non [illegible]bat secundum b. augustinum
In quo significatur quod qui intra archam id est religiosos delicatis cibariis vtebantur religiosi
gressi debent vti et hiis debent esse contenti Job vi. que prius nolebat tangere
anima mea nunc pre angustia cibi mei sunt. Et ysa. xi leo quasi bos paleas
comedet.
Amplius hic circa istam literam aduerto aliquem misterium. circa id quod post vii dies quibus
ingressus est Noe in archam factum est diluvium significatur quod in spe future quietis que
septimo die significatur baptisandum est ut per archam omnis caro quam terra sustinebat
diluvio consumpta est significatur in inicio Ecclesie sanctitate aqua baptismi
[illegible] [illegible] sit non solum valet ad salutem sed valet potius ad peccata tollenda.
[illegible] xl diebus et xl noctibus pluit significatur quia omnis reatus peccatorum qui in decem
preceptis legis admittitur per vniuersum orbem terrarum in iiii partibus continetur decies
quippe quaterni ducta xl fiunt. Cum autem Noe quingentorum centenariorum cum deus
ei precepit ut archam faceret et sexcentos agebat annos cum in eam fuisset ingressus
Vnde intelligitur per c annos archa fabricata est quid aliud sancti anni sunt
nisi sex etates seculi [illegible] ista sexta etas que completur quingente anno usque ad
sexcentos ducitur manifestacionem evangelice fidei significat Et ideo qui sibi ad vitam
consulit sicut paratus ad omnem hominem et intret in fabricam sanctam et stabilem
aqua et spiritus mensis sexcentesimi anni quo intravit Noe in archam senarium numerum
significat. Duo enim menses sexagenario numero concluduntur a senario autem numero et sexa-
ginta et sexcenti fiunt. Et quod vicesimus et septimus dies mensis commemoratur
ad quadratum numerum hoc pertinet. Nam ea summa tunc ternarios nos quadratos et sta-
biles ad omne fiant Ideo ter tria et octo fiunt xx septem qui est ternarius numeri
quadratus Et sequitur in litera de animantibus quasi mundis et immundis sed
terrestribus et volucribus celi et reliqua quod monetur super terram quod intelligitur
de reptilibus que serpuntur per terram deinde et duo ingressa sunt ad Noe in
archam scilicet combinata masculus cum femina vnde sequitur masculus et femina
sicut preceperat ei deus vt deus Noe [illegible] eodem c. Et dicitur ingressa sunt vnum deinde
sicut adducta sunt ad Adam ut nominaret ea supra c. 2.
Cumque transissent vii dies aque diluuii inundaverunt super terram. Anno
sexcentesimo vite Noe mense secundo septimodecimo die mensis rupti
sunt omnes fontes abyssi magne et cataracte celi aperte sunt et facta est
pluvia super terram xl diebus et xl noctibus In articulo diei illius

filii

ingressus est Noe et Sem et Cham et Iapheth, filii eius, uxor illius et tres uxores filiorum eius cum eis in archam. Ipsi et omne animal secundum genus suum, universaque iumenta in genere suo, omneque quod movetur super terram in genere suo, cunctumque volatile secundum genus suum, universae aves omnesque volucres ingressae sunt ad Noe in archam, bina et bina ex omni carne in qua erat spiritus vitae. Et quae ingressa sunt, masculus et femina ex omni carne introierunt, sicut praeceperat ei Deus, et inclusit eum Dominus deforis.

Hic consequenter ostenditur et impletio praecepti, demonstrans qua die diluvium inundare coepit. Illud enim quod proximum est usque huc modo per ordinem exequitur. Secundo ostendit quod Noe archam intravit, ibi: In articulo diei illius etc. Et ergo cum ingressi fuissent, scilicet a diebus a die praecepti, non ab ingressu in archam, ut dictum est hic per recapitulationem, aquae diluvii inundaverunt super terram, scilicet in signum quod post institutionem veteris testamenti sequitur baptismus. Ezechielis 36: Effundam super vos aquam mundam etc. Et forte septem diebus expectati sunt ad reponendum quae necessaria erant in archa et ad providendum ne quid de necessariis deficeret. Tunc descendit diluvium. Anno sexcentesimo vitae Noe, mense secundo. Apud Hebraeos sunt duae opiniones circa hoc. Rabbi Eleazar et sui sequaces dicunt quod iste est mensis octobris, qui hebraice nominatur Marheschvan. Dicunt enim quod primus mensis anni fuit september, in quo arbores sunt perfectae in suis fructibus, quia sic productae sunt a principio, ut patet supra capitulo primo. Et ideo quia mundus videtur fuisse creatus in isto mense, ideo ipsum dicunt fuisse primum simpliciter, et ideo a principio incipiunt annum et menses. Rabbi vero Iosue et sequaces dicunt quod iste est aprilis, quia martius ~~quem hebraice~~ qui hebraice nominatur Nisan vocatur primus secundum festa, ubi Exodi 12 praecipitur immolari phase XIIII luna ad vesperam primi mensis. Dicendum tamen quod mensis Hebraeorum aliquando concurrit cum aprili nostro. Et aliqui doctores nostri dicunt quod aprilis est primus mensis apud Hebraeos. Ista autem opinio magis tenetur apud Hebraeos et rationabilior videtur, quia in aliqua gente aliquid bene nominatur primum, non quia sit primum simpliciter, sed propter aliquam nobilitatem ~~[illegible]~~ vel eventum, sicut primo Machabaeorum primo capitulo primus annus Allexandri vocatur primus regum Graecorum propter facta notabilia Allexandri. Et tamen ante eum fuerunt reges Graeciae. Ita etiam videtur dicendum de martio, quod licet sit nominatus primus mensis apud Hebraeos propter exitum eorum de terra Aegypti illo mense, et hoc videtur littera sonare Exodi 12: Dixit quoque Dominus ad Moysen: Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Quasi diceret: licet de se non fuit primus, nominetur de cetero. Tamen [illegible] ex causa iam dicta. Item Moyses et Iosephus in legalibus aprilem scilicet Nisan primum constituunt, in contractibus et in aliis communem ordinem mensium servavit, qui ordo incipit a Ianuario modo Romanorum.

Septimodecimo die mensis rupti sunt omnes fontes abyssi magnae, id est magnum mare, quod dicitur abyssus propter profunditatem aquarum investigabilem. Unde coniectura est ut occulta sub terra [illegible] aperta super terram, et omnes fontes et flumina, unde dicitur aquae congregatae in locum unum supra primo capitulo. Item nove rupto hic ad ostendendum quod istud diluvium non processit ex causa naturali, sed supernaturali. Et ideo deridendi sunt illi qui huius diluvii voluerunt causam naturalem assignare, dicentes quod causa fuit coniunctio planetarum humidorum in signis pluvialibus, ex qua coniunctione factum fuit istud diluvium. Et econtrario volunt assignare de causa incendii futuri per coniunctionem planetarum calidorum in signis calidis. Licet enim diluvium particulare in aliqua parte terrae causam habeat naturalem, generale tamen

non naturale diluvium

diluuium maxime in tanto excessu quod xv cubitis transcedat cacumina montium
non pot naturaliter euenire Non et phisicus 2o methe[orum] dicit quod in una parte terre que
prius erat arida operitur mari et alia parte in alia regione ubi erat mare
discooperitur et fit arida sed quod tota terra simul cooperiatur aquis sicut cum impossibile
videtur Nec uirtute aliqua naturali potest fieri de aliis quattuor elementis in aquam
quod excedat cacumina montium maxime in tanto altitudine bene igitur dicitur rupti sunt
fontes abyssi magne hoc est maris quia aque omnes ~~terre~~ in cauernis subterraneis
contenta et conseruata a calore subterraneo uirtute corporum supercelestium generato quam calor
uirtutes ascendentes eleuat Vnde et montes generari dicuntur Vnde et in montibus
ratione caloris in eis excellentis plerumque lapides generati sunt Et calor iste non
solum eleuationibus sed etiam attractiuus est Non et aquam a mari per uenas et
meatus subterraneos in magna quantitate trahit Vnde et aliquando terra non
valente calorem illam pre nimia vehementia inclusam tenere non erumpere ciuita-
tes et castra sub mergunt et ex talibus cauernis erumpunt fontes Non et plerumque
quod circa montes inueniuntur fontes Talis inquam aqua tota sub terra contenta
tunc uirtute diuina et corporibus supercelestibus cooperantibus erupit Sequitur et catara-
cte celi apte sunt id est nubes resolute in aquas Cataracte proprie sunt hostia
uili et ampliuntur inmixte per quibuscumque fenestris et dicuntur nubes fenestre que
claudunt nobis aspectum solis dicunt et alii expositores quod cataracte sunt uie sub-
terranee quibus aque sub terra discurrunt Non per translationem dicuntur nubes
ut dicunt plinius cataracte Et potest dici a catha quod est vltra et vrin
ptio quod vniuersaliter ruptura vel a catha quod est supra vel secundum glo et magi-
strum in historiis cataracte dicuntur fenestre ut dicit supra quia nubes ad modum
fenestrarum aperiebatur Et facta est pluuia super terram scilicet contrariis aquis
supioribus et inferioribus ad vindictam petitam commissorum in diluuio et in primum xl
diebus et xl noctibus id est continue et sine aliqua interpolacione In articulo diei illius
in articulo id est in initio ptcis illius temporis maiores dicunt articulo minores articulum Vnde in articulo
id est in mane vel in articulo id est in arta nimis Vnde dicitur homo in articulo
mortis vel in puncto illius diei scilicet decimum septimum mensis secundi scilicet maii ingressus
sunt est Noe et Sem et Cham et Japheth filii eius vxor eius et tres
uxores filiorum eius cum eis in archa id est per eos primo enim intrauerunt omnes viri
et post ea omnes mulieres ipsi et omne animal scilicet terrestre et aerium non aquatile
tile secundum genus suum id est ea que nascuntur ex coitu deinde specificat
dicit et vniuersa iumenta in genere suo et omne quod mouetur super terram
in genere suo cunctumque volatile secundum genus suum Et sunt hic volatile
tamquam genus animalium Et subdiuiditur per partes que sunt tardiores vo-
latus et puolucres que sunt velociores Vnde dicitur vniuersae aues omnes
et volucres ingresse sunt ad Noe in archam bina et bina ex omni
carne in qua erat spiritus vite et que ingressa sunt masculus et femina
ex omni carne intrauerunt sicut preceperat ei deus quod dicit fecit quod deus precepit
et eo modo quo precepit quam non tamen est faciendum quod deus precepit sed sicut
precepit faciendum est ut sit conformis in materia et in forma hoc est in opere
et intencione et inclusit eum deus deforis id est hostium de foris per obiecta camiam
cathia bitumanit ne aqua introiret hoc enim homo facere non potuit Vnde deus extrinsecus
bitumauit in quo sit quod quando homo non habet quid faciat deus succurrit Et palliatus
est homo solum heremus respondi ut oculos meos dirigam ad te in celum In hoc
cum sigficatur quod quando homo religionem ingressus est deus cum protegit Zach 2 Ego
ero ei dicit dominus murus in circuitu Et ponitur in littera quod in viri
intrauerunt in archam et uxor mulieres Et per quattuor viros significantur quattuor
differentie hominum scilicet prelatorum clericorum religiosorum et laicorum pro intrare

uero in [illegible] domine intrent in ecclesiam scilicet coniugatorum continentium viduarum et virginum et hii sunt quasi viii gradus templi de quibus Ezechielis xl.

Et dicitur est in articulo diei illius ingressus est Noe in archam. Articulus importat rem distinctam et manifestam. Deus enim fecit ingredi Noe de die clara et manifesta ad ostendendum quod poterat eum tueri a malis hominibus eius temporis qui forte malum cogitabant eum occidere. Et dicitur quia ingressa sunt in archam uniuersa animancia et uniuersae aues atque uolucres. Si queritur quo modo? Respondeo quod animalia sic sunt adducta ad Adam ut nomina eis imponeret et forte ministerio angelorum qui ea compellebant per visa in eorum ymaginacione quibus animae eorum mouebantur. Unde dicit Augustinus: omnis anima mouetur visis uel libero volunt[ate] et arbitrio ut anime racionales uel de necessitate ut irracionales.

Factum quoque est diluuium xl diebus et xl noctibus super terram et multiplicate sunt aque et eleuauerunt archam in sublime a terra. Vehementer enim inundauerunt et omnia repleuerunt in superficie terre. Porro archa ferebatur super aquas. Et aque preualuerunt nimis super terram, opertique sunt omnes montes excelsi sub uniuerso celo. Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes quos operuerat, consumptaque est omnis caro que mouebatur super terram, volucrum, animancium, bestiarum omniumque reptilium que reptant super terram, uniuersi homines et cuncta in quibus spiraculum vite est in terra mortua sunt. Et deleuit Deus omnem substanciam que erat super terram ab homine usque ad pecus, tam reptile quam volucres celi, deletaque sunt de terra. Remansit autem solus Noe et qui cum eo erant in archa. Obtinueruntque aque [illegible] diluuii terram centum l diebus.

rex Sennaar etc. De quo dicunt omnes hebrei quod iste erat Nemroth et erat bi-
nominis / Et ideo melius dicitur Egredere de terra id est longius recede ab ea / Et hoc vi-
detur littera hebraica que sic habet vade tibi de terra tua / Ac si diceretur pro utilitate tua
vade longius de terra tua / Et de domo patris tui etc. Non quia pater vivebat adhuc
ut predictum est sed quia denominatur domus ab aliquo etiam post eius mortem est
ut patet in scriptura in pluribus locis.

Doctor paulus burgensis ad istam expositionem contra Nicolai / ubi exponitur secundum Rab. Sa.
Egredere de terra tua id est Caldea. Non videtur inquit racionabiliter dictum ut cum dominus
dixit abrahe Egredere de terra tua intelligatur de Caldea / Quia non dictum est quod
abraham fuit in Caldea natus / Constat enim babiloniam cum tota terra Sennaar
que est Caldea pertinebat ad Cham filium Noe et posteritatem eius / ubi Nem-
roth regnavit / ut supra c. x. Abraham autem descendebat de Sem / Cuius
Sem posteritas habitacionem erat in aliis regionibus ut in eodem c. habetur / Nec
huic obstat quod dicitur supra xi c. de Aran fratre abrahe quod mortuus est in terra
nativitatis sue in Ur Chaldeorum / Nam pro tunc in hoc loco dicit Rab. moyses
et bene ut videtur quod ibi dicitur in terra nativitatis sue refertur est ad Aran solum
qui natus fuit in Caldea / Non autem ad abraham / Nam in xxiiii c. abraham mittens
servum suum in mesopotamiam dicebat ei ad terram et cognationem meam proficiscaris
in quo loco ubi nos habemus ad terram et cognationem meam / hebraica veritas habet ad terram
nativitatis mee / Etiam in dicto ponitur ibi et supra xi c. ubi dicitur in terra nativitatis
sue / Et sic patet quod locus nativitatis abrahe erat in mesopotamia / legitur enim prope
sue xxiiii quod Josue alloquens filios israel dicebat Trans flumen habitaverunt
patres vestri ab initio Thare pater abraham et Nachor / Constat autem quod trans
flumen est mesopotamia ut in eodem c. declaratur / Cum autem dicit ab initio satis patet
quod inde fuerunt oriundi / Et notandum dicitur ubi Thare pater abraham et pater Nachor
permittitur Aran / Ex quo Aran ut dictum est fuit natus in Chaldea et non in me-
sopotamia / Ex quibus habetur quod cum dicitur Abrahe Egredere de terra tua intelligitur
de quodam loco qui dicitur Aran qui erat in mesopotamia a qua terra nunquam abraham
fuisse egressus nisi nunc de precepto dei / Et est quod postillator Nicolaus et eius
solutiones non videntur hic habere locum / Si autem queratur quomodo Aran frater abrahe
dicitur natus in Caldea / Thare autem abraham et Nachor in mesopotamia.
Ad hoc dicendum quod littera nostra cogit ad utrumque concedendum ut tamen est eius
causa potest esse secundum Ra. moy. predictum quod Thare fuit ire de terra sua in
Chaldea post nativitatem abrahe et Nachor et antequam nasceretur Aram
et ibi in Caldea fuit natus Aran / Racio autem quare Thare ivit in Caldeam

non exprimitur in littera, sed tamen dici probabiliter, quia cum Nembroth fuisset vir oppressor hominum, ut supra c° x°, et volebat alias gentes ad culturam ignis, sed ideo coactus Thare et familiam suam qui fuerunt notabiles de genere Sem, ut exeundo terram habitacionem eorum in Caldea grauiter cum aliis in huiusmodi cultu. Et ideo amplexatur cultus ille execrabilis, qui fuit diu ibi commorantibus, fuerunt quod ibi fuit natus Aran et mortuus. Et Thare et Nachor ignem colebant, quia commixti sunt inter gentes et didicerunt opera eorum. Abraham autem a Deo illuminatus et protectus, dominus fuit in conditus, ut littera dicit in auctoritate supra allegata in xv c. Ego dominus te eduxi de hur Caldeorum. Si forte queratur quare scriptura pretermittit ista precedentia narranda. Respondeo: Ratio huius potest esse, quod scriptura videtur abhominari et obscena loqui in hiis que ad ydolatriam pertinent in primo statu, scilicet ante legem, et sic usus ea ad tempus in quo principaliter ydolatria fuit prohibita plene declaranda, ut supra x c°. De ipso Nembroth quod deceptor animarum fuit, cogens homines ignem adorare, ut in glosa nichil tamen traditur in scriptura de eo, nisi quod fuit robustus venator coram domino, quod sit verba brevissima et dominus solo de ... non posita hic pretermittitur.

Et attendendum quod in hoc capitulo et aliis Aran est dictio equivoca secundum linguam latinam, quia uno modo sit proprium Loth et alio modo sit quedam locum in Mesopotamia, ut tamen dicitur infra in eodem c° Egressi sunt de Aran. Sed in hebrea lingua non est in hoc loco equivocatio, quia Aran prout sit hominem scribitur cum h, que est quinta littera alphabeti ebrayci, prout autem sit locum scribitur cum alia littera inexpressibili in nostra lingua, que est ... littera in alphabeto ebrayco. Secundo predicta iam exponitur litteraliter textus et etiam spiritualiter vel moraliter.

Egredere de terra tua, scilicet longius recedendo ab ea. Terra autem sua que est in Mesopotamia et de cognatione tua, id est quantum ad cognatos remotiores, et de domo patris tui quantum ad propinquiores. Et veni in terram quam monstrabo tibi. Ad hoc enim determinatur tacuit ei revelandam, ut ostendatur obediencia Abrahe exeuntis ad domini mandatum et ad locum indeterminatum. Unde non dicit dedero tibi, quia non sibi erat danda, sed semini suo. Faciamque te in gentem magnam, quantum ad multiplicacionem prolis, licet Sara sit sterilis. Et benedicam tibi, in multitudine rerum in bonis spiritualibus et temporalibus. Et magnificabo nomen tuum, scilicet augendo famam tuam. Erisque benedictus, authoritate et excellens precessoribus patribus tuis, et ad hoc designandum in hebreo dicitur Erisque benedictio. Sicut de aliquo excellente largo vel liberali non solum dicitur quod sit liberalis in concreto, sed est liberalitas in abstracto. Aliter exponunt Hebrei dicentes quod ideo hic dicitur Eris benedictio, quia ... dat ut benedictio precedenti fiet secundum hunc modum: Deus Abraham, deus Ysaac et deus Jacob benedicat tibi. Et iterum repetebat nomen Abraham dicendo: Et deus Abraham benedicat tibi. Sic ergo forma benedictionis qua precedentes utebantur supra ... incipiebat a nomine Abrahe et in nomine eius terminabatur. Et In te benedicentur omnes cognationes terre. Hebrei exponunt sic: Nullus aliquis imprecabitur bona alteri dicebat: fiat tibi sicut deus fecit Abrahe. Christiani exponunt et melius ut videtur: In te benedicentur universe cognaciones, id est in semine de te nascituro, quod est Christus. In omni enim gente sunt aliqui christiani. Et ideo benedictio Christi sit super omnes naciones terre, hoc autem non potest dici de persona Abrahe.

Doctor Paulus Burgensis dicit hic: licet quod in hac expositione continetur sit verum, scilicet quod benedictio Christi sit super omnes naciones terre, non tamen in hoc loco hoc fit Abrahe promissum, prout patebit infra c° xxii°.

Spiritualiter exponitur sic secundum Strabum.

Egredere de terra tua, scilicet corde sicut iam egressus es corpore. Et de cognatione tua, id est de ...

Ara pro Loth vel locus Mesopotamia

cohitatum que impedit aliquem accessu ad deum luc 2 requirebat eum inter parentes et
et de domo patris tui quod est maximum. Magnum et sunt relinquenda terra cognati
cognatorum maxime propinquorum. Inde est quod homo debet egredi penitens ad flen-
dum Math 26 Egressus petrus flevit amare. penitentes ad confitendum Math 15
Et ecce mulier chananea a finibus illis egressa clamavit et dixit domine miserere mei
Item penitentes ad satisfaciendum Exo 3 Cum eduxeris dicit quod egressus esset de
Egypto et deinceps dicens Exod 8 viam trium dierum pergemus in solitudine
et sacrificabimus domino deo nostro sicut precepit nobis. Hii tres dies sunt satisfactionis
scilicet ieiunium elemosina et oratio. Item homo debet egredi operans ad fugiendum peccatum velo-
citer Num 16 Egredimini a tabernaculis hominum impiorum Gen 39 Joseph re-
licto pallio egressus est foras. Item debet egredi operans ad pugnandum viriliter
Exod 17 dixit Moyses ad Josue elige tibi viros et egressus pugna contra
Amalech. Et debet egredi operans ad operandum perseveranter iuxta illud psalmi
103 Exibit homo ad opus suum etc. Et homo primo debet egredi variabilis
a mundo ad religionem hic Gen 12 Egredere de terra tua etc. Item ab exteri-
ori occupatione ad meditationem Gen 24 Egressus erat ad meditandum in agro.
A meditatione ad dei laudem Exo 15 Egressa est Maria id est beata virgo Maria
tenens tympanum id est filium in quo est humanitas tamquam pellis et divinitas
sicut armonia invisibilis et egresse sunt omnes mulieres cum ea.
Moraliter hec verba ingredientibus religionem tria relinquuntur per abiectionem proprietatis
cognatos per votum castitatis per domum patris in qua sit voluntas
filii per abrenunciationem proprie voluntatis. Hec enim tria vota spiritualia in Gen
figurata per tria munera magorum Math 2 In voto enim paupertatis offertur aurum
crucem possessionum. In voto continentie mirra carnis mortificativa. In voto
obedientie thus devote subiectionis. Hic est funiculus triplex qui difficile
rumpitur Eccl 4 quo religiosus ligatur. Hoc triplici voto triplex hostis
prosternitur caro demon mundus. Item tria vicia peiora deserit unde dicitur
1 Joh 2 Omne quod est in mundo concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et superbia
vite que non est ex patre sed ex mundo est. Dicitur ergo homini qui vult esse perfectus
Egredere de terra tua scilicet omnia relinquendo propter celum ps 72 quid enim mihi
est in celo et a te quid volui super terram. Dicit Bernardus ibi perspecta
cognita dei bonitate inestimabili cepit cogitare felicitatem patrie celeste
et agnoscit et gaudet de sua conversione et peccatum fuit et terrena despiciunt
dicens quid enim mihi est in celo quod aliquid est vita eterna et a te quid
volui super terram id est preter te que vita eterna et quid volui super terram quod mihi
quia in terra non est nisi nichil quod habet quod petebam est nichil. Quia terrena pe-
tebam hac collatione contempnuntur transitoria quia dicit Bernardus contempnuntur tempora-
lia cum considerantur eterna. Egredere igitur et de cognatione tua scilicet terrena re-
linquendo cognationem sive carnalium que impedit invenire deum quia luc 2
requirebat parentes et potuit inveniri Christus inter suos et tu credidisti eum
invenire inter tuos. Egredere de domo patris tui scilicet relinquendo amorem temporalem
propter amorem eternum Heb 12 patres habuimus eruditores carnis nostre
et reverebamur eos multo magis obtemperabimus patri spirituum et vivemus
quia non sufficit malum relinquere nisi fiat bonum iuxta illud ps 36
declina a malo et fac bonum etc. In terram Chanaan que interpretatur commutatio
scilicet commutatio est enim terra morientium sed non in terra viventium. Hic vite presentis et futura
vita glorie ps 26 Credo videre bona domini in terra viventium. Item veni in terram quam
monstravero tibi. Quia nemo potest venire nisi deo viam demonstrante et dirigente.

monstravero

neo et, quia no mutat nec passu pedis acta Sane qr in gentez magnam quo ad semen multiplicabit spiritualiter multiplicabitur et benedicam tibi quo ad diuicias abundantiam et magnificabo nomen tuum quo ad famam hominum et honorem eris benedictus quo ad gratiam spiritualem et benedicam benedicentibus te, hominum corporaliter multiplicando et benedicto simpliciter et maledicam maledicentibus tibi ipsos puniendo rigore iustitie atque in te benedicentur vniuerse cognaciones terre i. in xpo qui nasciturus de te est vt in te i. in forma tui vt sit dicitur benedicent tibi deus sicut benedixit abrahe benedicentur benedictione spirituali vniuerse cognaciones terre vt sit distributio non pro singulis generum sed pro generibus singulorum ut pro gentibus singulorum fere non tamen indecorum si et gentilium etc. benedictionem dum ipsorum dedit illi etc. Egressus est itaque abram sicut precepit ei dominus sed ea verba

illa cum corpore exiret sicut preparat ei deus sed perfecte impleret obedientiam et non aliquis iuit cum loth frater sue et vxoris et filius fratris eius aram defuncti et ab ipso in filium adoptatus. lxx v annorum erat abraham cum egrederetur de aran, gle. Vniete pre. Tulit itaque Sarai vxorem suam licet et ipsa filiis tamen nolunt cari dimittere et loth filium fratris sui et non voluit cum fratrem vxoris sue ne crederet ipsum propter vxorem adduxisse sed ex iuita et pietate, qui sumus frater et pater loth, iam mortuus erat, vniuersam substanciam quam possedant et venire pessores et alia a suprendo pro 3 hora dum de preparata et viet et conuenit quod dicitur Egredere de terra tua, quia i perpetua mobilia relinquere Mobilia autem secum debuit deferre cum non esset homines multiplicatos et rara erat hominibus prouectus et amatos i. amantes synodochice hic est iuncta qui liberos non habebant quos fecerunt in accessit in aran vt pe et aras i. homines vincentes pro amatos quos fecerat i. aran Non quorum ibi genuisset sed sic vocat filios et filias, et de gentibus conuertit vel tam deo suorum suorum quos fecerat bonos ex lege et moribus instruendo vt dicitur facere dicitur dimittens dicitur de paupere quem ditauerat vt doctor de discipulo quem instruxit ego feci eum Et egressi sunt vt irent in terram Chanaan ipsi de aram vanitate vt irent in regionem que est terra conuersorum.

Alii sic mistice ista passum scripture. Dixit dominus ad abraham Egredere de terra et de cognacione tua et de domo patris tui Spiritualiter significat xpm qui exiit de terra et de cognacione sua sicut iudea vt apud ceteros locupletaretur sicut gentiles Moraliter autem de terra tua et de cognacione tua et de domo patris tui exiuimus cum tiene hominem et cognacionem vitiorum iudeorum et domum patris tui i. mundum qui domus diaboli est dimittimus Egressus est itaque abram de aran cum v. xxv etc. et iuit cum eo loth filius fratris sui et venit in terram Chanaan etc. in sepulchro abraha

...uxit deus cum preditura vtrum pater, vt thare mortuus est ducentorum v annorum. Sed et abraham tum erat annorum lxx v et nota qui dicit abram esse primogenitum et lxx annorum egressus est de aran quibus si adiungatur lx quibus pater superfuit vixit vt ipse dicit si non probat huius annum ducenti quibus vixit ipse thare sic in fine prepositus talibus vlt qui tunc erat abraham etc. secundum sic supponit quod abraham fuerit primogenitus thare quod impletum est ideo promitte deus est tamen beatus augustinus qui dicit quod quamquam egreditur abraham moriebatur mortuus pater eius sed forte tamen eo egressus est sed tunc temporis hic est quod di- xi vnde quod post quam mortuus est pater eius transtulit ipsum in terram istam in qua vos nunc habitatis vi- uete pre ingressus est etc. Sed mortuus fuit nato Jacob pater et sic dicitur,

Egressus est itaque abraham sicut preceperat ei dominus et iuit cum eo loth lxx v annorum erat abraham etc.

et preparat vt erat mente et voluntate. Habebat forte annum redeundi, sed tunc ibi pater egressus dicitur esse.

i. sicut corpore

quia tunc in quodammodo collocatus fuit. Hiis autem ipse et semen ibi peregrinati sunt
usque dum nascerentur. Cuius semen possessionem terram illam possidet et presenti dicitur
quod non dedit ei deus nec passum pedis terre illius usque scilicet ad illud tempus quo
natus est Jacob et quia illo tempore mortuus fuit Thare pater et presenti de
mortuo patre translatus quod in suo semine ibi collocatus non quia cum ea non
fuerat ingressus et ideo dicitur quod tollit secum Saray et animas quas fecerant in
Aran id est seruos et ancillas quia quilibet bonus tendens ad terram promissionis omnia non solum
se dominum et omnes quecumque modo sibi attinentes secundum dicte debet quantum
in se erit et sic de eis sollicitudinem gerere usque ad conuallem illustrem id est speci
osam et pulcram. Videatur dictum in sequenti passu littere quod sequitur.

Cumque venissent in eam pertransiuit Abraham terram usque ad locum Sichem et
usque ad conuallem illustrem. Chananeus autem tunc erat in terra. Apparuit quoque
dominus Abrahe et dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc. Qui edificauit ibi al-
tare domino qui apparuerat ei. Et inde transgrediens ad montem qui erat
contra orientem Bethel tetendit ibi tabernaculum suum ab occidente habens Be-
thel et ab oriente Ai. Edificauit quoque ibi altare domino et inuocauit ibi
nomen eius. Perrexitque Abraham vadens et ultra progrediens ad meridiem.

Supra determinatur exitum Abrahe de terra sua, hic determinat peregrinationem eius in terra aliena
primo in terra Chanaan, secundo in terra Egipti ibi Facta autem fames in terra. Peregri-
nationem in terra Chanaan describit quantum per tres stationes vel mansiones. Prima
ibi Cumque, secunda ibi Et inde etc., tercia ibi Perrexitque. Circa primam determinat
primo locum habitationis, secundo solacium diuine consolationis sine promissionis ibi qui
edificauit. Dicit ergo Cumque venissent in eam scilicet in terram Chanaan pertransiuit
Abraham suo more [illegible] et locum aptum ad manendum considerans usque ad
locum Sychem. De hoc fit mentio specialiter quia duo montes dicuntur ibi montem Gari-
zim et montem Ebal ubi filii Israel susceptum erant iuramenta legis ser-
uande per benedictiones super seruantes legem et maledictiones super transgressores
ut habetur Deuteronomii xxvii. Item hec Sichem est ciuitas quam destruxerunt
filii Jacob propter raptum Dine sororis sue infra 34 que corrupte dicitur Sychar
Joh 4. Et usque ad conuallem illustrem id est speciosam. Hec est Pentapo-
lim que erat delectabilis ubi erant quinque ciuitates quas subuertit dominus
[illegible] delectabilibus [illegible] sequenti irrigabatur autem
illa vallis sicut illa terra sicut paradisus dei ut dicitur infra 13.
Item Sychem Samarie urbem que latine et grece Sychima vocatur edificauit
Emor appellatam quia eam Sychem filius suus [illegible] nunc Neapolis ciuitas Sa-
maritanorum ut dicit Ysidorus libro 15 c 1. Et conuallis ipse dicitur locus humilis
sic in [illegible] valla montium et est magna vallis illustris non dicitur id est clara ut
serena. Item hec terra quippe dicitur vallis silvestris propter arborum multitudinem [illegible]
aliquam vallis illustris propter amenitatem ut hic vel propter obscuritatem [illegible] latibula aliquando
[illegible] quia si [illegible] obscura [illegible]
vallis silvarum propter terre [illegible] 2 paralip 27 [illegible]
[illegible] et [illegible] quod uxor Loth [illegible]
[illegible] que nunc est [illegible] [illegible]

Hila(?) dispositionem Jochel(?) et aliquam tabulam orientale propter subtilitatem et dispositionem
Ezechielis prima(?) ... unde mortuum quia nichil in eo vivit. Secundum Josephum
... pentapolis propter numerum civitatum subversarum. Capitulo 10 ...
locus asphalti quia in gratis glebas bituminis evomit, et in bitumine
sunt secundum plinium Asphalta id est bitumina dicitur. Sequitur Chananeus autem tunc
erat in terra, id est occupantes iniuste terram datam Sem et filiis eius, quia ut dicunt
Hebrei Noe post diluvium ordinavit quod Sem filius suus haberet terram illam. Jeronimus super Genesim(?)
dicit quod Melchisedech erat Rex Salem que civitas postea dicta est Jherusalem et erat
metropolis in regione illa. Sem autem omnes hebrei ipse Sem nominatus est Melchisedech
propter benignitatem suam(?) ... quia Melchisedech interpretatur rex iustitie. Si cum computetur
anni ipsius Sem invenitur vixisse ultra illos annos. Apparuit autem dominus
Abram ubi commendatur devocio Abre devoto. Et hoc ex duobus, scilicet ex divina apparicione
facta sibi, et ex ipsius Abre gratiarum actione deo reddita. Apparuit scilicet deus Abre
non in propria substancia que est invisibilis corporeo visu, sed in subiecta creatura. Et dixit ei, scilicet per
subiectam creaturam vocis sonando. In quo significatur quod pro obedientia veniretur ad
dei visionem. Et dixit ei: Semini tuo, scilicet spirituali et populo. Non inquam tibi dabo terram hanc.
Per quod dicitur terra promissionis ... Et sic terra viventium quam dabit in eternitate filiis Abra-
he fidelis. Qui edificavit ibi altare domino ad agendum gratias domino. Glosa ... igi-
tur ... altare domino edificavit qui apparuerat ei. Aliquam libri habent hic
et invocavit nomen dei. Sed non est in libra(?) ... Et propter hoc aliqui doctores
posuerunt illud in glosa interlineari, sed propter aliqui nescientes distinguere inter glosam et textum
inseruerunt id in textum. Et sic legitur in multis locis in bibliis nostris. Et postea
et inde transgrediens scilicet ... sed de loco a conualle illustri transgre-
diens vel progrediens ad montem qui erat contra ~~...~~ orientem Bethel, id est ad
illam partem inde que est versus Egiptum, quia terra Egipti est ad meridiem respectu
terre promissionis. Glosa dicit quod Bethel est civitas in tribu Beniamin, que prius Luza vo-
cabatur, et interpretatur domus dei. Item Bethel urbem Samarie condiderunt
Jebusei que prius ut dixi vocabatur Luza. Sed postquam dormiens Jacob vidit
scalam innitentem celo et dixit vere hic est domus dei et porta celi, hac ex
causa ~~nomen~~ nomen loco accepit Bethel, id est domus dei. Quam ibi aliquando a rege Joboa(m)
vituli aurei fabricati sunt vocata est Bethauen, id est domus ydoli. Secundum ysido-
rum postquam Jeroboam rex ... posuit ibi vitulum ad adorandum dicta est Bethauen,
id est domus ydoli, ex quo ad vaccas Bethauen colueruntur. Tetendit ibi tabernaculum,
scilicet transeuntium non domum permanentium. Ab occidente habens Bethel, id est domum dei.
Item tabernaculum dicitur a tabula, sed hoc quia sic tabula est domus duras(?) ... ...
... vendatur(?) sic tabernaculum parum durabile et cito mutatur. Et ab oriente Hay.
Glosa dicit Hay est civitas in tribu Juda et interpretatur questio vite. Et ita Abram
tetendit tabernaculum inter Bethel et Hay, per quod significatur quod tendentes versus terram
promissionis manere debent inter Bethel et Hay. Bethel id est domus, interpretatur Hay
vita vallis, vel questio vite. Debemus id est hoc habere in desiderio domum dei, et cum
hoc querere vitam vallis, id est discrete vitam presentis miserie, et in hoc statu
tabernaculum figere debemus, id est manere et semper esse. Edificavit quoque ibi altare domino,
scilicet nolens esse alicubi sine altari. In cuius ... viri magni semper
procedunt cum capella et altari portatili. Et altare ab alta ... et ara quasi
alta ara. Moraliter procedens ad terram promissionis debet figere tabernaculum cordis
sui inter domum dei et questionem vite. Et inter statum devocionis de contemplacione et ...

Ad marginem: Ad ... ; nota sic moraliter

bonorum et statum amicorum de consideratione malorum preteritorum secundum illud Eccli. xi: In die bonorum
ne immemor sis malorum. Et hoc est in mentis serenitate vel timoris obscuritate et
oneris. Unde spei claritatem vel ponit intelligere hominis naturitatis per an-
teriorem mortalitatem. In quarto medio ita quod utrumque videat. Deus homo ma-
nent infra perenni zabulon in litore maris habitant ysachar asinus fortis
accubans inter terminos vidit requiem quod esset bona et imposuit ibi nomen
domini sed non tantum labiis ysa. 29 populus hic labiis me honorat cor autem eorum intra in intimo
cordis unde dicitur in intimo .i. intus in corde venit. Non sic illi de quibus Ber. corpus
in thoro corde in foro. Pertransiit quoque abram etc. .i. pergebat vadens .i. de illo loco
recedens et ultra progrediens ad locum alium in quo ostenditur se non habere hic ma-
nentem civitatem ad hebr. xiii. Ad meridiem .i. versus estus claritatis dierum. Prov. iiii. E-
iustorum semita quasi lux splendens procedit et crescit usque ad perfectum diem.
Unde Ber. O vere meridies plenitudo lucis et fervoris solis status um-
brarum extinctio desiccatio paludum fetorum depulsio. O vernalis temperies
O estiva venustas O autumnalis ubertas et iam yemps abiit et recessit etc.

Facta est autem fames in terra. Descendit quoque abram in egiptum ut peregrinaretur
ibi. Prevaluerat enim fames in terra. Cumque prope esset ut ingrederetur egiptum
dixit Saray uxori sue. Novi quod pulcra sis mulier et cum viderint te
egiptii dicturi sunt uxor ipsius est et interficient me et te reservabunt.
Dic ergo obsecro te quod soror mea sis ut bene mihi sit propter te et vivat anima
mea ob gratiam tui.

Supra determinat peregrinationem abrahe in terra chanaan hic determinat eius peregrinationem
in egipto. Et describit fidei eius probationem. Ad hoc enim permisit deus famem fieri
in terra chanaan et maxime in illa parte ubi erat abraham ut ostenderetur fides
eius quia deus dixerat ei patri tuo dabo [illegible] in terra ista multiplicaret eum [illegible]
propter famem imminentem oportebat eum exire et tamen non est diffisus de divina pro-
missione. Ostenditur ergo primo quare in egiptum descendit. Secundo cautela qua in
descensu fuerit usus cum iam esset ingressurus. Tertio quid in egipto pertulit. Sub [illegible]
itaque ingressus. Dicit ergo Facta est fames .i. defectus victualium in terra
chanaan. Que scitum est tempore Iacob [illegible] quod pulcre et moraliter significat
quod tendentes ad terram promissionis pergit ad meridiem et in meridie viget calor
et lux diei. Talis ergo acquirit lucem sue et caloris amoris dei. Sed sepe tendenti
fit fames et carentia devotionis et voluptatis celestis. Cumque ergo vere est in via
promissionis fame talem invenit. Descendit quoque abram. Quia terra cha-
naan est montuosa terra egipti plana ut dicit Deut. xi. In egipto sed quia in illa
terra erat fertilitas et erat propinqua loco terre chanaan in quo erat abram
descendit in egiptum ut peregrinaretur [illegible] Joseph [illegible] egipti [illegible]
prevaluerat enim fames in terra [illegible] victualibus in terra chanaan
Moraliter predicti ordinis descensus abrahe in egiptum sit descensum [illegible]
[illegible] quasi futuri colonus [illegible]. Cumque prope esset ut ingrederetur
egiptum .i. in fimbria egipti ubi vero in isto maxime opus est cautela. Dixit
Sarai uxori sue [illegible] ingressum hic sibi dixit ut [illegible] de periculo [illegible]
uxoris sue quantum fieri potest in vita humana. Novi quod pulcra sis mulier
[illegible] notitia [illegible] Et cum viderint te egiptii [illegible] notitia

probabilis suspicionis. erant enim de Egipto i. viri luxuriosi. propter quod de filiis Israel
mares occidebant et feminas reservabant. Exod. 2. dicentes. Sint uxores illorum et
et instruent me scilicet ut te possint habere libere et te usu uterentur. Et Ambrosius
comparat in Egipto bestialem esse luxuriam petulantem cupiditate voluptatum
et impatientiam. unde quia sciebat Abraam nefas esse apud Egiptios adulterium
et inde plectendum et nunquam reputabat homicidium viri qui attendere ad uxorem
alienius viri ipso vivente. et ideo ad hoc periculum evitandum dixit uxori sue.
Dic ergo obsecro quod soror mea sis. ut scilicet bene sit mihi propter te. et vivat anima mea ob gratiam tui. xi. ut
bene sit in propter te scilicet quo ad temporalem possessionem et vivat anima mea i. conservetur in vita
corporali ad utilitatem ob gratiam tui. Fallax gratia et vana est
pulchritudo. hec est gratia exterior. non interior gratia aspectum humanum non divino.
Mag. Nico. movet questionem circa predicta d. Sed queritur hic quomodo Abraam homo tante per-
fectionis propter te necessarium exposuit uxorem suam periculo adulterii. quia ut videtur
magis debuisset eligere mori. Ad hoc dicendum quod homo in periculo positus semper
debet agere ad sui liberationem illud quod potest sine via humana ut non temptet deum obmit-
tendo illud per quod potest evitare periculum quantum potest et quando nichil potest ultra. tunc absque
temptatione dei potest secundum committere dispositioni divine. Abraam autem in terra Cha-
naan erat peregrinus nec habebat magnam peccuniam ubi possit aliquid emere. Et si ha-
beret incole illius terre non venderent sibi cum esset in tanta fame posite. ita quod vix
haberent victualia pro seipsis et familia propria. Et ideo si mansisset Abraam in terra
illa. statim imminebat sibi et familie sue periculum mortis propter famem. Et ideo
illi periculo primo debuit occurrere. quod et fecit descendendo in Egiptum que erat
terra fertilis et fructifera. periculum autem castitatis sue uxoris non erat ita propinquum
quia probabiliter estimabat quod uxor sua destinaretur regi propter suam pulchritudinem.
Sicut et factum est. Sciebat etiam quod tempore illo reges non accedebant ad uxores
suas de novo acceptas. nisi post annum circiter. ut patet Hester in libro Hester. Po-
stea mensibus ungebantur oleo mirtino et per alios sex aliis mensibus quibusdam
unguentis et variis pigmentis utebantur. et postea ad reges introducebantur. et sic
infra tantum tempus sperabat de dei adiutorio sibi uxori et familie afficiendo.
Textus sequitur. Dic ergo obsecro quod soror mea sis. non decuit eam mentiri. sed ulte-
rius celare eam te. Mulieres enim et viri de eadem cognatione propinqua fratres
et sorores nominabant. unde et infra sequenti Abraam vocavit Loth nepotem suum
fratrem dicens. Ne queso sit iurgium inter me et te. et inter pastores meos
et pastores tuos fratres enim sumus etc.
Sed dominus Paulus Burgensis addit hec ad predicta Mag. Nico. d. hec ratio postillatoris
vera est et consona dictis sanctorum et glose. cum tamen post hoc videtur dicendum quod
Abraham erat propheta ut infra xx. c. In spiritu prophetie cognoscebat quod ex hoc quod
uxor sua esset sublata non sequeretur aliquid contra uxoris pudicitiam. Ex pena
laus dei seu cognitio apud ipsos infideles videtur. Percussit enim Pharao
et suos quos dominus eos flagellabat maximis plagis propter Saram uxorem Abra-
he. Vnde in ... sic divinam providentiam et eius potentiam aliquatenus fatebantur
et Philistei qui videntes sua commercia et ipsos multiplicia-
ter a deo plagatos propter detentionem arche dei adhuc intendebant perire
dicentes. Non manus sua tetigit nos sed casu contigit. 1 Re. vi. c. Et amplius

pharao persecutorum tirannice detinebat videns se et suos multiplicibus flagella-
tos a deo tum aliis signis et prodigiis adhuc non cessabat divino man-
dato resistere ut in Exodo in multis locis habetur. Talis autem fuit in proposito cum statim
pharao deo obtemperat dimittendo [illegible]. Ex quo eciam fama gloriosa
crevit abrahe per quem deus mira operabatur apud ipsos infideles. Claruit
enim tunc promissio sibi super a deo facta cum dicitur Magnificabo nomen tuum. Ex-
quo patet error quorundam hebreorum circa ista. Dicit enim Rabi Moyses Gerundensis qui
in hoc loco asserit quod abraham mortaliter peccavit [illegible] in mandato et [illegible]
est in quantum de terra promissionis exivit sine mandato domini. Ad quam terram de eius
mandato speciali venerat. Et propter hoc quidem peccatum filii eius sub fuerunt in captivitate egipti
per multos annos. Sed hec quidem assercio vana est. Nam licet de multis sanctis
legitur quod aliquando peccassent ut de Moyse in aqua contradictionis. Et de David in facto
urie et huiusmodi. Tamen scriptura eos palam reprehendit, eis dictans penas in-
iungendo ut de moyse xx capitulo Numeri. Et de David 2 Regum xii capitulo. Nec eorum gesta
in talibus ad exemplum trahantur. Sed in proposito est propositum. Nam peccatum huiusmodi factum abra-
he non reprehenditur in scriptura. Sed potius ad laudem et [illegible] facti honorem re-
feruntur. Nichilominus et quibusdam [illegible] legitur in psalmo Centesimo quarto ad litteram per-
transierunt de gente in gentem etc. non reliquit hominem nocere eis et corripuit pro
eis reges: nolite tangere christos meos etc. Ex quo patet quod ista ad laudem
dei et eciam sanctorum suorum referuntur.

Sciendum hic quod beatus Augustinus Cum patriarcha mentiri voluit ut diceret [illegible]
suam uxorem esse sororem, et non potius deo commisit. Et respondet beatus Augustinus et
dicit quod uxor celavit sed non mentitus est soror esset ut caveret quod poterat, quod
homo poterat, et deo commendavit quod cavere non poterat. Esse si et illa quod
cavere potuit deo tamen dimitteret non in deum crederet sed deum temptaret potius
videretur, et inveniretur. Vere virtute voluit celari, et non mendacium di-
ci. Soror enim dicitur quia filia fratris. Et in hoc docetur quod nemo debet
temptare deum dum habet quod faciat. Racionali igitur consilio de vita sua fecit
et potuit, pudiciciam vero uxoris quam servare non potuit, ipse deo
commendavit. Ipse enim abraham si negaret illam esse uxorem suam videret
duas res deo committere, et vitam suam et uxoris pudiciciam.

Sciendum paciper [illegible] moraliter advertendum. Nam cum abraham dixit in
periculo Saram esse sororem suam, significat quod homo non debet temptare deum quando
habet quid faciat ex nobili consilio. Nec tamen mentitus est esse sororem
suam quia fuit sui filia erat fratris sui. Et quod potuit providit sua, quod vitare
non potuit illi commisit in quem sperabat, cuius et pudiciciam commisit, commendavit.
Nec eum fides et spes fefellit. Spiritualiter autem significat Sara fidem ecclesie quam
infidelis et error violare non potest et tunc signis miraculorum dimittit
omnem libere de egipto id est de mundo exire.

Cum itaque ingressus esset Abram in Egiptum viderunt egiptii mulierem quod esset
pulcra nimis et nunciaverunt pharaoni et laudaverunt eam apud illum et sublata
est mulier in domum pharaonis. Abram vero bene usi sunt propter illam fueruntque ei bo-
ves et oves et asini et servi et famule et cameli. Flagellavit autem dominus
pharaonem plagis maximis et domum eius propter Saray uxorem Abram.
Vocavitque pharao Abram et dixit ei quidnam est quod fecisti michi. Quare non
indicasti quod uxor tua esset. Quam ob causam dixisti esse sororem tuam ut tollerem
eam in uxorem. Nunc igitur ecce coniux tua accipe eam et vade. Precepitque pha-
rao super Abram viris et deduxerunt eam et uxorem illius et omnia que
habebat.

Hic ostenditur quid in Egipto pertulit. Et primo terrigene uxoris eius ablacio. Secundo raptoris fla-
gellacio ibi flagellavit. Tercio rapte restitucio ibi vocavitque. Quarto regressus Abrahe de
Egipto ibi precepit. Quantum ad primum dicit ipse. Cum ingressus esset Abraham in Egiptum viderunt egip-
tii mulierem scilicet periculosa est viro iusto societas egiptii id est mundi qui deditus
est vanitati et deditus inhonestati quod esset pulcra nimis id est ultra consue-
tudinem mulierum. Dicunt hic hebrei quod Abram ut neque obmitteret de hiis
que poterat ad servandam castitatem uxoris sue incluserunt eam infra vas ar-
tha ne videretur ab egiptiis quos sciebat esse luxuriosos. Sed cum pervenissent
ad quoddam passagium ubi scrutabantur ea que ferebantur custodes passagii
apperuerunt archam illam et viderunt quod ibi mulier esset apta concupiscencie
propter ipsius pulcritudinem et non fuit ibi ditum et nunciaverunt principes id est predicti custo-
des passagii pharaoni id est regi egipti. Tunc enim omnes reges egipti vocabantur
pharaones sicut et aliquo tempore omnes imperatores Romani vocabantur cesares.
Nunciaverunt regi pharaoni causa adulacionis et laudaverunt eam apud eum
sicut famuli holofernis iudith, Iudith XI dicentes quod esset valde aveniens sibi.
Et hec ergo dicebant ad captandum regis graciam et sublata est mulier in
domum pharaonis ut fieret uxor regis scilicet invita. Glossa excusat Saray
quia tulerunt in domum pharaonis invita nec solum in hoc quod non consensit
corpus eius nec consensu sed eciam in hoc quod consentiret viro et promitteret
fidem quod intellexit de promissione voluntate et absoluta gloria est locum
de urina et coordinata scilicet propter timorem mortis. In hoc apparet tempore
pictura suis inciensis pulcritudo raptus ad tunc nec quo ad viros luxuriose
quo ad aspiciendum et non fallax gracia et vana pulcritudo. Et propter hec tunc
est habere turpe uxorem quam pulcram et dicit in domum pharaonis id est regis egipti.
Hec enim erat tempore illo nomen commune illius regibus. Abraham vero bene usi sunt
propter illam id est sine molestia se habuerunt ad ipsam egiptii quia credebant
eam esse eius sororem non uxorem. Vere bene usi sunt Abram ipsum honorando
et munera exhibendo credentes quod esset frater eius et non maritus. Et ex tunc
docuit egiptios astronomiam quam ignorabant ut dicit Josephus. Fuerunt
que ei boves et oves etc. forte ex dono pharaonis et ex augmento sue possessionis
non impedientibus ipsis egiptiis sed promoventibus oves ad vestiendum et
comedendum et boves ad arandum et asini ad onera ferendum. Servi administrandum

familie ad obsequendum et asine ad portandum et cameli ad equitandum.
Flagellavit autem dominus pharaonem, quia si amore non desistebat peccati saltem timore
oportebat quod desisteret plagis maximis et insanabilibus eius preserti et domus
eius forte scilicet eius uxorem et alias egipti familias propter Saray uxorem abra
ge quam volebat custodire castam de loco eius plagis non permittebat omnino va
care luxurie ut Eccli xi dicitur Malicia unius hore oblivionem facit luxurie maxime
fecerat quod abraham fidelis quantum poterat secundum viam humanam et sollicitudinem suam castam
uxorem commisit divine protectioni ut supra dictum est Ideo deus qui tamen preterea
speravit in se castitatem sibi commissa asservavit flagellando pharaonem plagis maximis
Quales autem fuerint plage ille non est expressum in textu sed hebrei dicunt quod fuit fluxus
seminis ita quod coitum exercere non poterat ut impleret pharaonem et similibus eius Et exposi-
tores nostri dicunt quod fuit confusio uxoris pharaonis et filiorum eius ita quod parere
non possent propter Saray In hebreo habetur propter verbum Saray Dixit enim hebrei
quod Saray habebat angelum custodem corporis sui sicut de beata virgine legitur
et quando Sara dicebat angelo ut percuteret pharaonem plagas percussit tunc
percutiebat et sic cognoscere eam non potuit Et si dicatur pharao non fuit
culpabilis quia ignorabat fuit credens eam solutam dicunt quod ipse non suffi-
cienter inquisivit dicit quidam quomodo tamdiu potuit manere Saray apud
pharaonem et intacta permansit Respondetur quod reges tunc temporis aliquos admittebant ad
concubitum puellas diu antea preparabant per unguenta in corpore disponendo et
illa per quam intrabat ad regem sicut per mensuras preparationes sicut habetur apte in hester
2 capitulo et tempore talis preparationis ut probatur Saray flagellatus fuit pharao ut sepe-
re statim eam abstulit flagellabatur pro quod ab opere carnalis voluptatis impe-
diebatur et potuit manere intacta Et interim abraham bis usi fuit
egipti donec pharao a deo flagellatus est Et confessus quod uxor eius erat
reddidit intactam Vocavit quoque pharao abram scilicet recognoscens propter raptum eius
plus hic mala contingere et dixit ei Quid est hoc quod fecisti id est quare ma-
le fecisti quare non indicasti michi quod uxor tua esset quasi dicat non tulissem eam
Et in hoc condempnat eos et illos qui scienter violant alienas uxo-
res Quam ob rem dixisti sororem tuam esse ut tollerem michi eam in uxorem Et tunc
enim utebantur pluribus uxoribus illi Nec dicit in concubinam sed in uxorem
quasi excusans suam luxuriam Quia dicit beatus Augustinus Concupiscentia pravi in re
quasi turpitudinis excusat honestate nupciali Nunc igitur ecce uxor tua scilicet sororem
uxorem tuam esse ecce coniux tua accipe eam et vade quia sciebat eum
mali quod non poterat habere alienam uxorem Precepitque pharao super abram
viris et deduxerunt eum et uxorem eius et omnia que habebat hic est dedita
conducta ne quis eum lederet vel uxorem eius violaret dicit et res
eius auferret Et in hoc dedit exemplum principibus deducendi per viam suam
homines qui sunt in periculo mortis.

Quomodo quero quando pharao hoc
Queritur hic quomodo pharao hoc scivit quod Saray erat uxor .... et per quem scire
potuit quod ista flagellatio ei eveniret Respondetur quod forte per demones sicut quos volu-
isset consuleret vel forte videns novam esse insolita plagas inflicta et sciens
non sine causa hoc esse et non prognostes alia nisi forte illa ..... soluta
quia solutam credebat non esset soluta et per hoc credens ipsam uxorem illius quem
ille eam adduxerat dixit ei accipe eam et vade Non dixit ei ira contra te

plag

et ubicumque ibi habita. Sic dixit abymelech rex servare ut habetur in xx c. Sciebat enim pharao egiptos esse luxuriosos propter quod abraham non possit habitare secure in terra egipti cum uxore sua. Unde precepit pharao super abram viros ad conducendum eum secure donec esset extra terram suam ne aliqua molestia sibi vel uxori sue vel familie inferretur etc.

Ca. xiii

Ascendit ergo abram de egipto ipse et uxor eius et omnia que habebat et loth cum eo ad australem plagam. Erat autem abram dives valde in possessione argenti et auri. Reversusque est per iter quod venerat a meridie in bethel usque ad locum ubi fixerat prius tabernaculum inter bethel et hai in loco altaris quod fecerat prius et invocavit ibi nomen domini. Sed et loth qui erat cum abram fuerunt greges ovium et armenta et tabernacula nec poterat eos capere terra ut habitaret simul. Erat quippe substantia eorum multa et nequibant habitare communiter unde et facta est rixa inter pastores gregum abram et loth. Eo autem tempore chananeus et pherezeus habitabant in terra illa.

c. xiii°

Supra ostendit initium iusticie abrahe ad deum hic consequenter describit quomodo abraham bene se habuit ad proximum. Et primo in statu prosperitatis et ista secunda in statu adversitatis et sequitur xiiii. Prima pars primo determinat abrahe initium. 2° prosperum ibi dixit quod dominus. In prima parte primo determinatur inter abram et loth occasio dissensionis. 2° ex parte abram compositio pacis ibi dixit ergo. In prima parte determinatur primo utriusque reditus de egipto. 2° possessionum amplitudo ibi Erat quippe. Unde dicit ascendit ergo abraham de egipto quia egiptus est in imo respectu terre chanaan in quo fit processus de bono ad melius ipse et uxor eius et omnia que habebat et loth cum eo. Nec est facta super mentio de eius descensu sed loth in egipto quia in eius comitiva erat

ascendit de egipto

implex angelus contigerat terra ipsorum id est terra chanaan que est ad austrum respectu egipti. Dicunt tamen aliqui quod egiptus est ad austrum terre sancte ergo inconvenienter ascendit ad aquilonarem plagam ibi dicunt quod vero est inter usque ad aquilonem sed inter ad partem australem terre chanaan ad quam prius dictum est ipse proficiens ad meridiem que pars et si aquilonaris erat respectu egipti tamen respectu aliarum partium terre chanaan erat australis. Non est ergo intelligendum quod terra promissionis ad quam ascendit abram rediens de egipto sit in parte australi respectu egipti sed est in aquilonari sed australis plaga hic accipitur respectu iherusalem quia illa pars terre promissionis que est vicinior egipto est pars australis iudee.

Mistice in ascensu abrahe de egipto fit ascensus christi de mundo quia ascendit cum uxore id est cum humanitate et loth id est sequentium societate dives in possessionibus auri et argenti quia tunc dona sua ad mundum et doctrinam propter quod in igne et lingua apparuit actuum 2.

Moraliter abram ascendit de egipto quando peccator ascendit de peccato vel mundo. Et hic debet ascendere cum auro gratiosorum et argento confessionis hic est auri caritatis quod est optimum. Ciulatus est in propria penitentibus vel dolentibus et sit dolorem gratiosorum michee 1. dole et satage id est satisfactione filia syon quia penitentibus argentum sit sonoritate confessionis et aurum gratiosorum propter quod argentum electum lingua iusti de hiis prior est unde et adduxit eos scilicet de statu peccati cum argento confessionis et auro gratiosorum et non erat infirmus in tribubus eorum id est opere satisfactionis. Sequitur Erat autem dives valde. Ibi tanguntur duo ipsius occasiones et primo multiplicatio possessionum 2° non sufficientia pastorum nec sit

Rixa pastorum in via facta est. Dicit ergo erat autem scilicet quando ascendit de egypto dives
valde. In hebreo habetur gravis vel ponderosus nimium quia habebat multa pon-
dera auri et argenti et aliarum rerum et divitiarum dicitur enim sicut [illegible] possessor
auri et argenti quia scilicet Joseph docuit egyptios astronomiam qui multum dedit
ei et dedit in possessionem quam possidebat actione non qua possidebat ab auro non
cum sumebat mandere scilicet deo quia dives corpore scilicet pauper spiritu sed in vim di-
ves et pauper. Et hic argumentum quod magister in philosophia doctoribus licet accipe-
re mercedem ab auditoribus scilicet auri et argenti non tamen materialium metallorum
sed spiritualium quia in auro bona vita in argento sonora doctrina. ps. Et da-
bitur ei de auro arabie arabia calida interpretatur [illegible] argentum
electum lingua iusti. Sequitur Reversus quia est in terram Chanaan quam dominus ei de-
putaverat ad peregrinandum et semini suo ad habendum per iter quo venerat scilicet de Cha-
naan in egyptum scilicet [illegible] in bethel scilicet usque sit a bethel venit ad meridiem
super scilicet usque ad locum scilicet iuxta montem ubi prius fixerat tabernaculum inter bethel
et hay in loco altaris quod fecerat prius scilicet secundum et invocavit nomen domini dei. In quo
quo ostenditur quod potius est orandum in loco dedicato quam alio. In hoc etiam significatur
quod homo debet laborare ut per penitentiam redeat ad statum primum cum [illegible] memor
esto unde excideris et prima opera fac. In hebreo habetur usque est per mansi-
ones quibus venerat. Et hoc duplici de causa. Una quia homines [illegible]
ad terram suam unde exierant [illegible] accipere hospitium redeundo ubi fue-
rant prius hospitati eundo. Alia quia quando abram ivit in egyptum non habebat
pecuniam pro expensis sufficientibus et contraxerat in hospitiis aliqua debita
sed in redeundo erat dives valde ut predictum est. Et ideo redit per eadem ho-
spitia ad solvendum debita. Sequitur Sed et loth scilicet qui erat cum abram
scilicet nepoti suo fuerunt greges ovium et pecora armentorum et armenta scilicet maio-
rum pecorum et tabernacula scilicet familiarum scilicet pastorum et hominum. Nec poterat
eos capere terra ut habitarent simul scilicet propter multitudinem ovium et armentorum quod requi-
rebat pascua multa. Erat quippe substantia eorum multa scilicet possessio pecorum
in quibus erant precipue divitie antiquorum et nequibant habitare quia divitie
cum sint causa separationis et amicorum et fratrum. Et hoc patet quod non possunt
concordari [illegible] divites et divitie corporales quia vulgariter dicitur duo grossi non
possunt in uno puteo esse. Unde facta est rixa inter pastores ovium abraham et loth.
Causa huius rixe fuerunt bona temporalia [illegible] quietissime viverent homines si ista
duo pronomina meum et tuum de medio tollerentur. Unde pastores inter se rixabantur quia
ista quam illi volebant sibi occupare meliora pascua et meliores aquas.
Hebrei dicunt quod causa contentionis fuit ideo quod pastores loth pascebant animalia
sua in bladis alienis. pastores autem abram increpabant eos quia erant edocti
in iustitia sua a magistro suo non sic autem pastores loth. Sed secunda expositio vero
melior. Chananeus autem et pherezeus habitabant in terra illa. Quasi dicit licet terra
illa promissa erat a deo semini abrahe non tamen erat sibi tradita. Et ideo magis
volunt abraham recedere a nepote suo ne forte ex contentione predictorum fa-
miliorum surgeret [illegible] corda indigenarum infidelium. Item propter hoc contentio
erat inter illos periculosa quia si contentio [illegible] cum [illegible] resiste-
ret ei [illegible] C° N. Sequitur Dixit ergo abram ad loth Neque

xxvi

Chananeus et pherezeus [illegible] presumitur quod tenebat alium [illegible] habitatores [illegible]
timore dum scilicet chananeus et pherezeus viderent tantam et abundantiam abrahe et nepotis [illegible]
quod non poterat eos capere terra expoliaret eos ut [illegible] de terra sicut [illegible]
philisti [illegible] xxvi [illegible] Et ideo interposuit scriptura in narratione [illegible]
recessus Chananeus et pherezeus habitabant in terra [illegible] habitatores terre
qui non tolerarent tantam abundantiam in extraneis

Dixit autem abram ad loth Ne queso sit iurgium inter me et te et inter pastores meos et tuos fratres enim sumus. Ecce universa terra coram te est Recede a me obsecro. Si ad dexteram ieris ego sinistram tenebo Si tu sinistram elegeris ego ad dexteram pergam Elevatis itaque loth oculis vidit omnem circa regionem iordanis que universa irrigabatur antequam subverteret dominus sodomam et gomorram sicut paradisus domini et sicut egiptus venientibus in segor Elegitque sibi regionem circa iordanem et recessit ab oriente divisique sunt alterutrum a fratre suo Abram habitavit in terra chanaan et loth moratus est in oppidis que erant circa iordanem et habitavit in sodomis. Homines autem sodomite pessimi erant et peccatores coram domino nimis

Hic ostenditur ex parte abram secundum pars et primo ostenditur quomodo per se loth dedit eligendi optionem [illegible] abraham tangit eius electionem. Elevatis ergo. Primo dimissionem dimisit et hic est. Dixit ergo abram ad loth licet esset maior. In quo ostenditur eius humilitas. Ne queso sit iurgium Rogat pro pace sed aliud [illegible] in iurgium dicitur qui inter [illegible] ipse ille qui [illegible] deum suscepit rogat pro pace. Sicut dicitur [illegible] petri rogare que ad pacem sunt ierusalem. Inter me et te. quoniam non decet viros honestos inter se contendere. 32 [illegible] honor est homini qui separat se a contentionibus et inter pastores meos et pastores tuos per quod innuitur quod frequenter propter malitiam familiarum seu servitorum dominorum rixatur et a mutua pace impediuntur. Fratres enim sumus scilicet cognatione ut dictum est. [illegible] quod ebrei [illegible] dicuntur fratres in scriptura [illegible] ut Jacob et Esau Cognatione ut abram et loth. Gente ut omnes iudei. Periculosa est discordia inter fratres carnales [illegible] odibilis est qui seminat inter fratres discordias et multo magis inter fratres spirituales inter quos debet esse unitas amor et concordia. Sequitur carnales et quod quia est gaudium inter spirituales quod est divisionem in gente ponere. Dicat ergo frater fratri Ne queso sit iurgium

Nic[olaus] Coxit azima et comederunt. Et hic dicunt hebrei quod tunc erat pascale in quo precipitur in lege quod iudei comedant azimos panes vii diebus et quod ista observatio durabat in domo abrahe. Sed cum aliqua convenientia cum datione legis scribuntur ut de circumcisione dictum est c. xvii. Et de observatione sabbati ca. ii. Ista dicit hic de observatione pascali. Sed hoc videtur falsum quia exod. xii ubi agitur de exitu filiorum israel de [illegible] quod [illegible] pascali. Et tamen ibi causa quare comederunt panes azimos assignatur quia non potuerunt aliquid fermentare eo quod egyptii cogebant eos exire. Ex quo manifeste patet quod ideo non habebant comedere azima ex aliqua observatione prius instituta sed quia in illo exitu fuerunt coacti uti azimis. Institutum est ut de cetero in sollempnitate pascali azimis uterentur in memoria sui exitus de egypto. Hic [illegible] videtur in nocte pasce quod tempus incepit eo quia nocte angelus domini transivit per egyptum [illegible] primogenita et filios israel salvavit et tamen eadem nocte filii israel inceperunt exire de egypto disponendo ad exitum [illegible] ut transirent ad terram promissionis. Ex quo videtur quod ante non erat aliqua observantia pascalis. Isti angeli intraverunt ad domum loth [illegible] non intrabant immediate ad primam petitionem loth ut per hoc declararetur magis prosperitas eius et daretur aliis exemplum in hospitalitate. ler

Compulit eos oppido id est valde et tunc acquieverunt. Ex hoc habetur [illegible] de [illegible] in [illegible] dominis [illegible] et sic legitur [illegible] [illegible] et [illegible] eis. Ex quo patet quod ad complendum invitationem [illegible]. Et ex ipsis [illegible] et [illegible] quod [illegible] non [illegible] sunt [illegible] et [illegible] in [illegible].

Ingressique domum [illegible] [illegible]. Et dicit Nicolaus quod angeli invitati ab abraham ad primam invitationem acquieverunt loth [illegible] xviii [illegible] ad primam petitionem. Angeli dixerunt [illegible] ut [illegible] a loth non acquieverunt [illegible] ad maximam instantiam et quasi compulsi. Unde dicitur ibi Compulit eos oppido id est valde ut diverterent ad eum. Ex quo dicit quidam expositor hebreorum et est notabile quod ad hoc datur doctrina hominibus ut cum invitantur a viro magne auctoritatis non debent se retrahere sed acquiescere statim propter eorum [illegible] sicut angeli fecerunt abrahe. Cum vero invitantur ab hominibus mediocribus seu modice auctoritatis non debent statim acceptare invitationem seu [illegible]. Sed aliqualiter se retrahere ne leves videantur sicut angeli fecerunt cum loth.

id est ab oppido

Prius autem quam irent cubitum viri civitatis vallaverunt domum a puero usque ad senem omnis populus simul. Vocaveruntque loth et dixerunt ei Ubi sunt viri qui introierunt ad te nocte? Educ illos ut cognoscamus eos. Egressus ad eos loth post tergum occludens hostium et ait Nolite quaeso fratres mei nolite hoc malum facere. Habeo duas filias quae necdum cognoverunt virum educam eas ad vos

et abutimini eis sicut vobis placuerit dummodo viris istis nichil mali faciatis quia ingressi sunt sub umbra culminis mei. At illi dixerunt recede illuc. Et rursum ingressus es inquiunt ut advena numquid ut iudices nos? Te ergo ipsum magis quam hos affligemus. Vimque faciebant loth vehementissime iamque prope erat ut refringerent fores. Et ecce miserunt manum viri et introduxerunt ad se loth clauseruntque hostium et eos qui erant foris percusserunt cecitate a minimo usque ad maximum ita ut hostium invenire non possent

Nicolaus — Omnis populus simul yperbolica est locutio sicut dicitur tota civitas exiit ad [illegible] [illegible] aliquis maior pars remanserit. Non enim est verisimile quod totus populus venit [illegible] domum loth. Hic addit dominus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non videtur [illegible] yperbolice. Non enim dicitur hic quod tota civitas seu vir [illegible] civitatis [illegible] domum loth sed semper hic addit a puero usque ad senem. Et ad hoc dicit omnis populus [illegible] ubi datur intelligi quod omnes qui [illegible] fuerunt ibi [illegible] loquendo. Nec debet pro nimia [illegible] reputari [illegible] [illegible] valde [illegible] sicut terra [illegible] dominum [illegible] [illegible] non omnes fuerunt [illegible] sed aliqui [illegible] et aliqui [illegible] [illegible] longe ut [illegible] crediderunt et intenderunt [illegible] [illegible] [illegible] considerationem [illegible] non est [illegible] Dixerat enim dominus abrahe supra xviii [illegible] descendam et videbo utrum clamorem [illegible]. Ubi deus loquens more humano ut dictum est [illegible] [illegible] in hoc facto Sodomitarum ad [illegible] voluit aliquod experimentum seu [illegible] [illegible] supra quod fuerunt [illegible] quod si fuissent inventi ibi x iusti quod non deleret [illegible] ut ibidem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quod non solum non erant ibi x iusti sed nec unus preter loth. Et ideo [illegible] quod a puero usque ad senem omnis populus fuerat in illo facinore [illegible] [illegible] [illegible] Abraham [illegible] non essent viri in Sodomis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] a puero usque ad senem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Abraham [illegible] [illegible] [illegible] Cum tradiderunt dominum [illegible] usque ad senem totus populus [illegible] nulla etas erat culpe immunis

Egressus ad eos loth post tergum occludens hostium ne intrarent domum eius et [illegible] [illegible] hospites quos adhuc credebat homines esse, habeo duas filias [illegible] ut evitaret maius malum scilicet vicium contra naturam et violentiam hospitum [illegible] cum [illegible] [illegible] hospites.

Vers — Hic queritur [illegible] utrum loth peccavit offerendo filias suas [illegible] [illegible] [illegible] quia de duobus malis minus malum est eligendum [illegible] [illegible] malum [illegible] maius malum scilicet [illegible] [illegible] dicit glossa [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] filias [illegible] [illegible] vicium [illegible] [illegible] et violentiam hospitum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Contra [illegible] [illegible] [illegible] loth turbatus dixit hoc [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non sunt facienda [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fuit sibi [illegible] abusum filiarum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ut [illegible] [illegible] [illegible]

Lyra

aliquid inordinatum ut permittat minus peccatum alterius. Unde Augustinus libro contra mendacium ad Consentium: ~~...~~ homicidium non est mentiendum. Loth autem non potuit offerre filias suas pro peccato non consensisset in eo quod erat peccatum de genere. Non solum veniale sed mendacium. Si est mortale, tamen exoneratus fuit a toto et si non a toto, tamen non tenebatur. Peccatum bonis ... in quo erat, cum quod vicio passionis in suis timebat et violentiae in suis hospitibus ... cernebat ... Apostolus ad Romanos ... et in corporalibus. Sed quod homo faciat peccatum ... animam ad ... in alio non est licitum. Non enim sunt facienda mala ut veniant bona, sicut quidam dicunt apostolus. Et dicunt aliqui quod Moyses non concessit ... quod permissit sine contrarietate divina, qui potest coniungere et dissolvere pro ut sibi placet. Et illi qui uxores dimittebant peccabant quantum erat ex ipsa dimissione. Sed filii Israel per ... dare ... scholaribus ... egyptios auctoritate divina, qui potest pro ut vult rem auferre et alteri dare. Potest tamen esse peccatum in dimittentibus ex alia causa, id est si iniuste odiebat uxorem vel ... Sed hoc dictum non videtur conforme veritati salvatoris Matthaei xix. Ecce si quis dimiserit uxorem et aliam duxerit moechatur, et qui dimissam duxerit moechatur. Quod non esset verum si per matrimonium esset dissolutum. Et ideo aliter potest dici quod repudium uxoris fuit permissum, quia non puniebatur in lege. Non propter hoc quod fieret licitum. Et igitur illi ... propter duritiam ... non debuit permittere, quia non sunt facienda mala ... et erat ... pro quod dare ad usuram extraneis ut habetur Deuteronomii xxiii. Moraliter dicendum quod lex humana permittit meretrices, meretrices non puniunt talem fornicationem. Omnia non omnia potest. Sed aliqua tolerabiliter dimittit dei iudicio punienda. Non tamen licitum est lege lata aut inducere vel fornicationi inducere, et pro minori malo vitando. Et ideo esse homines ... quod de iure naturali est ... hospitalitatis et credebat hospites suos ... Quod quilibet tenetur hospites tueri quantum potest pro modo licitum, non tamen debet peccare ad destructionem propter ordinem caritatis ut dictum est.

Dixerunt autem ad Loth: habes hic tuorum quempiam generum aut filios aut filias, omnes qui tui sunt educ de urbe hac; delebimus enim locum istum, eo quod increverit clamor eorum coram domino qui misit nos ut perdamus illos. Egressus est itaque Loth locutus est ad generos suos qui accepturi erant filias eius, et dixit eis: Surgite, egredimini de loco isto, quia delebit dominus civitatem hanc. Et visus est eis quasi ludens loqui. Cumque esset mane, cogebant eum angeli dicentes: Surge et tolle uxorem tuam et duas filias quas habes, ne et tu pereas in scelere civitatis. Dissimulante autem illo, apprehenderunt manum eius et manum uxoris ac duarum filiarum eius, eo quod parceret dominus illi, et eduxerunt eum posueruntque extra civitatem. Ibique locuti sunt ad eum dicentes: Salva animam tuam; noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione, sed in monte salvum te fac, ne et tu simul pereas.

Dixitque Loth ad eos: Quaeso, domine mi, quia invenit servus tuus gratiam coram te et magnificasti misericordiam tuam quam fecisti mecum ut salvares animam meam, nec possum in monte salvari, ne forte apprehendat me malum et moriar. Est autem civitas ~~iuxta~~ haec iuxta ad quam possum fugere, parva, et salvabor in ea. Numquid non modica est et vivet anima mea? Dixit ad eum: Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas ut non subvertam urbem pro qua locutus es. Festina et salvare ibi, quia non potero

facere quicquam, donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatum nomen urbis illius Segor. Sol egressus est super terram et loth ingressus est in Segor.

Igitur dominus pluit super Sodomam et Gomorram sulfur et ignem de celo et subvertit civitates has et omnem circa regionem universos quoque habitatores urbium et cuncta terre virentia. Respiciensque uxor eius post se versa est in statuam salis. Abraham autem consurgens mane ubi steterat prius cum domino intuitus est Sodomam et Gomorram et universam terram regionis illius vidit quod ascendebat favilla de terra quasi fornacis fumus. Cum enim subverteret dominus civitates regionis illius recordatus est abrahe et liberavit de subversione urbium loth in quibus habitaverat.

ca. liva.

Respiciens uxor loth post se versa est in statuam salis. Dicit hebreus quod hoc fuit quia mane obsecrata est salem ut sic pena responderet peccato. peccavit enim loth sal propter adventum angelorum quos homines credebat ipsa venit apportare. quod si modicum sodomorum quos habitabat affectum ad hospites non habebat. Nos autem exponimus dicit quod facta est in signum salis et condimentum et exemplum. Etiam uxor loth respiciens versa est in statuam salis quod punicio eius dat condimentum sapientie penitentibus ne ad peccata redeunt, propter quod et ipse dominus dixit luc. xvii memores estote uxoris loth et ista quod ipso licet mystica videtur sit tamen dicta literaliter. propheta enim quod prophetabat sub aliis prophetabat verbis. Ut Jeremias predixit destructionem civitatis Jherusalem Je. xxv aliquando autem prophetabat factis. Sicut idem Jeremias posuit catheram ligneam in collo suo Je. xxviii ad designandum quod perducerent eum in babilonem. Et quandoque ... dicens quod spiritu locuti sunt prophete aliquando in figuram ... ex hoc in scriptura aliquando fit sicut hoc loco de uxore loth et in pluribus aliis.

Ascendit quoque loth de Segor et mansit in monte. Due quoque filie eius cum eo. Timuerat enim manere in Segor et mansit in spelunca ipse et due filie eius cum eo. Dixitque maior ad minorem pater noster senex est et nullus virorum remansit in terra qui possit ingredi ad nos iuxta morem universe terre. Veni inebriemus eum vino dormiamusque cum eo ut servare possimus ex patre nostro semen. Dederunt itaque patri suo bibere vinum nocte illa et ingressa est maior dormivitque cum patre. At ille non sensit nec quando accubuit filia nec quando surrexit. Altera quoque die dixit maior ad minorem. Ecce dormivi heri cum patre meo, demus ei vinum bibere etiam hac nocte et dormies cum eo ut salvemus semen de patre nostro. Dederunt et illa nocte patri vinum, ingressaque minor filia dormivit cum eo et nec tunc quidem sensit quando concubuit vel quando illa surrexit. Conceperunt ergo due filie loth de patre suo. Peperitque maior filium et vocavit nomen eius moab. ipse est pater moabitarum usque in presentem diem. Minor quoque peperit filium et vocavit nomen eius amon id est filius populi mei. ipse est pater amonitarum usque in hodiernum diem.

Profectus est inde abraham in terram australem habitavit inter cades et sur et peregrinatus est in geraris. Dixitque de sara uxore sua soror mea est. Misit ergo rex abimelech gerare et tulit eam. Venit autem deus ad abimelech per somnum nocte et ait illi. En morieris propter mulierem quam tulisti habet enim virum. Abimelech vero non tetigerat eam et ait domine num gentem ignorantem et iustam interficies. Nonne ipse dixit michi soror mea est et ipsa ait frater meus est. In simplicitate cordis mei et munditia manuum mearum feci hoc. Dixitque ad eum deus. Et ego scio quod simplici corde fecisti et ideo custodivi te ne peccares in me et non dimisi ut tangeres eam. Nunc igitur redde uxorem viro suo quia propheta est et orabit pro te et vives. Sin autem nolueris reddere scito quod morte morieris tu et omnia que tua sunt.

abraham propheta

Statimque de nocte consurgens abimelech vocavit omnes servos suos et locutus est universa verba hec in auribus eorum. Timueruntque omnes viri valde. Vocavit autem abimelech etiam abraham et dixit ei. Quid fecisti nobis quid peccavimus in te quia induxisti super me et super regnum meum peccatum grande. Que non debuisti facere fecisti nobis. Rursumque expostulans ait. Quid vidisti ut hoc faceres. Respondit abraham. Cogitavi mecum dicens forsitan non est timor dei in loco isto et interficient me propter uxorem meam. Alias autem et vere soror mea est filia patris mei et non filia matris mee et duxi eam in uxorem. Postquam autem eduxit me deus de domo patris mei dixi ad eam hanc misericordiam facies mecum. In omni loco ad quem ingrediemur dices quod frater tuus sim. Tulit igitur abimelech oves et boves et servos et ancillas et dedit abraham reddiditque illi saram uxorem suam et ait. Terra coram vobis est ubicumque tibi placuerit habita. Sare autem dixit. Ecce mille argenteos dedi fratri tuo hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum sunt et quocumque perrexeris memento te deprehensam. Orante autem abraham sanavit deus abimelech et uxorem ancillasque eius et pepererunt. Concluserat enim deus omnem vulvam domus abimelech propter saram uxorem abraham.

Nicolaus lira exponit istam literam quocumque perrexeris sicut inter extraneos memento te deprehensam .i. acceptam esse in uxorem propter tale modum loquendi velata et non debes uti tali modo loquendi. Alii autem exponunt secundum hebreos qui habent talem literam hoc tibi in velamen oculorum omnibus qui tecum sunt et omnibus ut pharao. Et esset illud quod dedi abrahe erit in velamen oculorum omnibus ut non possent dicere quod ego fedavi te. Et propterea reddidi te sicut solet fieri [illegible] [illegible]. Et per dona predicta audi quod ego adeo reddere te [illegible] viro tuo. Et ideo erit tibi argentum ad omnes alios qui male vellent loqui de te eo quod fuisti in domo mea. Sed Paulus burgensis episcopus dicit quod multis aliis modis exponitur [illegible] abrahe [illegible] hebreorum. Et quod verba hec sunt [illegible] in hoc loco propter causam brevitatis.

obmitto quia non videtur hic esse magna vis. Sed sciendum quod in hoc loco non est dictio que sonet in velamen oculorum sicut in translatione nostra dicitur. Nec est ibi dictio sonans id quod argumentum sed pharaonis. Sed potius est ibi quedam dictio que sit redargucionem seu reprehensionem [?] vel nominativum quod concordat cum prima expositione. Et est sensus: Veruntamen precepit hominibus [?] cunctis cum redarguta seu reprehensa. Alia autem expositio modi loquendi scilicet [?] Dedi marito tuo et viro tuo fratri. Alia autem expositio scilicet secunda quam ponit hic sed hebrei non videtur racionabilis quia licet pro dona predicta que Abymelech dedit Abrahe condatum ipsum Abymelech fuisse adeo quod ipsum [?] non in [?] quod uxor redderetur munda viro. Sed potuisset dicere obloquentes quod tanta dona fuissent data Abrahe ad satisfaciendum de iniuria adulterii. Et ideo alii exponunt quod cum dicitur in hoc loco: hoc tibi erit velamen oculorum ad hoc refertur ad Abraham de quo dixit immediate: dedi fratri tuo. Ut sit sensus: hic scilicet frater meus Abraham erit tibi in velamen oculorum coram omnibus qui tecum sunt, quia ipse est propheta et talis reputatur apud suos et apud eos qui tecum sunt. Et illi non possunt dicere quod ego fedavi te videntes quod ipse propheta te acceptat tanquam mundam. Sed communis expositio est extra catholicos [?] reprehensa seu redarguta eo quod non crederet [?] habebant Abraham tanquam [?] ex quo hortari intendebat Saram ne ulterius hoc modo loquendi uteretur ut interpaneat Abraham de hoc supra eodem capitulo.

Capitulum XXI

Visitavit autem Dominus Saram sicut promiserat et implevit quod locutus est. Concepitque et peperit filium in senectute sua tempore quo predixerat ei Deus. Vocavitque Abraham nomen filii sui quem genuit ei Sara Ysaac et circumcidit eum octavo die sicut preceperat ei Deus cum centum esset annorum. Hac quippe etate patris natus est Ysaac. Dixitque Sara: Risum fecit mihi Deus; quicumque audierit conridebit mihi. Rursumque ait: Quis auditurum crederet Abraham quod Sara lactaret filium quem peperit ei iam seni? Crevit igitur puer et ablactatus est, fecitque grande convivium in die ablactationis eius. Cumque vidisset Sara filium Agar egiptie ludentem cum Ysaac, dixit ad Abraham: Eice ancillam hanc et filium eius. Non enim heres erit filius ancille cum filio meo Ysaac. Dure accepit hoc Abraham pro filio suo. Cui dixit Deus: Non tibi videatur asperum super puero et super ancilla tua. Omnia que tibi dixerit Sara audi vocem eius quia in Ysaac vocabitur tibi semen. Sed et filium ancille faciam in gentem magnam quia semen tuum est.

Quod [?] completur [?] et promissio Domini

filios. scilicet [?] filium quem peperit [?]

Ait Nicolaus Lira: Quis auditurum crederet Abraham quod Sara lactaret filios. Et hic dicunt hebrei quod vicine mulieres dicebant non esse filium Ysaac Sare, eo quod diu [?] fuerat [?] marito absque prole. Sed acceptat eum Sara ab alia muliere pro proprio fingebat se eum genuisse. Et ad hanc opinionem tollendam Abraham fecit convivium grande in die ablactationis pueri ut statim subditur in littera. Et vicine mulieres vocate ad convivium apportaverunt pueros suos adhuc lactantes et Sara lactabat eos ad probandum quod genuerat puerum. Secundum vero translationem nostram quod hic filium potest dici quod in hebreo dicitur filios accipitur plurale pro singulari sicut econverso aliquando ponitur singulare pro plurali ut dictum est supra XVIII capitulo. Ista dicit ait Nicolaus Lira et quod in hebreo non habetur nisi ludentem tantum. Et quod sequitur non est de textu. Ideo aliter exponunt

hebr. ubi cum hebraice ludentem hebrei habent messahet / et est dictio equivoca in hebreo
quia sit ludentem, ydolatrantem, occidentem et coeuntem seu lascivientem, ut in Exo. xxxii
ubi nos habemus sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere hebr. dicunt
ydolatrare. Et 2 Reg. ubi habemus surgant pueri et ludant hebrei dicunt occidant. Et
infra xxvi c. ubi habemus vidit abimalech ysaac iocantem cum rebecca uxore sua
hebrei dicunt coeuntem. Et in omnibus passibus allegatis est secundum hebraicum predicte dictionis
messahet. Sic patet equivocatio predicte vocis secundum hebreos. Et secundum istorum passuum
diversitatem et varietatem predictorum significatum predicte apparet equivocatio; videtur igitur
insufficienter in tali eam non reputasse quia ubique exposuit in una significatione significationem
interpretat ludentem. Dicunt enim hebrei quod dictio predicta messahet accipitur hic in triplici
significatione quia Sara vidit ysmahelem facientem aliqua que pertinebant ad ydolatriam.
Item propter quod querebat tunc ysaac occidere ut haberet hereditatem. Item propter quod adulterium
ut ysmahel et timens ne ad ista duceret filium suum ysaac. Inuitavit ipsa abrahe petens
ut eiceret eum cum ancilla sua et filium eius hec Nicolaus de lira etc.
Sed **Paulus** doctor episcopus burgensis addit hic dicens quod hec dictio messahet est equivoca est
in hebreo sed et cum ut plurimum videntem ut in hoc xxi capitulo ubi dicit Sara risum fecit michi
deus ubi hec dictio ponitur. Cum non sit videntem seu deridentem sicut et dicitur in psalmo 2
qui habitat in celis irridebit eos. Ubi est ponitur hec dictio et non videntem gaudentem sicut
in psalmo 127 Tunc repletum est gaudio os nostrum. Ubi ponitur hec dictio et non videntem ludentem
sicut Exo. xxxii surrexerunt ludere et alibi quam plurimis. Nunquam tamen hec dictio hebr.
ydolatrantem nec occidentem. Nec coeuntem ut coeuntem seu lascivientem. Nec aliter
adhuc inducte per postillatorem nunquam ... Nicolaus de lira hoc probat sicut in suis locis patebit
Unde ysmahel tunc ipse se habet exponendo hic dictionem quam plurima quam per risum seu
gaudium quam per irrisionem. Nunquam tamen per alia predicta significata. Iste autem passus
melius exponitur ab aliis expositoribus hebreorum magis autenticis quam ipse ut dicunt. Nam
ablactato ysaac fecit abraham magnum festum. Ideo et quod ysmahel videns quod tam magnum festum celebrasset abraham in die
non sequenti in quo ipse ysmahel erat heres ex quo erat maior natu et legitimus
quia et uxor erat a deo benedicta ut supra capitulo xvii de ysmahel dixit deus Ecce
benedixi eum. Et hoc est quod dicitur Cumque vidisset Sara filium agar ludentem i. illudentem
seu deridentem et quod semper in una re cum ysaac non est detextum ut dicit postilla
et hoc est quod sequitur Eice ancillam et filium eius Non enim erit heres filius ancille cum filio meo
Timuit autem Sara ne forte ysmahel in processu temporis ingereret se in hereditate
quod non erat quare sicut ipse se iactat deridendo filium et deus confirmavit ut sequitur iterum
dixit abrahe. Omnia que dixerit tibi Sara audi vocem eius. Et videretur premium. Propterea
quia in ysaac vocabitur tibi semen quasi diceret ysmahel sit filius tuus non tamen sicut putat ipse heredit. erit
Et hec expositio videtur satis congruere littere et rationi.
Surrexit itaque abraham mane et tollens panem et utrem aque imposuit humeris
eius tradiditque puerum et dimisit eam. Que cum abiisset errabat in solitudine bersabe.
Cumque consumpta esset aqua in utre abiecit puerum subter unam arborum que ibi erant et
abiit sedit e regione procul quantum potest arcus iacere sagittam dixit enim non videbo morientem
puerum. Et sedens contra levavit vocem suam et flevit. Exaudivit autem deus vocem pueri
vocavitque angelus domini agar de celo dicens Quid agis agar Noli timere Exaudivit enim
deus vocem pueri de loco in quo est. Surge et tolle puerum et tene manum illius quia
in gentem magnam faciam eum. Aperuitque oculos eius deus. Que videns puteum aque

// presentiarum vel extremis ... hebrei ... latrocinia et predas a transeuntibus ... xvii annorum ... incitate ut dicitur ... redijt ad ... dicunt hebrei.

abijt et implevit utrem dedit que puero bibere et fuit cum eo. Qui crevit et moratus est in solitudine factusque iuvenis sagittarius. habitavit que in deserto pharan. Et accepit illi mater sua uxorem de terra egipti. Sequitur textus

Eodem tempore dixit abymelech et phicol princeps exercitus eius ad abraham. deus tecum est in universis que agis. Iura ergo per dominum ne noceas mihi et posteris meis. stirpi que mee. sed iuxta misericordiam quam feci tibi facies mihi et terre in qua conversatus es advena. Dixit que ego iurabo. Et increpavit abimelech propter puteum aque quem vi abstulerant servi illius. Respondit que abimelech Nescivi quis fecit hanc rem. Sed et tu non indicasti michi. et ego non audivi preter hodie. Tulit itaque abraham oves et boves et dedit abimelech percusseruntque ambo fedus. Et statuit abraham vii agnas gregis seorsum. Cui dixit abymelech Quid volunt sibi vii agne iste quas stare fecisti seorsum. At ille Septem inquit agnas accipies de manu mea. ut sint in testimonium michi quoniam ego fodi puteum istum. Idcirco vocatus ille bersabee. quia ibi uterque iuravit. et inierunt fedus pro puteo iuramenti. Surrexit autem abymelech et phicol princeps milicie eius. reversique sunt in terram palestinorum. Abraham vero plantavit nemus in bersabee et invocavit ibi nomen domini dei eterni. et fuit colonus terre philistinorum diebus multis.

Capitulum xxii

Que postquam gesta sunt temptavit deus abraham et dixit ad eum abraham abraham. Ille respondit Assum. Ait illi, Tolle inquit filium tuum unigenitum quem diligis ysaac. et vade in terram visionis atque offeres eum ibi in holocaustum super unum montium quem monstravero tibi

Magister Nicolaus Temptavit deus abraham periciendo ut filium suum ysaac immolaret. Non quia ipse ignorabat sed ut ostenderet omnibus obediantiam eius ... Tolle igitur filium tuum ... dicunt hebrei quod hic fuerunt plures ... et precepta ... ipse abraham ... quando dixit ei deus Tolle filium tuum. Et ipso videte ... suum obediens ... duos filios ... de quo intelligendum ... dominus 2o dixit. Unigenitum. Et ipso ... dente quilibet est unigenitus matri sue. dominus 3o dixit quem diligis. Et ipso ... te utrumque diligo. Dominus dixit Ecce ysaac et sic est ... dicunt hebrei ... pluribus ... ad obediendum ... maioris meriti. Doctores autem ... quod fuit unicum preceptum simul factum ut simul et subito omnia proponuntur ... ipsum ... adimpletionem precepti ut per hoc appareret obedientia abrahe. ... est sibi in eodem contextu. Tolle filium tuum. Quia licet ysmahel ... filius ... dictus erat ei ... dominus ... ysaac vocabitur tibi semen ... unigenitum ... miraculose conceptus a Sara. quem diligis specialem dilectionem et super omnes ... ysaac quod interpretatur ex gaudio quod ... amicitia ... Et vade in terram visionis. ... iuxta iherusalem. quia erat altus valde ... terre promissionis Et inde poterat videri terra in circuitu Et ille mons postea additus est ... Et in illo postea edificatum est templum tempore Salomonis ut habetur 2 paralipomenon 3 co. Et hoc preceptum est abrahe ut longe ... posset deliberare de facto et sic dimittere ... fiet valde ... obediendum ... ad deum hic magister Nicolaus lira. Sed doctor Paulus burgensis episcopus addit hic ad suam postillam. Ubi hic dicitur in terram visionis. In hebreo habetur in terra moria ... interpretari hoc nomen moria per hoc nomen visionis

// Cum

qui non de genere eius sed valde longe hic concordat In 2° vero Paralipomenon 3° c. ubi de hoc monte
agitur non fuit inscriptatus hanc dictionem Sed dimisit eam in sua forma dicit Et
cepit Salomon edificare domum domini in Jherusalem in monte moria et melius sic habet in
quantum hic Nahor dictio moria habet alias interpretationes preter quas hic et magis conve-
nientes propono. Nam quasdam interpretationes hebrei antiqui tradiderunt. Nam quidam
eorum dicunt quod moria interpretatur doctrina seu doctrix et in prophetia interpretatio seu ex-
positio. Nam more in hebreo est idem quod doctor et et moria ab illo nomine more ab-
stractum sicut est nomen femininum generis eiusdem significationis. Et mons more id est quod mons
doctrine seu doctricis. Pro cuius interpretatione ab eis et ipse abhinc quod dicitur mori quod sicut mir-
ram Unde dicitur ergo et dicitur mons moria quasi mons mirre de quo Canticorum 4°
vadam ad montem mirre. Alii in tusseratione caldayca dicitur ad terram latrie eo quod moria
sicut ipse timorem dei in illo loco reddebat deo cultus latrie quod proprie fundabatur in
timore dei filiali qui permanet in seculum seculi. Et omnes quidem quas exstat tamen interpretatione
conveniebat ille monti eorum seu longe ratione templi ibi edificandi. Primo quod ab illo
loco doctrina legalis egrediebatur ad totum populum iuxta illud Deuteronomium xvii c. Si
difficile et ambiguum apud te iudicium esse perspexeris etc. 2° quia ibi offerebatur
deo thimiama et incensum in quo mirra imponebatur iuxta sententiam scriptam 3° quia ibi
colebatur deus cum hostiis et sacrificiis legalibus prout in processu libri Levitici plenius
continetur. Ubi tamen que tria complexe et perfecte conveniunt illi monti per passionem Christi
et alia que ibi peracta occurrerunt Primo quod ex inde exivit doctrina generalis salutifera toti
universo iuxta. dicit ysaya 2° In novissimis diebus preparatus erit mons domus domini in verticem
montium etc. Et sequitur quia de Syon exhibit lex et verbum domini de Jherusalem. 2° quia ibi
fuit passio celebrata quod per mirram significatur cum oblata Christo pro mirra gustabat et circa
inunctionem sepulturam 3° quia cultus latrie consummatur in Christi caritate perfecte ibi fuit
perfectissime completus cum Christus in sua passione per ineffabilem caritatem seipsum obtulit
deo patri in odorem suavitatis. Aliqui quidem expositores non sunt reputande mistice sed
literales fundatur in expositione per homines doctores moria prout ab hebreis traditur ut
dictum est. Item nota quod in hebreo ubi scribitur moria in hoc loco cum o vocali sed scribitur
et taliter quod ipse sicut legi maria et non invenitur dictum quod ille mons sanctissime
intemerate beatissime virginis quoniam ibidem in templo filium suum obtulit deo et
deinde iuxta illum locum crucis ostendit filium suum ymolandum stans iuxta crucem etc.
ut Joh. xix c. Et ostendit quod interpretatur ubi templum non videtur convenire [illegible]
tamen quod mons moria quando fuit edificatum templum non erat sic dispositus ut inde
poterat videri terra in circuitu prout aliter N. postillator dicit Nam talis visio impedita
erat per montes qui erant in circuitu eius in psalmo 123 et montes in circuitu eius etc.
Tamen quod cum dicitur vade in terram visionis seu moria Non est intelligendum monte iuxta Jherusalem
prout postillator dicit quia deus in principio non ostendit abrahe montem in quo erat ymola-
turus ysaac sed terram in qua erat mons ille quem deus ipse erat sibi monstraturus
unde dicit vade in terram moria etc. in unde que monstravero tibi
Igitur abraham de nocte consurgens stravit asinum suum ducens secum duos iuvenes et ysaac
filium suum. Cumque concidisset ligna in holocaustum abiit ad locum quem preceperat ei deus.
Die autem tercio levatis oculis vidit locum procul dixitque ad pueros suos Expec-
tate hic cum asino ego et puer illuc usque properantes postquam adoraverimus
revertemur ad vos. Tulit quoque ligna holocausti et imposuit super ysaac filium
suum ipse portabat in manibus suis ignem et gladium. Cumque pergerent duo simul
dixit ysaac patri suo pater mi. At ille respondit Quid vis fili. Ecce inquit ignis

et ligna ubi est victima holocausti dixit quoque abraham deus providebit sibi victimam holocausti fili mi.

¶ Pergebant ergo pariter venerunt ad locum quem ostenderat ei deus in quo edificavit altare et desuper ligna composuit. Cumque colligasset ysaac filium suum posuit eum in altari super struem lignorum extenditque manum et arripuit gladium ut ymmolaret filium.

Hic Nicolaus lira exponit sic locum istum cumque colligasset filium suum ysaac etc. Non est intelligendum quod invitum eum ligaverit ysaac cum iam esset xxxv annorum ut dicit Josephus et pater abraham iam esset c xxxv annorum. Centum enim annorum erat quando ysaac natus est ut dictum est capitulo precedenti. Et sic erat fortior patre qui iam erat valde senex. Hic etiam ysaac portavit ligna holocausti ad altitudinem montis et cum esset ibi omnino virgis asinum. Ut patet ex dictis oportebat eum quod tantum esset ibi de lignis quod sufficeret ad incendendum et cremandum corpus unius hominis. Et ideo sic hunc locum dicit Josephus quod edificato altari et oblatis patrem abraham dixit filio suo quomodo magnis precibus impetratus esset a deo et quomodo conceptus esset miraculose et quomodo natus gaudiose et quomodo sibi preparat dominus eum ymmolari sibi adiungens quod credebat deum eum nolle mori egritudine vel peste vel gladio in bello sed cum precibus devotis deo offerri. Et sic deus acciperet servum suum. Et extunc obedientia dei vincit senectutem abrahe laudo filii quibus auditis ysaac voluntarie accessit ut ymmolaretur ad implendam voluntatem dei et patris sui. Licet dictum Josephi sit verum quantum ad hoc quod ysaac voluit ymmolari. Non tamen videtur verum quantum ad hoc quod abraham eum crederet quod anima eius decessura esset cum deo et amplius non viveret quia supra xviii capitulo dixit deus abrahe de ysaac Faciam ortum eius etc. Et capitulo xxi In ysaac vocabitur tibi semen. Et firmiter credebat verum deum esse verum. Et ideo melius dicit abraham ymmolare volens ysaac credidit eum ipsum a mortuis suscitaret deus ut compleretur in eo suum promissum. Et hoc est quod dicit apostolus hebreorum xi fide obtulit abraham ysaac cum temptaretur et unigenitum offerebat in quo susceperat promissiones ad quem dictum est In ysaac vocabitur tibi semen arbitrans quia et a mortuis potens est suscitare eum deus. Et hoc sentiunt abraham filio ysaac et tunc voluntarie accessit ad obediendum. In hoc significatur christum de quo scriptum est ysaie liii oblatus est quia ipse voluit. Ad dicendum etiam quod abraham ligavit filium non propter hoc quod timeret eum fugere vel rebellare ut patet ex predictis sed ut eum perfecte et animalia que offerebant in holocaustum que ligata offerebant. Vel per hoc ligatio significaretur ut ymmolatur christus in cruce. Sed tunc queritur quomodo abraham voluit filium suum ymmolare cum homicidium sit prohibitum et illicitum. Et dicebat etiam quod non est animal ymmolaticium. Responsio quia fuit sibi facta talis quod dubitare non poterat quin esset sibi preceptum a deo ipse etiam sciebat quod vivitis quicumque mortis est debitor mortis ipse deo pro peccato primi parentis. Et ideo deus sic illum debitum repetere potest cum vult et quomodo vult. Et ideo bene obedire voluit servus domini et esse de precepto altissimi quia non

Nicolaus lira sic est dominus vite et mortis etc.

¶ Sed nunc doctor paulus episcopus burgensis addit hic ad dicta magistri Nicolai in lira cumque colligasset abraham ysaac etc. Non est intelligendum quod invitum eum ligaverit ipse cum ysaac iam esset xxxv annorum ut dicit Josephus. Sic inquit doctor paulus ysaac esset xxxv tempore ymmolationis ut dicit Josephus et sic esset fortior patre et tamen voluntarie accessit et ligari se consentit ut ymmolaretur ad implendam voluntatem dei et patris sui videtur maxime ad mirandum quod in lira sic attribuitur ipsi ysaac mirum ymmolationis sicut ipsi abrahe. Non enim minus mirabatur quod pater sed forte amplius admirabilia cum quod sunt ad se pertinent admirabilibus quod sunt ad alterum ut in ix ethicorum. Non enim minus mirabiliter dicitur ipsi ysaac quoque fuisti vel quare obtulisti sponte ymmolationi proprie quam ipsi abrahe. Verum quidam hebrei dicunt quod ysaac esset xv annorum fere. Et quod quasi invitus alteri invitatus a

¶ dicendum quod

pře accessit ad ymolacionem Nec est extra qd portavit ligna holocausti sequitur
sequitur qd tante etatis Vnde pt esse qd illa ligna nō erant onus vnius asini sicut nō erant
tanta qd sufficerent qd sufficerent ad holocaustum sed erant qdam pauca ligna sicca et
forte adiuncta quibus cum aliqua alia ligna de silvis q̄ erant in monte vt ...
... et sic ... redolent Nec extra ysaac erat parvulus Vnde adhuc erat in
puerili etate prout h̄ patet in lra ... Ne extendas manum tuam
sup puerum Non enim hetur in sacra scriptura qd homo xxx annorum et vlt puer
dicat Et ideo dicunt qui ipse ysaac nō legi in sacra scriptura arbitrii voluntatis abrahe
quia adhuc ysaac nō habuit potestatem vsum liberi arbitrii ex defectu etatis Nec
eciam habeat vires ad resistendum prout esse dicit ... Nicolaus et Iosephus de lira Et ecce an[gelus]

Et ecce angelus domini de celo clamavit dicens abraham abraham Qui respondit assum Dixit
qz ei Non extendas manum super puerum neque facias illi quicquam Nunc cognovi
qd timeas deum et nō pepercisti filio tuo vnigenito propter me Levavit abra[ham]
hoc oculos vidit qz post tergum arietem inter vepres herentem cornibus Quem assumens
obtulit holocaustum pro filio Appellavit nomen loci illius dominus videt Vnde vsq̄ hodie
dicitur in monte dominus videbit

Vbi ait Nicolaus de lira Dicit Nunc cognovi id est aliis cognoscere feci Paulus burgensis ... ...
...

...

Item in eodem textu vbi pervenit Nicolaus de lira Appellavit qz nomen illius loci dominus videbit ...
...

[illegible]

bum in scriptura hebr[illegible] fuisse impleta in edificacione templi et apparicione glorie domini in mole[illegible] illud completum acceptans ut in 2° Regum [illegible] c° [illegible] ponit [illegible] est fuisse impleta cum christus in eodem loco ymolatus fuit in forma visibili [illegible] ubi translacio dicit in monte dominus videbit hebraica vero habet in monte dominus videbitur glossa hieronimi in glosa [illegible] per quod [illegible] intelligitur quod verus filius dei ibi fuit visibiliter ymolatus quod ymolacio ysaac proprie figurabat. Circa attendendum est ulterius quod licet nunquam abrahe in hoc loco principaliter fuit completa per ymolacionem filii quia per deo promisisse facere [illegible] [illegible] singulare in [illegible] ipso abraham. Non autem in ymolacione actuali in qua multi conveniunt sacrificium deo animalia brutalia [illegible] abraham non [illegible] prophetica supradicta [illegible] per actualem ymolacionem nec eius filii fuit factum [illegible] intelligi mentem promissionis [illegible] [illegible] per actualem ymolacionem quod non debet intelligi varie a [illegible] illa ymolacio ysaac deficiebat a figuracione christi ymolacione in duobus. Primo quia ysaac non fuit actualiter ymolatus [illegible] christus [illegible] [illegible] non [illegible] quia ymolacio ysaac non fuit oblata in redempcionem animarum ymolacio vero christi fuit in redempcionem humanam et in hiis duobus fuit reputata per ymolacionem actualem [illegible] ymolacionem ysaac [illegible] ad [illegible] ymolacionem [illegible] [illegible] fuit [illegible] et eius sanguinis effusio [illegible] et fuit in redempcionem ipsius ysaac [illegible] quem assumens obtulit in holocaustum pro filio. Et ideo postquam abraham explevit figuram ymolacionis christi [illegible] ymolacionem predicta [illegible] et non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ut debitum. Consequenter autem vocatus 2° ab angelo in persona dei fuit sibi facta promissio cum iuramento et non [illegible] [illegible] [illegible] ysidorus et [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] abrahe [illegible] semine tuo etc. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cum [illegible] [illegible] est [illegible] ad deum [illegible] fuerit [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] eius [illegible] ymolato [illegible] [illegible] vocavit abraham nomen loci dominus videt [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vocacionem angeli debitum fuit [illegible] Nunc cognovi quod timeas deum et non pepercisti filio tuo unigenito [illegible] [illegible] [illegible] de oblacione filii propter deum et [illegible] non fuit sibi facta aliqua promissio [illegible] sola [illegible] divina [illegible] ipsum abraham. [illegible] vero vocacione dicitur [illegible] [illegible] [illegible] oblacionem oblacionem [illegible] est [illegible] et non pepercisti filio tuo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] filii et [illegible] fuit sibi debitum benedicam tibi etc. Ex quo patet quod licet meritum abrahe [illegible] et singulariter [illegible] in oblacione filii [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] passio christi in [illegible] oblacionem [illegible] et [illegible] [illegible] fidei abrahe de christo [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] et non [illegible] fuit sibi facta promissio [illegible] [illegible] predicta. Origenes [illegible] in hoc loco dicit [illegible] [illegible] christus [illegible] in carne [illegible] [illegible] forma est verbum [illegible] [illegible] permansit quod est [illegible] [illegible] ymago est ysaac

[margin: [illegible] [illegible] / [illegible] [illegible]]

Vocavit autem angelus domini Abraham 2° dicens per memetipsum iuravi dicit dominus quia fecisti rem hanc et non pepercisti filio tuo unigenito propter me et benedicam tibi et multiplicabo semen tuum sicut stellas celi et velut arenam que est in litore maris possidebit semen tuum portas inimicorum suorum et benedicentur in semine tuo omnes gentes terre quia obedisti voci mee. Reversus autem abraham ad pueros suos abierunt [illegible] bersabee simul et habitavit ibi. [illegible] ita gestis nunciatum abrahe quod melcha [illegible] genuisset filios Nachor fratri suo [illegible] primogenitum et buz fratrem eius [illegible] chamuel [illegible] [illegible] patrem [illegible] et [illegible] et azau pheldas quoque et iethlaph ac bathuel de qua nata est rebecca. Octo istos genuit melcha Nachor fratri abrahe. Concubina vero illius nomine Roma peperit thabee et gaon et thaas et maacha.

[margin: [illegible] ista quod [illegible] [illegible] ipsi ysaac de [illegible] [illegible] ista genealogia]

hic Nicolaus lira dicit quod in ista [illegible] repetitur promissio facta prius abrahe et [illegible] [illegible] et iuramento divino confirmatur. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] hic asserit quod in hac promissione non solum repetitur ea que fuerunt antea sibi promissa

seu magis explicatur et divino iuramento confirmetur. Sed ceterum deinde sibi maiora
promittit. Ambrosius in libro de Abraham: Quod benedictio prestitit, superioribus nulla
propagationis seminis sacratum promittit. In hac autem ait: Et benedicentur in semine tuo omnes gentes
terre, quia obedisti voci mee. Hic et deinde declarationis secunde. Quod licet in quibusdam
primo loco contineatur in hac promissione ultimo facta Abrahe, sunt tamen quedam repeti-
tiones precedentium promissionum. Quod autem ultimo continetur: Et benedicentur in semine
tuo omnes gentes terre, proprie intelligitur de Christo, qui descendit de semine Abrahe secundum carnem,
sine quo nullus consequitur salutem. Promissio nova est que non continetur in precedentibus,
quod satis patet. Nam numquam Abrahe facta fuit promissio que huic quodammodo
assimilaretur, nisi supra capitulo xii, ubi dicitur: Atque in te benedicentur universe cognationes
terre. Quia quando promissio benedictio in ... promissionibus contenta non potest intelligi de
benedictione spirituali que pertinet ad gratiam, cuius Christus est actor et causa efficiens.
Ideo non dicitur ibi: benedicentur in semine tuo, sed benedicentur in te. Constat autem quod
Abraham non fuit actor huiusmodi gratie. In hac autem ultima promissione non dicitur: et
benedicentur in te, sed benedicentur in semine tuo, scilicet Christo. Unde et apostolus Petrus Actuum 3 capitulo
istam ultimam auctoritatem allegat ad probandum quod in Christo benedicentur omnes gentes.
Non allegat primam auctoritatem, eo quod est ad suum propositum impertinens. Utramque autem auctoritatem
Ambrosius supra allegat, quod etiam ipsa littera testatur, apud eos qui in lingua hebr-
ea fuerunt periti. Nam translatio nostra hic et ibi dicitur indistincte: et benedicentur,
non tamen modica differentia est inter verbum in hebreo ibi positum et verbum quod hic poni-
tur. Cum quod ibi ponitur nichil aliud sit nisi quod in personis benedictorum alicui
dicatur: tale faciat te deus sicut fecit talem, sicut communiter capitulo xlviii dicitur: In te
benedicetur Israel, atque dicetur: faciat tibi deus sicut Effraym. Ubi manifeste patet quod
illa benedictio non fundabatur in corpore Effraym tamquam in actore principali
seu causa efficiente ipsius benedictionis. Et similiter verbum ibi positum supra capitulo xii,
ubi dicitur: atque benedicentur in te universe cognationes terre. Sed in hoc loco in hebreo
ponitur quoddam verbum, secundum quod ille in quo alii benedicuntur sit causa principalis
efficiens illius benedictionis, quod nulli puro creature potest convenire. Unde in psalmo lxxi
deus iudicium tuum regi da, loquens de Christo ad litteram, ubi dicitur: Et benedicentur
in ipso omnes tribus terre, ponitur verbum benedictionis omnino simile huic quod hic ponitur.
Non autem sicut ponitur in capitulo xii supradicto. Similiter ysaia lxv, loquens de Christo ad
litteram, dicit: qui benedictus est in terra, benedicetur in deo amen, ubi verbum omnino simile po-
nitur huic. Cum dicitur: Et benedicentur in semine tuo, non autem sicut benedicentur in te, quod
ponitur in capitulo xii supradicto. Concordat predictis quod deus in aliis promissionibus
Abrahe factis numquam interposuit aliquod iuramentum, sed solum in hoc loco, cum dicitur:
Per memetipsum iuravi, dicit dominus, quod non deneatur et simplex iuramentum, ut si di-
xisset: iuravi, dicit dominus, simpliciter, sed ad maiorem solemnitatem addidit: per memetipsum.
Sicut ille qui iurando tangit sacra, ut crucem vel evangelia, et potius corpus Christi, solemnius
iurat, quam ille qui simpliciter iurando protestatur sine tactu talium. Per hoc ostendit quod inter alia
promissa hec esset maxima, quod etiam consuevit facere scriptura in
quibusdam aliis locis, sicut probare dimittam, iuramentum solemne super quibusdam
ad misteria Christi venturi pertinebat, sicut cum agitur de sacerdotio et eterno Christi. Psalmo
cix dicitur: Iuravit dominus et non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum. Et
ut magis ostendat solemnis firmitatis eius iuramenti, non solum dixit: Iuravit
dominus, sed addidit: Et non penitebit eum. Hoc idem patet in psalmo cxxxi: Memento domine
David. Ubi cum de regno Christi agitur ex semine David futuri, psalmista dicit:
Iuravit dominus David veritatem et non frustrabitur eam: De fructu ventris tui ponam
super sedem tuam. Unde evangelium Luce i: Dabit illi dominus sedem David patris eius

Ubi non solum interponunt iuramentum simpliciter sed ad solemniorem firmitatem addidit et non frustrabimini eius quod satis consolatur propterea ut patres intelligentiam

hec auctoritas bene intellecta multum facit ad concludendum hebreos in hoc quod in christo ab abraham descendente omnes gentes debeant benedictionem recipere. XXIII capitulum

Vixit autem Sara 127 annis et mortua est in civitate bersabee que est hebron in terra Canaan. Venitque abraham ut plangeret et fleret eam.

Nicolaus lyra. Vixit Sara 127 annis. hebrei qui in libris multis modis [illegible] exponunt inspirate dicunt quod iste tres numeri predicti ita ponuntur distincte ad designandum conditionem Sare. Dicunt enim quod ita munda et innocens fuit XX annorum sicut cum fuerat I annorum, et ita pulchra centum annorum sicut XX etc.

Cumque surrexisset ab officio funeris, locutus est ad filios heth dicens. Advena sum et peregrinus apud vos, date mihi ius sepulcri vobiscum, ut sepeliam mortuum meum. Responderunt filii heth dicentes. Audi nos domine, princeps dei es apud nos. In electis sepulcris nostris sepeli mortuum tuum. Nullusque te prohibere poterit quin in monumento eius sepelias mortuum tuum.

Surrexit autem abraham et adoravit populum terre, filios videlicet heth. dixitque ad eos. Si placet anime vestre ut sepeliam mortuum meum, audite me, et intercedite pro me apud ephron filium seor, ut det mihi speluncam duplicem, quam habet in extrema parte agri sui. pecunia digna tradat mihi eam coram vobis in possessionem sepulcri. Habitabat autem ephron in medio filiorum heth. Respondensque ephron ad abraham, cunctis audientibus qui ingrediebantur portam civitatis illius, dicens. Nequaquam ita fiet domine mi. sed magis ausculta quod loquor. Agrum trado tibi et speluncam que in eo est, presentibus filiis populi mei. sepeli mortuum tuum. Adoravit abraham coram populo terre, et locutus est ad ephron circumstante plebe. Queso ut audias me. Dabo pecuniam pro agro, suscipe eam, et sic sepeliam mortuum meum in eo. Respondit ephron. Domine mi audi me. Terra quam postulas quadringentis siclis argenti valet. Istud est pretium inter me et te. Sed quantum est hoc? sepeli mortuum tuum. Quod cum audisset abraham, appendit pecuniam quam ephron postulaverat audientibus filiis heth quadringentos siclos argenti probati et monete publice.

Confirmatusque est quondam ager ephronis in quo erat spelunca duplex respiciens mambre, tam ipse quam spelunca et omnes arbores eius in cunctis terminis per circuitum in possessionem videntibus filiis heth et cunctis qui intrabant portam civitatis illius. Atque ita sepelivit abraham Saram uxorem suam in spelunca agri duplici que respiciebat mambre, hec est hebron in terra chanaan. Et confirmatus est ager et antrum quod erat in eo in possessionem a filiis heth.

Nicolaus lyra. Confirmatusque est ager ephronis in quo erat spelunca duplex. et sic quo apparet ut dicit Nicolaus quia non erat spelunca in qua erat sepultus Adam. Dicunt enim quod fuit [illegible] in quo erat. et ipsud est licitum sicut fundus sicut [illegible] in quo est petra Ecclesia. Ephron autem vendens [illegible] quia [illegible] sepulturam vendidit. Dicitur hebreus [illegible]

Ephron videtur in principio se multum agere pro Abraham tamen in fine multum fecit, scilicet terram suam carius iusto precio vendidit. Et dicit hic doctor Paulus Burgensis episcopus in hac emptione non est Abrahe aliquid peccati imponendum. Tum quia non peccat quodcumque emerit agrum ut in eo faceret cimiterium prout dicit magister in hystoriis. Tum quia ut dicit Ambrosius in libro de Abraham, hec autem fecit quia nondum habuit // dei templa in quibus fidelium reliquie in domino quiescerent. // fuerit

Erat autem Abraham senex dierumque multorum et dominus in cunctis benedixerat ei. Dixitque ad servum seniorem domus sue qui preerat omnibus que habebat. Pone manum tuam subter femur meum ut adiurem te per dominum deum celi et terre ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Cananeorum inter quos habito sed ad terram et cognationem meam proficiscaris et inde accipias uxorem filio meo Ysaac. Respondit servus: Si noluerit mulier venire mecum in terram hanc, num reducere debeo filium tuum ad locum de quo egressus es. Dixitque Abraham: Cave ne quando reducas illuc filium meum. Dominus deus celi qui tulit me de domo patris mei et de terra nativitatis mee, qui locutus est mihi et iuravit dicens: Semini tuo dabo terram hanc, ipse mittet angelum suum coram te et accipies inde uxorem filio meo. Sin autem mulier noluerit sequi te non teneberis iuramento. Filium tantum meum ne reducas illuc.

Glossa Nicolai de Lyra. Ubi ponitur in littera: Sed ad terram et cognationem meam proficiscaris, scilicet terra ubi habitabat Nachor frater suus in Ur Caldeorum. Additio Pauli Burgensis episcopi. Ubi in translatione nostra dicitur: Sed ad terram et cognationem meam proficiscaris, ~~...~~ in littera hebraica dicitur: Sed ad terram nativitatis mee. Terra autem nativitatis Abrahe ubi erat domus patris eius fuit Mesopotamia, vel etiam Ur Caldeorum ut prepatet supra in prima additione xij.

Posuit ergo servus manum sub femore Abraham domini sui et iuravit illi super sermone hoc. Tulitque decem camelos de grege domini sui et abiit ex omnibus bonis eius portans secum, profectusque perrexit Mesopotamiam ad urbem Nachor.

Cumque camelos fecisset accumbere extra oppidum iuxta puteum aque vespere, tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam, dixit: Domine deus domini mei Abraham occurre obsecro hodie mihi et fac misericordiam cum domino meo Abraham. Ecce ego sto prope fontem aque et filie habitatorum huius civitatis egredientur ad hauriendam aquam. Igitur puella cui ego dixero: Inclina ydriam tuam ut bibam, et illa ~~responderit~~ responderit: Bibe, quin et camelis tuis dabo potum, ipsa est quam preparasti servo tuo Ysaac, et per hoc intelligam quod feceris // misericordiam cum domino meo.

Ut sequitur

Necdum intra se verba compleverat et ecce Rebecca egrediebatur, filia Bathuel filii Melche uxoris Nachor fratris Abraham, habens ydriam in scapula, puella decora nimis virgoque pulcherrima et incognita viro. Descenderat autem ad fontem et impleverat ydriam et revertebatur. Occurritque ei servus et ait: Pauxillum mihi ad sorbendum prebe aque de ydria tua. Que respondit: Bibe domine mi. Celeriterque deposuit ydriam super ulnam suam et dedit ei potum. Cumque ille bibisset adiecit: Quin et camelis tuis hauriam aquam donec cuncti bibant. Effundensque ydriam in canalibus recurrit ad puteum ut hauriret aquam et haustam omnibus camelis dedit. Ille autem contemplabatur eam tacitus scire vo-

lens utrum prosperum fecisset iter suum dominus an non. Postquam autem biberunt cameli
protulit vir inaures aureas appendentes siclos duos, et armillas totidem pondo
decem siclorum. Dixitque ad eam: Cuius es filia? indica mihi: est in domo patris
tui locus ad manendum? Quae respondit: Filia sum Bathuelis filii Nachor, quem
peperit ei Melcha. Et addidit dicens: Palearum quoque et foeni plurimum est apud nos,
et locus spatiosus ad manendum. Inclinavit se homo, et adoravit Dominum, dicens:
Benedictus Dominus Deus domini mei Abraham, qui non abstulit misericordiam et veritatem suam
a domino meo, et recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei.

Nicolaus: Et per hoc intelligam quod feceris misericordiam cum domino meo. Ubi sciendum quod Eliezer non consimile signum petendo augurium, ut divinatores, quod est illicitum, sed praemissa oratione petivit a Domino signum in quo perciperet quod angelus Domini duxisset eum in via sicut praedixerat ei Abraham. Et ideo non peccavit petendo signum huiusmodi. Dicit autem Josephus quod istud signum quod petiit fuit ut si puellis venientibus ad hauriendam aquam et negantibus sibi petenti, una ex illis traheret sibi offerret, et non solum pro eius potu sed etiam pro camelis potandis, in hoc quod sic erat, quia prudentia fore coniugem ipsius Ysaac. Sed dictum Josephi non concordat litterae sequenti ut videbitur statim. Ideo dicendum quod signum petitum fuit ut si puella a qua primo peteret potum praeberet, et ipsa concederet non solum pro persona sua sed etiam pro camelis, ipsa esset coaptanda Ysaac in matrimonio. [illegible]

[margin: ꝯ nutricem]

Nicolaus: Cuius es filia? indica mihi. Istud dixit Eliezer antequam daret sibi praedicta iocalia, quia cognoscere volebat utrum esset de cognatione Abrahae domini sui, tunc dedit sibi, et consequenter in scriptura aliquantum post narratur, licet fuerit prius facta.

Sed Paulus Burgensis episcopus addit hic: Non videtur verum quod hic loco [illegible] dicere narratorem, datur enim mirabile est quod Eliezer daret iocalia antequam certitudinaliter sciret quod puella esset de cognatione Abrahae, ut secundum videtur curialitatem sciret, et ipsa puella curiositatem et humilitatem [illegible] ostendit erga ipsum. Ideo autem posita in narratione Eliezer posterius interrogatione dationem, potest intelligi per anticipationem, vel forte sic dixit ut non extimaretur levis.

Cucurrit itaque puella et nuntiavit in domum matris suae omnia quae audierat. Habebat
autem Rebecca fratrem nomine Laban, qui festinus egressus est ad hominem ubi erat fons. Cumque
vidisset inaures et armillas in manibus sororis suae, et audisset cuncta
verba referentis: Haec locutus est mihi homo: venit ad virum qui stabat iuxta camelos
et prope fontem aquae, dixitque ad eum: Ingredere, benedicte Domini: cur foris stas? praeparavi
domum, et locum camelis. Et introduxit eum in hospitium: ac destravit camelos, deditque
paleas et foenum, et aquam ad lavandos pedes camelorum et virorum qui
venerant cum eo. Et appositus est in conspectu eius panis. Qui ait: Non comedam donec
[margin: loquar]
loquar sermones meos. Respondit ei: Loquere. At ille: Servus, inquit, Abraham sum:
et Dominus benedixit domino meo valde, magnificatusque est: et dedit ei oves et boves, argentum
et aurum, servos et ancillas, camelos et asinos. Et peperit Sara uxor
domini mei filium domino meo in senectute sua, deditque illi omnia quae habuerat. Et adiuravit
me dominus meus, dicens: Non accipies uxorem filio meo de filiabus Chananaeorum, in quorum
terra habito: sed ad domum patris mei perges, et de cognatione mea accipies uxorem
filio meo. Ego vero respondi domino meo: Quid si noluerit venire mecum
mulier? Ait: Dominus in cuius conspectu ambulo, mittet angelum suum tecum, et diriget
viam tuam: accipiesque uxorem filio meo de cognatione mea, et de domo
patris mei. Innocens eris a maledictione mea, cum veneris ad propinquos

meos et non dederint tibi. Veni ergo hodie ad fontem aque et dixi. Domine deus
domini mei abraham. Si direxisti viam meam per quam nunc ambulo. Ecce sto iuxta
fontem aque et virgo que egredietur ad hauriendam aquam audierit a me. Da michi
paxillum aque ad bibendum de ydria tua et dixerit michi. Et tu bibe. et camelis
tuis hauriam. Ipsa est mulier quam preparavit dominus filio domini mei. Dum hec mecum
tacitus volverem, apparuit Rebecca veniens cum ydria quam portabat in scapula. Descenditque ad fontem et aquam hausit. Et aio ad eam. Da michi
paululum bibere. Que festina deposuit ydriam de humero suo et dixit
michi. Et tu bibe et camelis tuis potum tribuam. Bibi et adaquavit camelos. Interrogavique eam et dixi. Cuius es filia. Et respondit. Filia Bathuelis
sum filii Nachor. quam peperit illi Melcha. Suspendi itaque inaures
ad ornandam faciem eius. et armillas posui in manibus. Pronusque adoravi
dominum. Benedicens domino deo domini mei Abraham qui perduxit me recto itinere
ut sumerem filiam fratris domini mei filio eius. Quamobrem si facitis misericordiam
et veritatem cum domino meo. indicate michi. Sin autem aliud placet
et hoc dicite. ut vadam ad dextram vel ad sinistram. Responderunt Laban
et Bathuel. A domino egressus est sermo. et non possumus extra placitum eius
quicquam [illegible] aliud loqui tecum. En Rebecca coram te est. tolle eam et
proficiscere. Et sit uxor filii domini tui. sicut locutus est dominus. Quod cum audisset puer Abraham. adoravit in terra dominum. prolatisque vasis argenteis
et aureis ac vestibus. dedit ea Rebecce pro munere. fratribus quoque et matri
eius dona obtulit. Inito quoque convivio vescentes pariter et bibentes
manserunt ibi.

Surgens autem mane locutus est puer. Dimittite ut vadam ad dominum. Responderunt
fratres eius et mater. Maneat puella saltem x dies apud nos et postea proficiscetur. Nolite ait me retinere quia dominus direxit viam meam. Dimittite me ut
pergam ad dominum meum. Dixerunt. Vocemus puellam et queramus ipsius voluntatem. Cumque
vocata venisset. Sciscitati sunt. Vis ire cum homine isto. Que ait. Vadam.
Dimiserunt ergo eam et nutricem illius. servumque Abraham et comites eius
imprecantes prospera sorori sue atque dicentes. Soror nostra es. crescas in mille
milia. Et possideat semen tuum portas inimicorum suorum. Igitur Rebecca et puelle eius ascensis camelis secute sunt virum. Qui festinus revertebatur ad dominum
suum. Eo tempore ysaac deambulabat per viam que ducit ad puteum cuius est nomen
viventis et videntis. Habitabat enim in terra australi. Et egressus fuerat ad
meditandum in agro. inclinata iam die. Cumque levasset oculos vidit camelos
procul. Rebecca quoque aspecto ysaac descendit de camelo. Et ait. Quis est
ille homo qui venit per agrum in occursum nobis. Dixit ei. Ipse est dominus meus.
At illa tollens cito pallium operuit se. Servus autem cuncta que gesserat narravit ysaac. Qui introduxit eam in tabernaculum matris sue et accepit eam
uxorem. et in tantum dilexit. ut dolorem qui ex morte acciderat temperaret.

Nicolaus [illegible] Responderunt fratres eius et mater. Si autem aliquis huius fratris
filia est [illegible] Et ideo de isto fit [illegible] est quod erat Laban qui erat primogenitus
Bathuelis. Sed si queratur quare non respondit ipse Bathuel pater Rebecce qui consenserat matrimonio ut patet [illegible]

in tantum penituerit de dicta concessione et volebat impedire. Sed statim angelus domini
percussit eum et mortuus est. Doctor vero burgensis addit hic dicens. Nec oportet
fingere penitudinem Bathuel nec eius mortem in hoc loco propter verba [illegible] de quibus
nulla fit mentio in scriptura. Sed probabilius videtur dicendum quod Bathuel antiquior et magis
[illegible] volebat differre missionem Rebecce tamquam [illegible] que erant a deo ordinata
prout dixerat prius cum domino eius [illegible] est simile. Sed Laban qui erat minor et mater
Rebecce ex quadam tenerali [illegible] volebat differre negotium ut scilicet maneat puella nobiscum etc.

Nicolaus lira

Ubi dicitur Egressus fuerat ad meditandum in agro inclinata iam die. Hebreus dicit ad orandum
quia tempore vespertino consuetudo est iudeorum orare. Vel forsitan egressus fuerat ad
videndum dispositionem celi et aliquarum stellarum que incipiebant apparere. Ipse enim doctus
erat in astronomia a patre qui fuerat eam docuit in egipto [illegible] ut dicitur.
Ad ista dicta N. Lira addit Paulus doctor burgensis episcopus dicens quod abraham fuit doctus
in astronomia et quod ipse eam docuit in egipto, nullum fundamentum habet in sacra scriptura
nec etiam ratione videtur conforme [illegible] in tota scriptura [illegible] abrahe [illegible]
libro [illegible] nec etiam in [illegible] ubi quoque fit mentio de abraham hoc
invenitur. Ut est manifestum discurrenti [illegible] qui [illegible] qui fuerunt a deo
magis illuminati in [illegible] dicitur Johannis xvi. [illegible] docebit vos omnem veritatem [illegible]
[illegible] fuerunt edocti de veritatibus mathematicis seu astronomicis [illegible]
[illegible] ad salutem [illegible]. Multo magis hoc dicendum est de abraham, quem scriptura [illegible]
[illegible] de fide et timore dei et operibus virtuosis. Nusquam [illegible] de aliqua scientia [illegible]
[illegible] invenitur. [illegible] scientia egiptiorum in scriptura reprehenditur [illegible]
divinatio superstitiosa. [illegible] Ysaie xix. c. [illegible] egiptiis [illegible] ubi [illegible]
sapientum tuorum. Et ibidem xlvii. c. de babiloniis [illegible] te augures celi qui contemplantur
sydera. [illegible] ex hoc datur occasio infidelibus seu hereticis [illegible]
[illegible] per sanctos [illegible] seu per eos [illegible] maliciose influentiis celestibus
seu demonibus [illegible] quod Christo dicebant Matthei xii. c. In Belzebub [illegible] demonia [illegible]
[illegible] de abraham [illegible] dicebant [illegible] Kaphareos et abi-
melech et huiusmodi essent perpetrata per virtutes seu influentias astrorum [illegible]
[illegible] faciebat [illegible] Genesis xxi. c. [illegible] et phicol [illegible]
[illegible] dicebant abrahe deus est tecum in omnibus que operaris. [illegible]
[illegible] erat edoctus in astronomia a patre [illegible] dicit. Sed potius [illegible]
egressus ad meditandum in agro [illegible] de meditatione contemplative et [illegible]
[illegible] viri [illegible] in lege domini meditatur die ac nocte [illegible]
[illegible] de ysaac [illegible] fuit deo oblatus in sua pueritia [illegible]
libris dicitur. Et egressus fuit ad exercitandum in agro [illegible] per [illegible] hebreum in hoc loco
[illegible] intelligi [illegible] egressus fuisset ad exercendum corporaliter in
agro tempore vespertino cum iam inclinata esset dies et estus mitigaretur fervor.

Abraham vero aliam duxit uxorem nomine Cethuram que peperit ei Zamram
et Iexan et Madan et Madian et Iesboch et Sue. Iexan quoque
genuit Saba et Dadan. Filii Dadan fuerunt Assurim et Lathusim et
Loomim. At vero ex Madian ortus est Epha et Opher et Enoch et Abida
et Helda. Omnes hii filii Cethure. Deditque Abraham cuncta que possederat Ysaac
filiis autem concubinarum largitus est munera et separavit eos ab Ysaac filio suo
dum adhuc ipse viveret ad plagam orientalem.

Nota
Cetura

Filiis autem concubinarum largitus est munera et separavit eos ab ysaac filio suo. Credo enim agar fuit alia a cethura. Preter sara. Sed posset hic dici quod ibi accipitur plurale pro singulari ut est usus aliquando in scriptura accipere singulare pro plurali. ut dictum est supra xix capitulo. ponitur autem agar in plurali / quia bis fuit uxor abrahe cethura. ita quod tenet quod vicit durat. Sed et in biblijs hebraicis correctis est nomen concubinarum in loco scribitur diminute ad designandum quod non fuit nisi una. Expositores autem catholici communiter dicunt quod ipsa cethura fuit alia ab agar immo illa per quod de sene potuit filios suscipere. Nec accepit eam abraham libidine ductus sed amore prolis et sic a. futura quod sicut agar et ysmahel figuraverunt carnales veteris testamenti. Sic cethura et filius eius hereticos qui se dicunt ad novum testamentum pertinere. Sed ecclesia que per saram designatur una remanet tamquam uxor et sponsa et alie nominantur concubine.

Sed doctor Paulus addit hic quod per hoc nomen concubinarum in hoc loco scribatur diminute non designatur quod non fuit nisi una concubina. Volunt enim quod hic ponitur in hebraico semper sit concubina in plurali sive scribatur diminute sive integre ut est usus lingue hebree.

Fuerunt autem dies vite abrahe centum lxx v annorum. Et deficiens mortuus est in senectute bona provecte etatis et plenus dierum. Congregatusque est ad populum suum. Et sepelierunt eum ysaac et ysmahel filii sui in spelunca duplici que sita est in agro ephron filii seor cethei e regione mambre quam emerat a filiis heth. Ibi sepultus est ipse et sara uxor eius. Et post obitum eius benedixit deus ysaac filio eius qui habitabat iuxta puteum nomine viventis et videntis.

Congregatusque est ad populum suum / quia anima eius recepta est ad limbum sanctorum patrum. Et sepelierunt eum ysaac et ysmahel. descendentes et honorem patrum. Et licet fuerint ibi alii multi ad honorandum sepulturam abrahe / isti tamen quia erant principales soli exprimuntur.

Addit hic doctor Paulus burgensis. Non modicum inquit attendendum esse videtur quod nec de nullis sanctis antiqui testamenti de hac vita migrantis scriptura dicit quod fuerunt congregati ad populum suum. ut hic de abraham et infra 35 capitulo de ysaac et genesis ultimo de iacob. Sic de moyse et aaron in suis locis. Numquam tamen de aliquo eorum dicitur quod obdormivit in domino sicut de quibusdam sanctis novi testamenti ut actuum 7 capitulo de sancto stephano dicitur. Et ceteri chorum christi obdormierunt in domino et cetera de quibusdam aliis. Quod ex hoc videtur valde conveniens. Quia antiqui iusti ante passionem christi decedentes in hac dissoluebant ab unitate tamen congregabantur ad populum suum scilicet ad limbum sanctorum. Nec tamen obdormiebant in domino cuius faciem non fruebantur. Vnde de iniustis non dicitur peribit anima eius de populo suo ut supra xvi et infra in multis locis. Tamen cum congregaretur sanctis cedebat de iustis. Sed post passionem decedentibus perfecte dicitur dormiverunt in domino quia per hanc vitam domino per bonitatem fruitionem requiescunt.

Hee sunt generationes ysmahel filii abrahe quem peperit ei agar egyptia famula sare. et hec nomina filiorum eius in vocabulis et generationibus suis. Primogenitus ysmahelis nabaioth deinde cedar et abdeel et mapsan masma quoque et duma et masa adad et thema et naphis et cethma. Isti sunt filii ysmahel et hec nomina per castella et opida eorum duodecim principes tribuum suarum. Et facti sunt anni vite ysmahel c. xxx vii deficiensque mortuus est et appositus ad populum suum. Habitavit autem ab evila usque sur que respicit egyptum introeuntibus assyrios coram cunctis fratribus suis obiit

Hee sunt generaciones ysaac filii abraham. Abraham genuit ysaac. Qui cum xl esset annorum duxit uxorem rebeccam filiam bathuelis syri de mesopotamia sororem laban. Deprecatusque est ysaac dominum pro uxore sua eo quod esset sterilis. Qui exaudivit eum et dedit conceptum Rebecce. Sed collidebantur in utero eius parvuli. Que ait Si sic michi futurum erat quid necesse fuit concipere. Perrexitque ut consuleret dominum. Qui respondens ait Due gentes in utero tuo sunt et duo populi ex ventre tuo dividentur. populusque populum superabit et maior serviet minori.

Nicolaus. Perrexitque ut consuleret dominum dicit hebreus quod ivit ad melchisedech qui erat sacerdos dei excelsi et ad heber qui habebat spiritum prophetie. Uterque enim adhuc vivebat quod patet si computetur annorum etas de Melchisedech enim secundum doctores est quod erat Sem filius Noe de quo scriptum est supra xi capitulo quod biennio post diluvium genuit arphaxat et post quem genuit arphaxat qui vixit quingentis annis. Si autem computetur annus a diluvio usque ad nativitatem Jacob et esau, non invenientur tot anni a diluvio enim usque ad arphaxat fluxerunt duo anni ut iam dictum est. Sed Paulus doctor burgensis episcopus addit hic quod alii quidam doctores seu expositores hebrei dicunt et magis conformiter littere quod non ivit ad aliquem prophetam sed ad aliquem locum devotum et secretum quo quiescens oraret dominum. Cui consonat glosa interlinearis et verbum quod hic ponitur in hebreo ubi dicitur ut consuleret dominum idem cum verbo ponitur hic et in psalmo 33 Exquisivi dominum et exaudivit quod non sit consultacionis sed et oracionis. Sequitur Qui respondens ait Due gentes in utero tuo sunt. Loquitur enim deus quemque consimiliter per oraculum vel per angelum vel per occultam inspirationem. Nam et mirum cum agar egiptia et ancilla Saray prophetias dicitur locuti sunt per angelos ut supra capitulo xvi et capitulo xxi. Et dicit aliter Nicolaus [illegible] Due gentes

Nicolaus. Due gentes in utero tuo sunt i. duo capita duarum gentium s. iudeorum et ydumeorum. Et maior serviet minori hoc impletum est tempore david qui fecit ydumeos sibi tributarios ut habetur 2 Regum viii. Et populus populum superabit impletum est in christo cum colla gentium et principum terre subdita sunt et maxime imperium romanum quod inde dicitur significari per esau. Qui prius egressus est rufus ideo vocatus est Edom. Paulus doctor addit hic dicens Romanum imperium iudei asserunt unum esse et idem cum regno christi et ecclesie quod tamen est manifeste falsum et ab eis maliciose fictum ut christiani credant quod ecclesia bestia in [illegible] danielis vii de quarta accipitur pro regno christi et sic expectetur destructio eius fienda per messiam suum quem inaniter sperant. Alterius autem tamen fictiones patet in additionibus supra daniel vii [illegible] Eodem tamen catholici propagant Esau per glosam in hoc loco testantur sicut per Jacob intelliguntur gentes quam sunt [illegible] descendentes Sed post christi passionem populus ecclesie per Jacob intelligitur et plebs iudeorum per Esau. Unde maior tempore fuit plebs Synagoge sunt minori scilicet populo [illegible] populi et consimili [illegible] Jacob sicut sicut succedat in fide quam [illegible] antiquis et modernis ut magister in 3° dist. 27. Sed quod sit [illegible] quare plebs iudeorum intelligitur per Esau cum ab ipso non descendat sed minime nec ea succedat in fide. In libro abdie prophete qui de ydumeis principaliter tractat declaratur.

Margin: Credere fides antiquorum et modernorum

Postquam tempus pariendi venerat Et ecce gemini in utero eius reperti sunt. Qui prius egressus est rufus erat et totus in modum pellis hispidus vocatumque est nomen eius Esau. Protinus alter egrediens plantam fratris tenebat in manu. Et ideo appellatur eum Jacob. Sexagenarius erat ysaac quando nati sunt parvuli. Quibus adultis factus est Esau vir gnarus venandi et homo agricola Jacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. Ysaac autem amabat Esau eo quod de venacionibus illius vesceretur et rebecca diligebat Jacob. Coxit autem Jacob pulmentum Ad quem cum venisset Esau lassus de agro ait da

michi de coctione ista rufa quia oppido lassus sum. Qua ob causam vocatum est nomen
eius Edom. Cui dixit Jacob: Vende michi primogenita tua. Ille respondit: En morior,
quid michi proderunt primogenita? Ait Jacob: Iura ergo michi. Iuravit ergo Esau et vendidit
primogenita. Et sic accepto pane et lentis edulio comedit et bibit parvipendens
quod primogenita vendidisset.

Vende michi primogenita tua. Ad intellectum littere sequentis hic primo queritur quomodo Jacob
qui erat sancte vite ut predictum est peciit sibi vendi primogenituram, quia tempore legis
nature [illegible] primogenitura erat ad primogenitos sacerdotes. Sacerdotium fuit reputatum semper
quid sacrum et ideo videtur simoniam commisisse. De iure primogeniti erat quod
duplicem partem in bonis paternis [illegible] aliorum, propter quod Joseph cui Jacob dedit
primogenituram inter alios fratres habuit duas sortes et duas tribus inter alios filios
scilicet tribum Effraym et tribum Manasse. Cum ergo Ysaac pater eorum haberet multa
bona, sequitur quod primogenitura in bonis temporalibus multum valebat. Et videtur Ja-
cob fecisse magnam fraudem et deceptionem in hoc quod pro re tam modica scilicet esu pulmenti
acquisierit ab Esau ius primogeniture. Ad primum dicendum quod ius primogeniture erat
ipsius Jacob de iure quia ex determinatione divina ut predictum est quod maior serviet
minori. Propter quod Malachie primo dicit Dominus: Jacob dilexi, Esau autem odio habui.
Et apostolus ad Romanos ix dicit quod hoc dictum est de ipsis antequam nati fuissent ex divina e-
lectione. Et sic patet quod divina debebatur ipsi Jacob ius primogeniture. Et ideo fuit sibi
vendicatum a iure. Esau vero de facto primogenituram possidebat. Et ideo licitum erat
Jacob predictum ius ad se retrahere caute. Cum ergo fuit videns ipsum Esau ita lasse
venientem de agro quod timebat mori, propter quod tunc minus appreciabatur ius pri-
mogeniture, sicut dixit: En morior, quid michi proderunt primogenita. Videns etiam con-
cupiscentiam et petitionem pulmenti quod preparaverat, et sequens tunc videt tempus aptum in quo
ius primogeniture sibi debitum premio emptionis retraheret ad se. Petivit [illegible] et sic
non in hoc peccavit, quia non intendebat emere rem sacram sed redimere vexationem
suam. Esau autem peccavit non solum peccato gule inordinate cibum appetendo sed
etiam peccato symonie rem sacram vendere intendendo. Et sic patet ad primum. Ad secundum
patet ex dictis quia ex quo sibi erat de iure poterat pro nichilo dimittere. Et ideo in
modico precio nulla fuit deceptio [illegible]. Ad iusticiam quia non est verisimile quod homo
prudens rem tanti valoris pro tam modico precio vendi peteret, nec alius vellet
emere. Ideo [illegible] quod [illegible] iste [illegible] hic agitur non fuit precium emptionis
primogeniture, sed ultra precium datum a Jacob premio curialis consuetudinis
in [illegible] rei notabilis [illegible] precium solvit unum [illegible] intelligi-
tur [illegible] ex littera [illegible] Iuravit Esau et vendidit primogenita.

Paulus doctor addit hic quod dubia hic mota a postillatore aliter possent
solui. Et forte magis ad propositum. Ad quod [illegible] historie veteris testamenti figurante
[illegible] figura [illegible] duobus modis [illegible] historia [illegible]
[illegible] ad aliqua doctrinam exemplarem [illegible]
aliud prefigurabatur [illegible]. Sicut patet de ymmolatione Ysaac supra xxii [illegible]
ymmolatio secundum litteram fuit virtuosa et valde exemplaris [illegible] ad litteram [illegible]
obedientie et timoris dei in ipso Abraham [illegible] exemplum [illegible]
Aliorum [illegible] passio Christi [illegible] figurata erat longe melior et [illegible] historiis
[illegible] figurate [illegible] litteralis [illegible] historiis [illegible]
[illegible] traduntur in scriptura solum ad figurandum futura sicut [illegible] xx legitur
de Ysaia quod incedebat [illegible] discalceatus ut prefiguraret ruinam
Egyptiorum et Ethiopum futuram. Item Osee primo legitur quod [illegible] accepit uxorem forni-
cariam et fecit filios fornicationum ut prefiguraret quod terra fornicata erat a Deo
et in talibus historiis tota res accipitur a re figurata [illegible] alia [illegible]
[illegible] totales tales historias [illegible] id quod [illegible] figurat. Ratio autem [illegible]
[illegible] ad finem [illegible] assumenda est ab ipso fine. [illegible] querendum est an ho-

neste se habet ysaias [illegible] longis temporibus incedendo, aut si licite se habent osee filius fornicationis faciendo, quia illa iussu divino sunt facta solum ad figurandum. Unde in proposito si gesta Jacob cum Esau et suis parentibus attendantur [illegible] que facta sunt instinctu divino facta solum ad figurandum, que cum colludebant in utero matris [illegible] fuit secundum naturam intentionem, nec in scriptura narratum ad [illegible] ut inde aliqua doctrina [illegible] plantis sumeret. Sed solum divino instinctu factum fuit et in scriptura traditum ad figurandum quod duo populi seu populi dividentur etc. ut patet per divinam declarationem ibidem factam. Similiter quod minor frater egrediens ex utero plantam fratris maioris teneret manu solum fuit factum et in scriptura narratum ut figuraret quod Jacob supplantaturus esset fratrem primatu. Unde ista ipsorum fratrum adinvicem sicut cum essent in utero et cum ex utero egrederentur sunt facta et in scriptura tradita ut figurativa tantum, non autem ut exemplata, ut iam dictum est. Similiter tenendum est de quibusdam que contingunt in contractu Jacob et Esau adinvicem, scilicet in emptione primogeniture [illegible] receptione benedictionis, scilicet quod ad figurandum tantum divina dispositione contingerunt et scripta sunt. Et ideo non est in istis querenda alia ratio litteralis, ut puta quod Jacob petebat sibi vendi primogenituram cum reputaret quod [illegible] etc. Hoc modo dicit quod in postilla continetur. Nam iste historie solum habent rationes figurales, non autem litterales, ut dictum est de predictis historiis ysaie et osee. Unde ex hoc ipso quod facta Jacob si secundum se considerarentur in hoc loco videntur esse dolosa et iniusta. Sunt tamen quod sunt facta non propter se sed ad figurandum. Et hoc est quod dicit glosa in hoc capitulo super illud verbum Erat Jacob vir simplex etc. Erat Jacob sine dolo habitans in domo, ut magis sit questio quod per dolum accepit benedictionem qui erat sine dolo. Sed ad figurandum aliquid magnum hec scriptura promisit et in glosa. Que autem iste historie figurasset traduntur doctores specialiter ysidorus in libro ethimologiarum ubi sic loquitur quod Esau primogenita sua propter esum fratri suo minori vendidit, ac per modum pro ea benedictionem sibi promissa privatur, significat eundem populum Israeliticum, quod a deo ut exodi narrat liber primogenitus filius vocatus est, qui cum propter patrum sollicitudinem non solum primatum sui honoris amisit, cum dicitur auferetur a vobis regnum dei et dabitur genti facienti voluntatem eius. Hec ysidorus. Hi autem allegorice, non autem litterales. Et ideo non faciunt ad propositum. Et ideo [illegible] postilla principaliter exponit que ipse dicit historiam [illegible] quod sensus litteralis pertinet historie et in littera [illegible] sensus litteralis et pertinet manifeste ad sensum litteralem, qui per ea elucidatur [illegible] in solum fuerit facta ad figurandum ut dictum est, et ideo non est ibi alia ratio preter figuralem querenda. Unde [illegible] primo [illegible] ar. 2o dicit quod si cerimonialia precepta veteris legis essent data solum ad figurandum futura, non haberent aliam causam seu rationem preter figuralem. [illegible] predicta esse contra sententiam apostoli qui prophanum Esau vocat eo quod propter unam escam vendidit primogenita ad hebreos xii. Ex quo [illegible] quod Esau vituperandus fuit propter illa venditionem, que non videtur rationabilis [illegible] expositionem. Nam sicut Jacob a dolo et huiusmodi excusatur quod ea faciebat instinctu divino ad figurandum, eodem modo videtur excusandus Esau de venditione stulta seu prophana, quia fecit ea venditionem [illegible] erat figurativa ad hoc. [illegible] in venditione Esau [illegible] fuit figurativa processit tamen ex propria intentione, scilicet contemptu doni spiritualis divini scilicet primogeniture quod donum habuit a deo in sua nativitate. Et hoc [illegible] [illegible] abiit parvipendens et contemnens quod primogenita vendidisset. Ex quo actu eius redditur viciosus et vituperandus. Emptio autem primogeniture ab ipso Jacob facta presumitur non esse facta ex propria intentione sed instinctu divino, deus enim ipsum preelegerat adhuc in utero existentem ut patet ex hoc quod supra dicitur maior serviat minori [illegible] [illegible] quod dicitur Malachie primo Jacob dilexi etc. Unde in emendo primogenituram [illegible] excusabatur eo quod divinam vocationem redimebat.

Ca^m 26

Orta autem fame super terram post eam sterilitatem que acciderat in diebus abraham abiit ysaac ad abimelech regem palestinorum in Gerara apparuitque ei dominus et ait Ne descendas in egiptum sed quiesce in terra quam dixero tibi et peregrinare in ea eroque tecum et benedicam tibi tibi enim et semini tuo dabo universas regiones has complens iuramentum quod spopondi abraham patri tuo et multiplicabo semen tuum sicut stellas celi dabo que posteris tuis universas regiones has et benedicentur in semine tuo omnes gentes terre eo quod obedierit abraham voci mee et custodierit precepta mea et mandata mea et cerimonias legesque servaverit.

Nota ibi dicit benedicentur in semine tuo omnes gentes terre id est quod exponunt hebrei sic quando aliquis imprecabitur bonum alicui dicet faciat tibi deus sicut fecit ysaac catholici autem melius exponunt de christo qui de ysaac secundum carnem descendit in quo omnes gentes consecute benedictionem sicut supra expositum est. Sed paulus doctor burgensis episcopus sic addit ponens quod in hoc loco ubi dicitur Et benedicentur in semine tuo ponitur in hebraico verbum benedictionis omnino alie coniugationis quam quod ponitur supra capitulo xxii quod quidem verbum secundum hebreum vere intelligitur sicut quod ille in quo alii benedicunt est causa principalis effectiva illius benedictionis quod nulli preter eternum convenit propter ibi fuit expositum. Et ideo nullo modo potest intelligi nisi de christo. Et quod hec promissio sit omnino conformis promissioni facte abrahe in ymolatione ysaac supra xxii capitulo et in ea fundetur sic firmat in libro 2o cum promittit iuramentum per iuramentum sui filii in ymolatione et hic cum dicitur complens iuramentum quod spopondi patri tuo. 2o quia ibi redditur ratio huius magne promissionis subditur eo quod obedierit abraham voci mee quod ibi obedivit animo [illegible] ratio redditur predicti iuramenti ubi cum dictum sit abrahe eo quod voci mee. 3o quia hic non dicitur Et benedicentur in te et semine tuo sicut supra dicitur capitulo xii Sed dicit benedicentur in semine tuo sicut in capitulo xxii et in aliis antecedentibus eis concordantibus ut patet fuit dictum in additione supra capitulo xxii unde hic non habet locum expositio hebreorum ut largius fuit expositum in predicta additione.

Mansit itaque ysaac in Gerariis. Cumque interrogaretur a viris loci illius super uxore sua respondit soror mea est timuerat enim confiteri quod sibi esset sociata coniugio reputans ne forte interficerent eum propter illius pulchritudinem. Cumque pertransissent dies plurimi et ibidem moraretur prospiciens abimelech palestinorum rex per fenestram vidit eum iocantem cum rebecca uxore sua et accersito ait perspicuum est quod uxor tua sit cur mentitus es sororem tuam esse respondit timui ne morerer propter eam dixitque Abimelech Quare imposuisti nobis potuit coire quispiam de populo cum uxore tua et induxeras super nos grande peccatum precepitque omni populo dicens Qui tetigerit hominis huius uxorem morietur.

Seminavit autem ysaac in terra illa et invenit in ipso anno centuplum benedixitque ei dominus et locupletatus est homo et ibat proficiens atque succrescens donec magnus vehementer effectus est habuit quoque possessiones ovium et armentorum et familie plurimum. Ob hoc invidentes ei palestini omnes puteos quos foderant servi patris eius abraham illo tempore obstruxerunt implentes humo intantum ut ipse abimelech diceret Recede a nobis quia potentior nobis factus es valde. Et ille descendens ut veniret ad torrentem gerare habitaretque ibi Rursum fodit alios puteos quos foderant servi patris sui abraham et quos illo mortuo olim obstruxerant philistiim appellavitque eos hiisdem nominibus quibus ante pater vocaverat Foderuntque in torrente et reppererunt aquam vivam Sed et ibi iurgium fuit pastorum gerare adversus pastores ysaac dicentium Nostra est aqua quamobrem nomen

putei, ex eo quod contendat vocatur Calumnia. Foderunt et alium et pro illo quoque rixati sunt appellavitque eum inimicitias. Profectus inde fodit alium puteum pro quo non contenderunt. Itaque vocavit nomen loci latitudo dicens: Nunc dilatavit nos dominus et fecit crescere super terram. Ascendit autem ex illo loco in Bersabee ubi apparuit ei dominus in ipsa nocte dicens: Ego sum deus Abraham patris tui. Noli metuere quia tecum sum. Benedicam tibi et multiplicabo semen tuum propter servum meum Abraham. Itaque edificavit ibi altare et invocato nomine domini extendit tabernaculum. Precepitque servis suis ut foderent puteum. Ad quem locum cum venissent de Geraris Abimelech et Ochozath amici illius et Phicol dux militum, locutus est eis Ysaac: Quid venistis ad me hominem quem odistis et expulistis a vobis? Qui responderunt: Vidimus tecum esse dominum et idcirco nunc diximus: Sit iuramentum inter nos et ineamus fedus ut non facias nobis quicquam mali sicut et nos nichil tuorum attigimus nec fecimus quod te lederet, sed cum pace dimisimus auctum benedictione domini. Fecit ergo eis convivium et post cibum et potum surgentes mane iuraverunt sibi mutuo. Dimisitque eos Ysaac pacifice in locum suum. Ecce autem venerunt in ipso die servi Ysaac annunciantes ei de puteo quem foderant atque dicentes: Invenimus aquam. Unde appellatur ~~ab~~ eum abundantiam et nomen urbi impositum est Bersabee usque in presentem diem. Esau vero quadragenarius duxit uxores Iudith filiam Beeri Ethei et Basemath filiam Elon eiusdem loci que ambe offenderant animum Ysaac et Rebecce.

Nicol.

Et nomen urbis impositum est Bersabee. Prius erat ei impositum [illegible] de novo confirmatum. Ad cuius intellectum considerandum quod beer in hebreo idem est quod puteus. Sabee autem significat VII et iuramentum et sacietatem et [illegible] sufficienciam. Locus ille ubi erat puteus vocatus est Bersabee primo propter VII agnas quas ibi statuit Abraham ut habetur supra XXI [illegible] propter iuramentum quod factum est ibi inter ipsum et Abimelech. Item propter hoc quod Ysaac vocavit illum puteum abundanciam ut hic habetur quod sonat idem quod sacietatem et sic [illegible] quod arguitur quod non videtur esse idem puteus hic de novo factus et qui fuerat tempore Abrahe. Dicendum quod tempore quo fuit hec terra Palestini obstruxerant puteos quos foderat Abraham implentes eos terra et Ysaac fodit eos et iste fuit unus ex eis. Et subditur in littera: Esau vero quadragenarius ubi probatur parvitas Ysaac et [illegible] familie. In hoc capitulo Esau absque consilio patris et matris accepit duas uxores de gente Etheorum que offenderunt animos Ysaac et Rebecce. 27

Senuit autem Ysaac et caligaverunt oculi eius et videre non poterat. Vocavitque Esau filium maiorem et ait: Fili mi. Qui respondit: Assum. Cui pater: Vides inquit quod senuerim et ignorem diem mortis mee. Sume arma tua pharetram et arcum et egredere foras. Cumque venatu aliquid apprehenderis fac mihi inde pulmentum sicut velle me nosti et affer ut comedam et benedicat tibi anima mea antequam moriar.

Nico.

Describitur tamen Ysaac quantum ad eius profectum quod sit de statu sue posteritatis ordinat providenciam alteri et quomodo hoc fiebat per benedictionem. Primo describitur dispositio ad benedictionem. Primo describitur. Sed hic advertendum Paulus episcopus burgensis credit hec hystoria non videtur intelligenda sic quod Ysaac appropinquante termino vite sue de sua posteritate ordinare sicut testatores solent facere suas ultimas voluntates [illegible] ordinando. Nec enim legitur quod filius recipit benedictionem a patre post que ei faceret obsequium in mensa et huiusmodi. Sicut postillator autem ait. Nicolaus multa ancte tamen ad hoc non est sufficiente racionem. Sed ista sunt prophetice intelligenda sicut eciam Jacob appropinquante morte sue filiis suis ait: Congregamini ut annunciem vobis que ventura sunt. Genesis XLIX et Deuteronomium XXXIII de Moyse legitur hec est benedictio qua benedixit Moyses homo dei filiis Israel ante mortem suam. Cum Ysaac estimans Esau esse primogenitum suum et eidem prestare benedictionem Abrahe et semini suo repromissam vocavit ipsum Esau ad recipiendum ipsam benedictionem. Et ut ipse Ysaac magis dispositus esset ad dandam benedictionem voluit ab ipso Esau cibaria sibi placencia cum cor prophetantis quandoque redditur aptior prophetiam concedendo consolabilius sibi [illegible] proveniat ut in quarto Regum III capitulo de Helizeo. Nichilominus in hoc loco non solebat obas [illegible] effecta

Ysaac

Actus rebecce et filiorum sunt principaliter figurativa et futurorum pronostica. Unde Augustinus li. [illegible]
contra [illegible] et non mendacium dicitur. Cum tanta providencia ysaac antequam moriatur comittat filio venacionem
et escarum qualem amat per magnum beneficium et promittit benedictionem.
Nullo modo arbitremur varie significationis prophetica, maxime cum sentiat
uxor eius ut illam benedictionem minor accipiat quem ipsa diligebat. Et cetera que
narrationi multum monent ad maiora intelligenda vel requirenda. Hanc
in hac historia sicut in precedenti de benedictione primogeniture id est [illegible]
principaliter est signavit quam ante ista figuravit in glossa ordinaria plene tractatur.

Quod cum audisset rebecca et ille abisset in agrum ut iussionem patris impleret dixit
filio suo Jacob: Audivi patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo et dicentem ei: Affer
michi de venatione tua et fac cibos ut comedam et benedicam tibi coram domino
antequam moriar. Nunc igitur fili acquiesce consiliis meis et pergens ad gregem affer
michi duos hedos optimos ut faciam ex eis escas patri tuo quibus libenter vescitur.
Quas cum intuleris et comederit benedicat tibi priusquam moriatur. Cui ille
respondit: Nosti quod Esau frater meus homo pilosus sit et ego lenis. Si attrectaverit
me pater meus et senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere et inducam
super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater ait: In me sit ista ma-
ledictio fili mi, tantum audi vocem meam et pergens affer que dixi. Abiit et attulit
deditque matri. Paravit illa cibos sicut noverat patrem illius velle. Et vestibus Esau
valde bonis quas apud se habebat domi induit eum, pelliculasque hedorum circum-
dedit manibus et colli nuda protexit. Deditque pulmentum et panes quos
coxerat tradidit. Quibus illatis: Pater mi. Et ille respondit: Audio. Quis es tu
fili mi? Dixitque Jacob: Ego sum Esau primogenitus tuus. Feci sicut precepisti
michi. Surge, sede et comede de venatione mea ut benedicat michi anima
tua. Rursumque ysaac ad filium suum: Quomodo, inquit, tam cito invenire potuisti
fili mi? Qui respondit: Voluntas dei fuit ut cito michi occurreret.

In me sit ista maledictio fili mi, i. in me [illegible] attende hic. Considerabat quod tandem deus
aliter disponeret ut verbum suum impleret. Unde addit hic doctor Thomas burgensis (Paulus)
quod hec verba rebecce aliter exponit [illegible] ut sit sensus: Si maledictio con-
tingat in me erit, eo quod ego induco te ad hoc. Et hec dicebat confidens
de deo, ut postillator dicit, id est Nicolaus.

Dixitque ysaac: Accede huc ut tangam te fili mi et probem utrum tu sis filius
meus Esau an non. Accessit ille ad patrem et palpato eo dixit ysaac:
Vox quidem vox Jacob est, sed manus manus sunt Esau. Et non cognovit eum,
quia pilose manus similitudinem maioris expresserant. Benedicens ergo illi ait:
Tu es filius meus Esau? Respondit: Ego sum. At ille: Affer, inquit, michi
cibos de venatione tua fili mi ut benedicat tibi anima mea. Quos cum obla-
tos comedisset obtulit ei vinum. Quo hausto dixit ad eum: Accede ad
me et da michi osculum fili mi. Accessit et osculatus est eum. Statimque
ut sensit vestimentorum illius fragranciam, benedicens ait: Ecce odor filii
mei sicut odor agri pleni cui benedixit dominus. Det tibi deus de rore celi
et de pinguedine terre abundanciam frumenti, vini et olei. Et serviant
tibi populi et adorent te tribus. Esto dominus fratrum tuorum et incurventur ante
te filii matris tue. Qui maledixerit tibi sit ille maledictus, et
qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Vix ysaac sermonem [illegible]

ait. Nunc illi in hac littera. Statimque ut sensit vestimentorum eius fragrantiam benedi-
cens ait: Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni. Ubi formam benedictionis describit.
Et primo describendo formam benedictionis imprecatur filio bona temporalia quia ex sensibilibus
et terrenis intellectus humanus ducitur ad spiritualia et eterna. Et ex tunc ad hoc dicitur: Det tibi
deus de rore celi et de pinguedine terre abundantiam frumenti et vini [illegible] dator [illegible]
amplius addit d. Chrisostomus exponit hanc litteram sic ut ista promissa intelligantur non
temporalia scilicet abundantia victualium. Per hoc quod dicitur Det tibi deus de rore celi etc. excel-
lentia potentie. Per hoc quod dicitur serviant tibi populi etc. preeminentia progenitorum. Per hoc quod dicitur
Esto dominus fratrum tuorum. Secundum vero intelliguntur de bonis spiritualibus. Et hoc cum dicitur qui ma-
ledixerit tibi sit ille maledictus etc. Circa quod notandum est quod ista cum maledicere aliquem quandoque
importat optare malum. Quandoque autem malum [illegible] et opere
ei aliquod malum [illegible] ut ex hoc sequatur sibi aliquod bonum [illegible]
Ex quo sequitur quod [illegible] maledicta
cui non maledixit deus. Et tanto [illegible] quanto persona cui maledicit magis
est amanda seu [illegible]. Levitici xx. Qui maledixerit patri suo morte moriatur. Et Exodi
xxii Principi populi tui non maledices. Ex hoc igitur quod Ysaac [illegible] maledicebat ma-
ledicentibus Iacob intelligitur quod posteritas Iacob [illegible] spiritualis [illegible] benedictionis principaliter
digne habebatur futura est iusta et [illegible] sic ut ei maledicens esset dignus maledictione
etiam in ista [illegible] quod posteritas Iacob habebat [illegible] benedictam in spiritualibus [illegible]
que in spiritualibus principaliter consistunt. Infra autem in capitulo xxviii ubi iterum benedixit Ysaac
Iacob ultimo expressit quantum ad benedictionem [illegible]. Et hoc cum dicitur Et det benedictionem Abra-
he et semini tuo post te. Et predicto modo intelligenda sunt verba que supra xii capitulo fuerunt
dicta a deo ipsi Abrahe scilicet maledicam maledicentibus tibi. Sequitur textus

Vix Ysaac sermonem impleverat, et egresso Iacob foras venit Esau coctosque
de venatione cibos intulit patri dicens: Surge pater mi et comede de venatione
filii tui, ut benedicat mihi anima tua. Dixitque illi Ysaac: Quis enim es tu?
Qui respondit: Ego sum filius tuus primogenitus Esau. Expavit Ysaac stupore ve-
hementi et ultra quam credi potest admirans ait: Quis igitur ille est qui dudum
captam venationem attulit mihi et comedi ex omnibus priusquam tu venires?
Benedixique ei et erit benedictus. Auditis Esau sermonibus patris irrugiit clamore
magno et consternatus ait: Benedic etiam et mihi pater mi. Qui ait: Venit germanus
tuus fraudulenter et accepit benedictionem tuam. At ille subiunxit: Iuste vocatum
est nomen eius Iacob; supplantavit enim me en altera vice; primogenita
mea ante tulit et nunc secundo surripuit benedictionem meam. Rursumque ad patrem:
Numquid non reservasti, inquit, et mihi benedictionem? Respondit Ysaac: Dominum tuum illum
constitui et omnes fratres eius servituti illius subiugavi, frumento et vino stabi-
livi eum; et tibi post hec fili mi ultra quid faciam? Cui Esau: Num unam, inquit, tan-
tum benedictionem habes pater? Mihi quoque obsecro ut benedicas. Cumque eiulatu
magno fleret, motus Ysaac dixit ad eum: In pinguedine terre et in rore celi
desuper erit benedictio tua. Vives gladio et fratri tuo servies. Tempusque veniet
cum excuties et solvas iugum eius de cervicibus tuis. Oderat ergo semper Esau
Iacob pro benedictione qua benedixerat ei pater dixitque in corde suo: Venient dies
luctus patris mei et occidam Iacob fratrem meum. Nuntiata sunt hec Rebecce, que mit-
tens et vocans filium suum dixit ad eum: Ecce Esau frater tuus minatur ut
occidat te. Nunc ergo fili audi vocem meam et consurgens fuge ad Laban fratrem
meum in ~~hel~~ Aran, habitabisque cum eo dies paucos, donec requiescat furor
fratris tui et cesset indignatio eius, obliviscaturque eorum que fecisti in eum

post ea mittam et adducam te inde huc. Cur utroque orbabor filio in una die? Dixit
quoque rebecca ad ysaac: Tedet me vite mee propter filias heth. Si acceperit
Jacob de stirpe huius terre nolo vivere.

Venit germanus tuus fraudulenter. Hebrei dicunt prudenter quia dictio hebraica que
ibi ponitur et aliquando accipitur pro dolo et aliquando accipitur pro prudentia seu bona caute-
la et sic hic accipitur. Sciebat enim ysaac quod de voluntate et de ordinatione divina
receperat benedictionem ut dictum est et ideo eius factum non poterat imputari fraudi ipse
dicte. Sed doctor [illegible] Burgensis episcopus addit quod dicitur quod dictio hebraica
in hoc loco posita non est equivoca nec aliud eius significat nisi fraudem aut dolum et sic latine
ita bene sicut fraudulenter. Sed quia dolus vel fraus licet proprie accipiuntur in
malo aliquando tamen quandoque accipitur in bono prout illud: cum essem astutus dolo vos cepi.
Ideo hic dictio fraudulenter accipitur quod [illegible] modo, scilicet aliquando vel forte ysaac
volens se excusare ab esau vocabat Jacob fraudulentum quod ipsa significatione.

4 apli ii cor xii

28

Vocavit itaque ysaac Jacob et benedixit precepitque ei dicens.
Noli accipere coniugem de genere canaan sed vade et proficiscere
in Mesopotamiam Syrie ad domum bathuel patris matris tue et
accipe inde tibi uxorem de filiabus laban avunculi tui. Deus autem omnipotens
benedicat tibi et crescere te faciat atque multiplicet ut sis in turbas populorum et
det tibi benedictiones abraham et semini tuo post te ut possideas terram peregrinationis
quam pollicitus est avo tuo.

Cumque dimisisset eum ysaac profectus quod venit in mesopotamiam Syrie ad
laban filium bathuel Syri fratrem rebecce matris sue. Videns autem esau quod bene-
dixisset pater suus Jacob et misisset eum in mesopotamiam Syrie ut inde uxorem
duceret et quod post benedictionem precepisset ei dicens: Non accipies coniugem de filia-
bus chanaan, quodque obediens parentibus isset in Syriam, probans quoque esau quod
non libenter aspiceret filias chanaan pater suus, ivit ad ysmaelem et duxit
uxorem absque hiis quas prius habebat, meleth filiam ismahel filii
abraham sororem nabaioth.

Igitur egressus Jacob de bersabee et pergebat aram. Cumque venisset ad quen-
dam locum et vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui
iacebant et supponens capiti suo dormivit in eodem loco. Viditque in sompnis
scalam stantem super terram et cacumen illius tangens celum. Angelos quoque dei ascendentes
et descendentes per eam et dominum innixum scale dicentem sibi: Ego sum dominus
deus abraham patris tui et deus ysaac. Terram in qua dormis dabo tibi et
semini tuo. Eritque semen tuum quasi pulvis terre. Dilataberis ad occidentem et orientem,
septentrionem et meridiem et benedicentur in te et in semine tuo cuncte tribus
terre. Et ero custos tuus quocumque perrexeris et reducam te in terram hanc nec
dimittam nisi complevero universa que dixi.

Vidit quod in sompnis scalam stantem super terram. Ista autem scala que compluribus gradibus consti-
tuta stabat gradus continuum per quos Christus secundum carnem descendit ab abraham usque
ad virginem mariam que ipsum peperit. Et gradus huius scale numerat matheus in
principio evangelii sui: Liber generationis ihesu christi etc. Duo latera scale sunt
iusti et peccatores quia ex utrisque descendit secundum carnem et per utrisque natus

esta passus. Per autem dominum dicitur innixus scale designatur [illegible] ipsa deitas est unita carni [illegible] patribus descendenti in Christo. Per autem pedes scale terram tangebat et cacumen eius celum designatur perfectio quia ipse Christus [illegible] humanitatem conveniens hominibus [illegible] in natura absque tamen peccato per deitatem quia cum deo [illegible] ut sit verus mediator dei et hominum [illegible]. Per angelos ascendentes [illegible] quia misterium incarnationis de voluntate dei fuit hominibus revelatum [illegible] per angelos apertissime [illegible] per angelos [illegible] debet intelligi fidei et [illegible] quorum statum [illegible] per angelos [illegible] per angelos Raphael dixit Thobie [illegible] quando orabas cum lacrimis et sepeliebas mortuos ego obtuli memoriam orationis tue coram domino [illegible] et ista [illegible] Iacob [illegible] adhuc [illegible] Iacob [illegible] Abrahe et Ysaac [illegible] et [illegible].

Ad [illegible] dicta [illegible] hanc considerare [illegible] debuisset nominari angeli descendentes [illegible] ascendentes [illegible] alii [illegible] Iacob ascendentes et descendentes angelos vidit [illegible] predicatores [illegible] Christum contemplando [illegible] ad allegoriam [illegible] ob [illegible] et [illegible] Thomam [illegible] q. [illegible] xxx. [illegible] per quod Iacob vidit angelos in scala ascendentes intelliguntur angeli boni ascendentes [illegible] dei contemplationem [illegible] descendentes eo quod [illegible] durat [illegible] inferior [illegible] descendentes [illegible] contemplatorum.

Cumque evigilasset Iacob de somno ait vere dominus est in loco isto et ego nesciebam. Pavensque quam terribilis est locus iste. Non est aliud inquit nisi domus dei et porta celi. Surgens ergo mane tulit lapidem quem supposuerat [illegible] capiti suo et erexit in titulum fundens oleum desuper. Appellavitque nomen urbis bethel que prius luza vocabatur. Vovit etiam votum dicens. Si fuerit dominus mecum et custodierit me in via per quam ambulo et dederit michi panem ad vescendum et vestimentum ad induendum reversusque fuero prospere ad domum patris mei erit michi dominus in deum et lapis iste quem erexi in titulum vocabitur domus dei cunctorumque que dederis michi decimas offeram tibi.

Profectus ergo Iacob venit ad terram orientalem et vidit puteum in agro tres quoque greges ovium accubantes iuxta eum. Nam ex eo adaquabantur pecora et os eius grandi lapide claudebatur. Morisque erat ut cunctis ovibus congregatis devolverent lapidem et refectis gregibus rursum super os putei ponerent. Dixitque ad pastores fratres unde estis. Qui responderunt de arran. Quos interrogans inquit ait nostis laban filium nachor. Dixerunt novimus. Sanusne est inquit. Valet inquiunt. Ecce rachel filia eius venit cum grege suo. Dixitque Iacob adhuc multum diei superest nec est tempus ut reducantur ad caulas greges. Date ante potum ovibus et sic ad pastum eas reducite. Qui responderunt non possumus donec omnia pecora congregentur et amoveamus lapidem de ore putei ut adaquemus greges. Adhuc loquebantur et ecce rachel veniebat cum ovibus patris sui. Nam gregem ipsa pascebat. Quam cum vidisset Iacob et sciret consobrinam suam oves[que] avunculi sui

Rachel

amovit lapidem ~~lapis~~ quo puteus claudebatur et adaquato grege ostiatus est
ei . Elevataque voce flevit et indicavit ei quod frater esset patris eius et filius re-
becce . At illa festinans nunciavit patri suo . Qui cum audisset venisse iacob
filium sororis sue . cucurrit obviam ei complexusque eum et in osculum ruens duxit
in domum suam . Auditis autem causis itineris respondit os meum es et caro mea .
Osculatus est eam elevataque voce flevit et indicavit ei quod frater esset patris sui . i . nepos . Glossa dicit
quod ista non fuerunt facta eo ordine quo scripta sunt . Sed primo indicavit ei quod esset cognatus
suus et tunc osculatus est eam pro debito mediante consanguineo . Quod erat apud antiquos . Et adhuc
est modo in pluribus locis et tunc flevit ex pietate que in talibus solet visa commovere . Sed
in vulgari sunt magis prone ad lacrimas . Hic autem videtur quod debuisset plus dixisse
de rachel quod flevisset . Et dicendum quod forsitan sic fuit licet non sit scriptum quia non omnia
scripta sunt . Et magister in exposicione expresso fletu Jacob satis datur intelligi fletum rachelis .
Alii dicunt propter humanitatem ut dictum est . Alia vero causam huius fletus assignant hebrei et
patris est verisimile dicentes quod cum Jacob recessit a patre cum bona gratia et cum co-
pia auri et argenti . Cum enim abraham misisset servum suum illuc ad querendam uxorem filio
suo ysaac misit eum honorifice et cum multis bonis ut habetur supra xxiiii capitulo . Cum
ergo ysaac non esset inferior . Et ideo cum esset potens et dives ut dictum est supra xxvi .
Non est verisimile quod minus honorifice mitteret filium suum quam abraham miserat servum
Dicunt ergo quod Eliphat primogenitus esau qui iam erat adultus de precepto patris
sui insecutus est Jacob cum multitudine armatorum et comprehendit eum . Sed non occidit
eum quia Jacob erat eius avunculus . Et quia Jacob timebat eum in fine suo tunc erat parvulus
Sed dimisit eum solum et omnibus bonis spoliatum . Jacob autem cum esset iam longe voluit re-
dire ne in via occideretur et ne propter excercitum nimium tribueretur possit ultra confidens
de dei adiutorio quod possit sibi maiora reddere . Unde et infra xxxii capitulo dixit iacob In ba-
culo meo transivi iordanem istum et nunc cum duabus turmis re-
gredior . Cum ergo videret consobrinam suam et non haberet aurum et argentum seu iocalia
ad dandum sibi sicut servus abrahe dedit rebecce ut supra dictum est xxiiii capitulo . Ideo cor-
gemens cepit lacrimari .

Doctor ~~p~~ burgensis ex hic addit Respondeo Paulus
Hebreorum dicunt quod solus Jacob amovit lapidem quo claudebatur cuius virtutem
fuisse in ipso Jacob eo quod veniens fessus ex itinere potuit removere lapidem tante ma-
gnitudinis qui non poterat removeri nisi a pluribus pastoribus qui ibi sunt supra in eodem capitulo .
quod consonat littere . tum quia dicitur de Jacob in singulari amovit lapidem quo puteus claude-
batur . tum quia reddens rationem quare hoc fecit Jacob predixit immediate quia cum vidisset
Jacob et sciret consobrinam suam . Oves quoque laban avunculi sui etc . quasi diceret propter ista sufficie-
bat se tanto labori . quod dicitur figurasse quod aliqui descendentes ex Jacob debe-
bant amovere lapidem . scilicet duriciam cordis et adaquare omnes gentes . scilicet ex aqua et spiritu sancto
quod satis consonat veritati .

Item addit quod dicunt hebrei quod Jacob recessit
a patre cum bona comitiva et cum copia auri et argenti . Ut in textu dicitur ratio sua . Non solum
autem est fundamentum in littera . Sed potius ex littera opponitur videtur . Unde ipsi Jacob de recessu
ipsi Jacob de recessu supra xxvii capitulo dicit Audi vocem meam et consurgens fuge ad laban
Ex quo patet quod Jacob fugitivus ibat et propter hoc non cum apparatu . Unde exponentes hebreorum
magistri antiqui quando littera predicta tenuit addentes quod ex hac causa noluit intrare
in luza seu bethel ne ab aliquo cognosceretur . Sed extra locum sub divo dormivit supponens
lapidem capiti suo ut supra capitulo xxviii . Et ubi dicitur in principio huius capituli profectus quod Jacob
venit in terram orientalem . Hebraica littera habet levavit iacob pedes suos et ivit in terram orien-
talem . Ex quo patet quod pedester ibat non in camelo sicut servus abrahe . Nam in 4 si ysaac
sic misisset filium suum tempore hoc fiebat ut via sua occultaretur a fratre et verisimile quod
supra transivisset ista profectio qua fuerat Jacob eundo in mesopotamiam . Et cum
ex professo scriptura expressit alias professiones quas habuit in redeundo tam a laban quam
a persecutione fratris eius ab esau ut infra dicitur capitulo xxxii . In baculo meo transivi iordanem
istum etc . satis concordat cum predictis .

Et sequitur in littera Et postquam impleti

laban

Et postquam impleti sunt dies mensis unius dixit ei Numquid quia frater meus es gratis servies mihi? Dic quid mercedis accipias. Habebat vero filias duas nomen maioris Lia minor appellabatur Rachel. Sed Lia lippis erat oculis Rachel decora facie et venusto aspectu. Quam diligens Iacob ait Serviam tibi pro Rachel filia tua minore VII annis. Respondit Laban Melius est ut tibi eam dem quam viro alteri; mane apud me. Servivit igitur Iacob pro Rachel VII annis et videbantur illi pauci dies prae amoris magnitudine. Dixitque ad Laban Da mihi uxorem meam quia iam tempus expletum est ut ingrediar ad eam. Qui vocatis multis amicorum turbis ad convivium fecit nuptias et vespere filiam suam Liam introduxit ad eum, dans ancillam filiae Zelpham nomine. Ad quam cum ex more Iacob fuisset ingressus facto mane vidit Liam et dixit ad socerum Quid est hoc quod facere voluisti? Nonne pro Rachel servivi tibi? Quare imposuisti mihi? Respondit Laban Non est in loco nostro consuetudinis ut minores tradamus ante ad nuptias. Imple ebdomadam dierum huius copulae et hanc quoque dabo tibi pro opere quo serviturus es mihi VII aliis annis. Acquievit placito et ebdomada transacta Rachel duxit uxorem cui pater servam Balam dederat. Tandemque potitus optatis nuptiis amorem sequentis priori praetulit serviens apud eum VII annis aliis. Videns autem Dominus quod despiceret Liam aperuit vulvam eius sorore sterili permanente. Quae conceptum genuit filium vocavitque nomen eius Ruben dicens Vidit Dominus humilitatem meam nunc amabit me vir meus. Rursumque concepit et peperit filium et ait Quoniam audivit me contemptui haberi dedit etiam istum mihi. Vocavitque nomen eius Symeon. Concepitque tertio et genuit alium dixitque Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus eo quod pepererim tres filios; et idcirco appellavit nomen eius Levi. Quarto concepit et peperit filium et ait Modo confitebor Domino et ob hoc vocavit eum Iudam cessavitque parere.

Cernens autem Rachel quod infecunda esset invidit sorori et ait marito suo Da mihi liberos alioquin moriar. Cui iratus Iacob respondit Num pro Deo sum ego qui privavit te fructu ventris tui? At illa Habeo inquit famulam Balam, ingredere ad eam ut pariat super genua mea et habeam ex ea filios. Deditque ei Balam in coniugium. Quae ingresso ad se viro concepit et peperit filium. Dixitque Rachel Iudicavit mihi Dominus et exaudivit vocem meam dans mihi filium; et idcirco appellavit nomen eius Dan. Rursum quoque Bala concipiens peperit filium alterum pro quo ait Rachel Comparavit me Deus cum sorore mea et invalui; vocavitque eum Neptalim.

Nicolaus lira — Bala concipiens peperit pro quo ait Rachel gratias agendo Deo. Comparavit me Deus cum sorore mea. In hebreo habetur additiones dei addita sum sorori mea et quasi dicat Deus addidit alium filium mihi et ideo addita sum cum sorore et quasi habeo plures filios sicut ipsa licet non in equali numero.

Paulus dicit doctor Burgensis contra: in hebreo non sic dicto que sonet additionem sed ... sonat controversiam vel contentionem. Et est litera contentiones Dei contendi cum sorore mea et invalui, quasi diceret contendi cum sorore mea super habendo filios et invalui, quia iam habeo duos. Unde quod dicitur in glossa interlineari quod Neptalim dicitur a comparatione videtur esse error scriptoris et debet inserta dici a conversione seu contumacia secundum hebraicam veritatem.

Sentiens autem Lia quod parere desiisset Zelpham ancillam suam marito tradidit. Qua post conceptum edente filium dixit Feliciter et idcirco vocavit nomen eius Gad. Peperit quoque alium dixitque Lia Hoc pro beatitudine mea beatam me quippe dicent mulieres; propterea appellavit eum Aser. Egressus

Abiit ruben tempore messis triticee in agrum repperit mandragoras quas matri lye detulit. Dixit que rachel da michi partem de mandragoris filii tui. Illa respondit parum ne tibi videtur quod praeripueris maritum michi nisi etiam mandragoras filii mei tuleris. Ait rachel dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filii tui. Redeunti que ad vesperum de agro iacob egressa est in occursum eius lya et ait ad me inquit intrabis quia mercede conduxi te pro mandragoris filii mei. Dormivit que cum ea nocte illa et exaudivit deus preces eius concepit que et peperit filium quintum et ait dedit michi deus mercedem quia dedi ancillam meam viro meo et appellavit que nomen eius ysachar. Rursum que lya concipiens peperit sextum filium et ait ditavit me deus dote bona etiam hac vice mecum erit maritus meus eo quod genuerim ei sex filios et idcirco appellavit nomen eius zabulon. Post quem genuit filiam nomine dinam. Recordatus quoque dominus rachelis exaudivit eam et aperuit vulvam eius que concepit et peperit filium dicens abstulit deus obprobrium meum et vocavit nomen illius ioseph dicens addat michi dominus filium alterum. Nato autem ioseph dixit iacob socero suo dimitte me ut revertar in patriam meam ad terram meam. Da michi uxores et liberos meos pro quibus servivi tibi ut abeam. Tu nosti servitutem qua servivi tibi. Ait ei laban inveniam graciam in conspectu tuo experimento didici quod benedixerit michi deus propter te. Constitue mercedem tuam quam dem tibi. At ille respondit tu nosti quomodo servierim tibi et quanta in manibus meis possessio tua fuerit. Modicum habuisti antequam venirem ad te et nunc dives effectus es benedixitque tibi dominus ad introitum meum. Iustum est igitur ut aliquando provideam etiam domui mee.

Dixitque laban quid dabo tibi. At ille ait nichil volo sed si feceris quod postulo iterum pascam et custodiam pecora tua. Gyra omnes greges tuos et separa cunctas oves varias et sparso vellere et quodcumque furvum et maculosum variumque fuerit tam in ovibus quam in capris erit merces mea. Respondebitque michi cras iusticia mea quando placiti tempus advenerit coram te et omnia que non fuerint varia et maculosa et furva tam in ovibus quam in capris furti me arguent. Dixitque laban gratum habeo quod petis. Et separavit in die illa capras et oves hircos et arietes varios atque maculosos. Cunctum autem gregem unicolorem id est albi et nigri velleris tradidit in manu filiorum suorum et posuit spacium itineris inter se et generum dierum trium qui pascebat reliquos greges eius.

Dixit quoque laban quid dabo tibi et cetera. Ponitur pactum contra ipsum laban cum iacob quia in mora secum amplioem depadabat cum tamen ipsum decipere intendebat. Modus intelligendi est quia ita fuit petitio iacob quod de gregibus omnium et custodia ipsius laban quicumque erant sub cura iacob auferentur omnia alba et rufa et maculata aliquam habentia in vellere et traderentur filiis laban custodienda. Illa autem que erant totaliter nigra vel totaliter alba remanerent sub custodia iacob et fetus que nascerentur ex eis totaliter nigri vel totaliter albi essent ipsius laban cum aliis ex quibus nascebantur que erant totaliter alba et totaliter nigra. Fetus autem qui erant maculosi vel rufi essent ipsius iacob et istud fuit contra ipsum laban secundum quod fetus nigri nascerentur ex nigris et albi ex albis etc secundum cursum nature. Et ideo laban habuit gratum istud pactum tamquam sibi utile. Talis autem fuit pactio secundum omnes expositores catholicos et hebreos et ideo hec expositio tenenda est. Scriptura tamen hic aliquantulum est satis obscura duplici de causa. Una est quia breviter et succincte loquitur et plura subintelligunt que non exprimuntur. Alia causa est quia translatio nostra hic multum discrepat a littera hebraica.

Sed doctor paulus episcopus burgensis

burgen add[itio] h[ic] ... licet pactu[m] int[er] Jacob et laban q[ua]l[ite]r [con]sideratu[m] videt[ur] esse illud q[uo]d postilla[tor] exposuit et pr[o]sequit[ur] tenet[ur] ... data n[on] totalit[er] ... q[ui]a in mult[is] discrepat ... apud lxx ... et ... hodie multu[m] ... plane exponere ... Jacob ... int[er] hebreos expositores

Tollens ergo Jacob virgas populeas virides et amigdalinas et platanus et ex p[ar]te decorticavit eas detractis q[ui]b[us] corticib[us] in hiis q[ue] spoliata fuerunt candor apparuit. Illa v[er]o q[ue] integ[ra] erant viridia p[er]manserunt ... color effectus e[st] varius. posuit q[ue] in canalib[us] ubi effundebatur aqua ut cu[m] venissent greges ad bibendum an[te] oculos h[abe]rent virgas et in aspectu ear[um] conciperent ... et pariunt maculosa et varia et diverso colore respersa. Divisit q[ue] gregem Jacob et posuit virgas in canalib[us] an[te] oculos ... Erat aut[em] alba ... et nigra laban. cetera v[er]o Jacob separatis int[er] se gregibus. Igit[ur] q[ua]n[do] primo t[em]p[or]e ascendebant oves ponebat Jacob virgas in canalib[us] aquar[um] an[te] oculos arietu[m] et ovium ut ... contemplacione conciperent ... tina admissura erat et conceptus extremus no[n] ponebat eas. facta q[ui] sunt ea que erant serotina laban. Et q[ue] primi t[em]p[or]is Jacob. Ditatus q[ue] e[st] homo ultra modu[m] et habuit greges multos ancillas et servos camelos et asinos.

Nico[laus] lira virgas

Tollens ergo Jacob virgas populeas et p[ar]tem virides cautela qua Jacob ... laban fraudulent[er] agebat ... pluribus sibi tenebat ... posuit varii coloris in canalibus ... conceptus p[ri]mi t[em]p[or]is ... eum nate p[er]venit. Cu[m] alia ... Cu[m] aut[em] femelle bibebant ascendebant masculi et femelle videbant umbras masculor[um] in aqua et ... imagine ... super ... matrem unde fit conceptus ... et b[ea]tus Jero[nimus] super locu[m] ... in gregib[us] equar[um] hispanie ponentes pulcros equos an[te] equas ... et ... q[uo]d quintilianus ... matrona ... de ... et q[uod] pepisset ethiope ... pictura ... Ex hiis pa[tet] q[uo]d Jacob erat ho[mo] sapiens et cognitor virtutu[m] nat[ur]alium ... ad angelus d[omi]ni docuit eu[m] ... ostendit sibi in visione masculos ascende[n]tes sup[er] feminas varios et maculosos ut ... p[at]et q[uo]d no[n] p[ro]cessit fraudulenter trahendo ad se q[uo]d sibi debebat[ur] et magis ... videt[ur] fecisse ex revelatione angeli ...

Postq[uam] aut[em] audivit verba filior[um] laban dicentiu[m] Tulit iacob om[n]ia q[ue] fuerant patris n[ost]ri et de illius facultate ditatus factus e[st] inclitus animadv[er]tit quoq[ue] faciem laban q[uo]d no[n] esset erga se sicut heri et nudius tercius maxime dicente sibi d[omi]no Revertere in terram patrum tuor[um] ad generacio[n]em tua[m] ero tecum. misit et vocavit Rachel et lyam in agrum ubi pascebat greges dixit q[ue] eis video faciem patris v[est]ri q[uo]d no[n] sit erga me sicut heri et nudius tercius. Deus aut[em] patris mei fuit mecu[m]. Et vos nostis q[uo]d totis viribus servierim patri v[est]ro. S[ed] p[ate]r v[este]r circu[m]venit me et mutavit mercedem mea[m] x vicibus et dimisit eu[m] deus ut noceret m[ihi]. Si q[ua]n[do] dixit varie erunt mercedes tue pariebant om[ne]s oves varios fetus. q[ua]n[do] v[er]o e contrario ait alba q[ue]q[ue] accipies p[ro] mercede om[ne]s greges alba pepererunt. Tulitq[ue] deus sub[stan]tiam patris v[est]ri et dedit m[ihi].

... fraude ... agebat ... Jacob ... Jacob ...

Post quam enim conceptui omnium tempus advenerat, levavi oculos meos et vidi in sompnis masculos ascendentes in mares super feminas varios et maculosos et diversorum colorum. Dixitque angelus domini ad me in sompnis Jacob. Et ego respondi Assum. Qui ait Leva oculos tuos et vide universos masculos ascendentes super feminas varios respersos atque maculosos. Vidi enim omnia que fecit tibi laban. Ego sum deus bethel ubi unxisti lapidem et votum vovisti michi. Nunc ergo surge et egredere de terra hac revertens in terram nativitatis tue. Responderunt Rachel et lya. Numquid habemus residui quicquam in facultatibus et hereditate domus patris nostri. Nonne quasi alienas reputavit nos et vendidit comeditque precium nostrum. Sed deus tulit opes patris nostri et nobis eas tradidit ac filiis nostris. Unde omnia que precepit deus fac.

Surrexit itaque Jacob et impositis liberis et coniugibus suis super camelos abiit. Tulitque omnem substantiam et greges et quicquid in mesopotamia acquisierat pergens ad ysaac patrem suum in terram canaan. Eo tempore laban ierat ad tondendas oves et rachel furata est ydola patris sui. Noluitque iacob confiteri socero suo quod fugeret. Cumque abiisset tam ipse quam omnia que iuris eius erant et amne transmisso pergeret contra montem galaad nunciatum est laban die tercio quod fugeret Jacob. Qui assumptis fratribus suis persecutus est eum diebus vii et comprehendit in monte galaad. Viditque in sompnis dicentem sibi deum. Cave ne quicquam aspere loquaris contra Jacob. Iamque Jacob extenderat in monte tabernaculum. Cumque ille consecutus esset eum cum fratribus suis in eodem monte galaad fixit tentorium et dixit ad Jacob. Quare ita egisti ut clam abigeres filias meas quasi captivas gladio. Cur ignorante me effugere voluisti nec indicare michi ut prosequerer te cum gaudio et canticis et tympanis et cytharis. Non es passus ut osculārer filios meos et filias. Stulte operatus es. Et nunc quidem valet manus mea reddere malum. Sed deus patris vestri heri dixit michi. Cave ne loquaris cum Jacob quicquam durius. Et si ad tuos ire cupiebas et desiderio tibi erat domus patris tui, cur furatus es deos meos. Respondit Jacob. Quod inscio te profectus sum timui ne violenter auferres filias tuas. Quod autem furti me arguis, apud quemcumque inveneris deos tuos necetur coram fratribus nostris. Scrutare et quicquid tuorum apud me inveneris aufer. Hec dicens ignorabat quod Rachel furata esset ydola. Ingressus itaque laban tabernacula iacob et lye et utriusque famule non invenit. Cumque intrasset tentorium Rachel illa festinans abscondit ydola subter stramenta cameli et sedit desuper. Scrutantique omne tentorium et nichil invenienti ait. Ne irascatur dominus meus quod coram te assurgere nequeo quia iuxta consuetudinem feminarum nunc accidit michi. Sic quoque delusa sollicitudo querentis est.

Rachel furata est ydola patris sui, non ad colendum sed ad subtrahendum patrem suum ab ydolatria. Et ista furta ipse loquendo comparatur quod ubi translatio nostra habet ydola, in hebreo habetur theraphim. Et dicunt quod sunt ymagines facte per artem nigromanticam que dant responsa. Hebrei dicunt quod est caput hominis primogeniti interfectum et sacrificatur demonibus, et istud caput postea salitur et aromatibus conditur ut possit diu servari et super linguam eius in lamina aurea ponitur nomen demonis et sic dat responsa. Hec autem interposui quia alibi in scriptura sepe fit mentio de theraphim. Certum est tamen quod non habent virtutem responsa dandi nisi quantum deus permittit et frequenter propter peccata hominum credentium talibus quod decipiantur, ut patet ex predictis, deus talia permittit. Sz paulus doctor burgen.

Nota theraphin

Paulus

~~Thomas~~ doctor addendo dicit Theraphin in hebreo ymagines sunt semper vel simulacra [illegible] demonum dicit semper ysaa y c. Sed attendendum quod non semper simulacra facta ad querendum visa demonum vel ad ydolatriam. Quia primo Regum xix ubi dicitur quod accepit michol statuam et posuit in lecto loco dauid in hebreo accepit michol theraphin quod non est dicendum quod in domo dauid et uxoris eius essent simulacra vel statua ydolatria seu facta ad querendum visiones demonum. Sed ibi erant solum ad aliquas civiles representationes. Iudicum vero xvii et xviii reperitur hec dictio Theraphin ubi sunt aliquando ydolatrie facta ut ibidem patet. Osee iii dicitur [illegible] et sine ephot et theraphin [illegible] significacionem et sic in multis aliis. Sequitur littera

Cumque scrutatus es. Iacob cum iurgio ait quae est culpa mea et ob quod peccatum meum sic exarsisti post me et scrutatus es omnem supellectilem meam quid invenisti de cuncta substantia domus tue pone hic coram fratribus meis et fratribus tuis et iudicent inter me et te. Idcirco xx annis fui tecum. Oves tue et capre steriles non fuerunt. Arietes gregis tui non comedi nec captum a bestia ostendi tibi. Ego omne damnum reddebam quicquid furto peribat a me exigebas die noctuque estu urebar et gelu fugiebatque somnus ab oculis meis. Sicque per xx annos in domo tua servivi tibi xiiii pro filiabus et vi pro gregibus tuis. Immutasti quoque mercedem meam x vicibus. Nisi deus patris mei abraham et timor ysaac affuisset mihi forsitan modo nudum me dimisisses. Afflictionem et laborem manuum mearum respexit deus et arguit te heri.

Nota

Paulus

Nisi deus abraham patris mei et timor ysaac affuisset mihi etc. Doctor [illegible] adducit [illegible] videtur quare non facit mentionem de abraham et de ysaac eodem modo [illegible] cum dicat deus patris mei abraham et deus patris ysaac quia non nunquam sit dictum de abraham quod timet deum sicut de ysaac. Ad hoc dicit a quibusdam hebreis quod deus non nominatur deus alicuius singularis persone nisi post eius mortem propter flexibilitatem humane vite. Cum deus homines dum in hac vita sunt possunt mutari de statu gratie in quo sunt filii dei ad statum in quo ponuntur filii ire sicut apostolus dicit. Et quia cum hec verba dixit Iacob Abraham iam diu ante decesserat. Sed ysaac adhuc vivebat quia vixit usque ad decennium post vendicionem Ioseph ut habetur infra in postilla. Ideo de abraham quia iam exiit a seculo dixit deus abraham. Sed de ysaac qui adhuc erat in vita hac dixit timor ysaac id est quem timet ysaac quod sit dictum de quolibet iusto timente deum sicut predictum statum. Alii vero dicunt quod timor ysaac hic dictus intelligitur de timore quem passus est tempore ymmolacionis ad quod inducitur illud quod in sequentibus dicitur quod iuravit ergo Iacob per timorem patris sui ysaac quod deletum homines [illegible] terribilia sicut in hora mortis et [illegible].

Respondit ei laban filie et filii et greges tui et omnia que cernis mea sunt. Quid possum facere filiis et nepotibus meis. Veni ergo et ineamus fedus ut sit in testimonium inter me et te. Tulit ergo lapidem Iacob et erexit illum in titulum dixitque fratribus suis. Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum comederuntque super eum. Quem vocavit tumulum testis et Iacob acervum testimonii uterque iuxta proprietatem lingue sue. Dixitque laban. Tumulus iste inter me et te testis erit hodie. Et idcirco appellatum est nomen eius galaad id est tumulus testis. Et adiecit laban. Intueatur dominus et iudicet inter nos quando recesserimus a nobis. Si afflixeris filias meas et si introduxeris uxores alias super eas nullus sermonis nostri testis est absque deo qui presens respicit. Dixitque rursus ad Iacob. En tumulus hic et lapis quem erexi inter me et te testis erit. Tumulus inquam iste et lapis sint in testimonium si aut ego transiero illum pergens ad te aut tu preterieris malum mihi cogitans. Deus Abraham

et deus nachor iudicet inter nos deus patris eorum. Iuravit Iacob per timorem patris sui
ysaac. Immolatisque victimis in monte vocavit fratres suos ut ederent panem.
Qui cum comedissent panem manserunt ibi. Laban vero de nocte consurgens osculatus est
filios et filias suas et benedixit illis. Reversusque est in locum suum.

Capitulum 32

Iacob quoque abiit itinere quo ceperat. Fueruntque ei obviam angeli dei.
Quos cum vidisset ait Castra dei sunt hec. Et appellavit nomen loci illius
Manayin, id est castra. Misit autem et nuncios ante se ad esau fratrem suum in terram
Seyr regionis Edom. Precepitque eis dicens Sic loquimini domino meo Esau: Hec
dicit frater tuus Iacob. Apud laban peregrinatus sum et fui usque in presentem diem.
Habeo boves et asinos, oves et servos atque ancillas. Mittoque nunc legationem
ad dominum meum ut inveniam graciam in conspectu suo.
Reversique sunt nuncii ad Iacob dicentes: Venimus ad esau fratrem tuum et ecce prope-
rat in occursum tibi cum quadringentis viris. Timuit valde Iacob et perterritus divi-
sit populum qui secum erat, greges quoque et oves et boves et camelos in duas tur-
mas dicens: Si venerit esau ad unam turmam et percusserit eam, alia turma que
reliqua est salvabitur. Dixitque Iacob: Deus patris mei abraham et deus patris mei
ysaac domine qui dixisti michi Revertere in terram tuam et in locum nativitatis
tue et benefaciam tibi. Minor sum cunctis miseracionibus tuis et veritate quam explesti
servo tuo. In baculo enim meo transivi Iordanem istum et nunc cum duabus turmis
regredior. Erue me de manu fratris mei de manu esau quia valde eum
timeo. Ne forte veniens percuciat matrem cum filiis. Tu locutus es quod
bene michi faceres et dilatares semen meum sicut arenam maris que pre multitudine
numerari non potest.
Cumque dormisset ibi nocte illa separavit de hiis que habebat munera fratri suo
capras et hircos xx oves et arietes xx camelos fetas cum pullis suis xxx
vaccas xl et tauros xx et pullos x. Et misit per manus servorum suorum sin-
gulos seorsum greges. Dixitque pueris suis Antecedite me et sit spacium inter
gregem et gregem. Et precepit priori dicens Si obviam habueris esau fratrem meum
et interrogaverit te Cuius es et quo vadis et cuius sunt ista que sequeris, Respondebis
Servi tui Iacob munera misit domino meo Esau. Ipse quoque post nos venit. Similiter dedit
mandata secundo ac tercio et cunctis qui sequebantur greges dicens Hiis verbis lo-
quimini ad Esau cum inveneritis eum. Et hec addetis Ipse quoque famulus tuus Iacob
iter nostrum sequitur ~~sequitur~~. Dixit enim Placabo muneribus que precedunt et postea
eum videbo; forsitan propiciabitur michi. Precesserunt itaque munera ante eum. Ipse vero
mansit nocte illa in castris. Cumque mane surrexisset tulit duas uxores suas
et totidem famulas cum xi filiis et transivit vadum Iaboth. Traductisque omnibus
que ad se pertinebant remansit solus. Et ecce vir luctabatur cum eo usque mane.
Qui cum videret quod eum superare non posset tetigit nervum femoris eius et statim
emarcuit. Dixitque ad eum Dimitte me iam ascendit aurora. Respondit non dimittam
te nisi benedixeris michi. Ait ergo Quod nomen est tibi? Iacob. At ille Nequaquam
inquit Iacob appellabitur nomen tuum sed israhel. Quoniam si contra deum fortis fuisti quanto
magis contra homines prevalebis. Interrogavit eum Iacob Dic michi quo appellaris nomine.
Respondit Cur queris nomen meum ~~nomen~~ meum quod est admirabile. Et benedixit ei in eodem loco. Vo-
cavitque Iacob nomen illius loci phanuel dicens Vidi deum facie ad faciem et salva
dominum

Vidi dominum facie ad faciem in angelum in corpore assumpto

facta est anima mea. Ortus est ei statim sol postquam transgressus est Phanuel. Ipse vero claudicabat pede. Quam ob rem non comedunt filii Israel nervum qui emarcuit in femore Jacob usque in praesentem diem, eo quod tetigerit nervum femoris eius et obstupuit.

v Nicol
h Lira

Vidi dominum facie ad faciem id est angelum in corpore assumpto et salva facta est anima mea quia non praevaluit nisi eius [illegible]. Haec est una expositio Hebraeorum. Et secundum hanc exponitur quod scribitur Oseae xii de Jacob: invaluit ad angelum et confortatus est et flevit et rogavit eum, ita quod hic flevit et flexit ad angelum eo quod Esau cuius erat angelus praevaluit benedictionibus, secundum illud Ysa. xxxiii: angeli pacis amare flebunt. Et rogavit scilicet ut eum dimitteret. Ista expositio Hebraeorum duo supponit. Primum est quod deus ad horam dedit tantam virtutem ipsi Jacob quod posset resistere angelo et quasi aequalis esset virtute, aut virtutem angeli ad horam debilitavit vel suspendit, sicut virtutem ignis suspendit in camino trium puerorum. Secundum est quod Esau angelus cum secundum Hebraeos bonus fuerit, restitit divinae sententiae [illegible] quod ius primogeniturae et benedictiones cessit ipsi Jacob. Et in angelo fuerat dubitatio sibi revelare et [illegible] posito in extasi ut supra dictum est c. xxvii. Et secundum hoc quod hic supponitur est quod aliqui dubitationes factae sunt hominibus angelis ignorantibus quae sunt satis dubia. Catholici vero doctores aliter exponunt hanc litteram de angelo Jacob, scilicet dicentes quod fuit tantum spiritualis lucta quia Jacob per efficaciam suae orationis contendebat cum ne elongaret se ab eo sed eum defenderet in via. Et videtur sententia beati Ieronimi super Ysa., ubi dicit quod cum angelo Jacob oratione non manibus luctabatur. Sed contra hoc videtur esse textus ubi dicitur quod in ista lucta tetigit nervum femoris Jacob et quod extractus emarcuit et intuitu quod Jacob postea claudicabat. Et ideo dicunt alii quod fuit lucta spiritualis et corporalis. Cuius ratio intellectu considerandum quod licet non fuerit diffisus totaliter de dei adiutorio, tamen partim confidit et nimis timuit Esau maxime cum postquam dixisset sibi angelus quod reverti deberet ad terram suam et quod erat cum eo ad eum protegendum, ut supra dictum est c. xxxi. In via occurrerunt angeli et tamen ipsum defenderent ut dictum est in principio huius capituli. Et ideo orante Jacob in ripa fluminis et nimis timente propter praedicta et minus debite de deo confidente, apparuit ei angelus qui fuerat cum protector in via et finxit quod vellet eum dimittere propter imperfectionem suae confidentiae, sicut dominus post resurrectionem suam apparens duobus discipulis in via finxit se longius ire, ut dicitur Luc. xxiv, propter imperfectionem fidei eorum. Et tamen nec ibi nec hic fuit mendacium vel fictio, quia apparitiones fuerunt quantum ad dispositionem [illegible] illorum quibus fiebant huiusmodi apparitiones, ut supra dictum est ca. xviii. Jacob autem instantia orationis ferventer rogabat eum ne ab eo recederet, sed adeo protectio si primum promissum maneret. Et in hoc fuit lucta spiritualis. Et postea cum videret angelum quasi volentem recedere corporaliter, accepit eum manibus ad retinendum, quia sic sperabat se [illegible], sicut et Maria Magdalena pedes domini Jesu sibi apparentis voluit tenere, Joh. xx. Et sic fuit lucta corporalis. Tamen Jacob volebat eum detinere in ea apparitione ita quod non disparetur donec haberet certitudinem [illegible] quam et habuit. In ista lucta corporali figurabatur quod non debebat timere Esau cum invaluisset ad angelum. Et secundum istum illud quod supra inductum est de Jacob Oseae xii: invaluit ad angelum et confortatus est et flevit et rogavit eum, aliter exponitur quam supra, scilicet referendo flevit et rogavit ad Jacob, qui flevit quia videbat angelum quasi volentem deserere et rogavit eum ne desereret donec dedisset benedictionem ei. Et licet hoc non sit scriptum quod flevit [illegible] tamen tenendum est de veritate quia [illegible] exponitur in Osee quod [illegible] divinissimum habet auctoritatem ut defendit litteram applicando ab illo loco. Et circa [illegible] angelus qui Jacob apparens in specie viri luctabatur cum eo spiritualiter et corporaliter ut tamen

ex peticione est, quando tamen videt quod eum superare non posset. Etiam nollet eo non loqui, sicut dicitur de Christo Mathei xiij non poterat ibi virtutem aliquam facere id est nolebat propter incredulitatem illorum, et angelus hic noluit superare Jacob, quia per illam luctam illi ostendit quod prevaleret contra Esau, ut sequitur litera [illegible] quoniam si contra deum fortis fuisti [illegible] tetigit nervum femoris eius de sua diffidencia mobilis, et [illegible] sciret quod Jacob claudicabat ut [illegible] quod claudicancium mente parte confidere dedecet. / Sed contra Petrus Burgensis addicione ij [illegible] pauli

quod doctores Hebreorum dicunt quod angelus tetigit nervum Jacob ex quo tactu Jacob claudicavit pro sunt ad puniendum Jacob de diffidencia sua quia in actu non videtur quod Jacob aliquid demeruisset sed potius econtra. Secundo in hoc loco Jacob fuit benedictus ab angelo ut statim sequitur et benedixit ei, sed [illegible] dicunt quod [illegible] tactus et claudicacio est figuralis. Sed hoc enim figurabat quod licet haberet Jacob primogenituram et dominium super Esau ex ordinacione ut supra xxvij c. tamen in posterum descendens aliquando de Jacob qui dicuntur egredi de femore eius essent sub [illegible] Esau ut in predicto capitulo dicitur. Tempus quo [illegible] et solvas iugum eius de cervicibus tuis, quod impletum est quando Ydumei rebellaverunt contra Iuda 4 R 8 c. Et sic ex [illegible] videbatur dominium Jacob super Esau in femore Jacob sive in posteritate que de femore eius progreditur. / Et sequitur quod ob hoc non comedunt filii Israel nervum qui emarcuit in femore Jacob etc. Sed si [illegible] claudicacio ipsius Jacob fuisset propter [illegible] in pena diffidencie, ut aliqui dicunt, non tenuissent filii Israel abstinere a comestione huius nervi [illegible] illa pena sola respiciebat personam Jacob que [illegible] pena [illegible] in preterito.

// vertit ad viros

Levans autem Jacob oculos suos vidit venientem Esau et cum eo quadringentos viros. Divisitque filios Lye et Rachel ambarumque famularum et posuit utramque ancillam et liberos earum in principio, Lyam vero et liberos eius in secundo loco, Rachel autem et Joseph novissimos. Et ipse progrediens adoravit pronus in terram septies donec appropinquaret frater eius. Currens itaque obviam fratri suo amplexatus est eum, stringensque collum eius et osculans flevit. Levatisque oculis vidit mulieres et parvulos earum et ait: Quid sibi volunt isti et si ad te pertinent? Respondit: Parvuli sunt quos donavit michi deus servo tuo. Et appropinquantes ancille et filii earum incurvati sunt. Accessit et Lya cum liberis suis et cum similiter adorassent, extremi Joseph et Rachel adoraverunt. Dixitque Esau: Quenam sunt iste turbe quas obviam habui? Respondit: Ut invenirem graciam coram te domine mee. At ille: Habeo inquit plurima frater mi, sint tua tibi. Dixit Jacob: Noli ita obsecro, sed si inveni graciam in oculis tuis accipe munusculum de manibus meis. Sic enim vidi faciem tuam quasi viderem vultum dei. Esto michi propicius et suscipe benedictionem quam attuli tibi et quam donavit michi deus tribuens omnia. Vix fratre compellente suscipiens ait: Gradiamur simul et ero socius itineris tui. Dixit Jacob: Nosti domine mi quod parvulos habeam teneros et oves et boves fetas mecum, quas si plus in ambulando fecero laborare morientur una die cuncti greges. Precedat dominus meus ante servum suum et ego sequar paulatim vestigia eius sicut videro posse parvulos meos donec veniam ad dominum meum in Seir. Respondit Esau: Oro te ut de populo qui mecum est saltem socii remaneant vie tue. Non est inquit necesse; hoc uno indigeo ut inveniam graciam in conspectu tuo domine mi. Reversus est itaque in illa die Esau itinere quo venerat in Seir. Et Jacob venit in Sochot ubi edificata domo et fixis tentoriis appellavit nomen loci illius Sochot, id est tabernacula. Transivitque in Salem urbem Sichimorum que est in terra Chanaan postquam reversus est a Mesopotamia.

// remaneant vie t

fuit. Et habitavit iuxta oppidum Emit quam parte agri in qua fixerat tabernacula a filiis Emor patris Sichem centum agnis. Et erecto ibi altari invocavit super illud fortissimum deum Israel.

Egressa autem Dina filia Lye ut videret mulieres regionis illius.
34 Quam cum vidisset Sichem filius Emor evei princeps terre illius adamavit et rapuit et dormivit cum illa vi opprimens virginem. Et conglutinata est anima eius cum ea tristemque blanditiis delinivit. Et pergens ad Emor patrem suum accipe inquit michi puellam hanc coniugem. Quod cum audisset Iacob absentibus filiis et in pastu occupatis pecorum siluit donec redirent. Egresso autem Emor patre Sichem ut loqueretur ad Iacob, ecce filii eius veniebant de agro. Auditoque quod acciderat irati sunt valde, eo quod fedam rem operatus esset in Israel et violata filia Iacob rem illicitam perpetrasset. Locutus est itaque Emor ad eos: Sichem filii mei adhesit anima filie vestre. Date eam illi uxorem, et iungamus vicissim connubia. Filias vestras tradite nobis et filias nostras accipite, et habitate nobiscum. Terra in potestate vestra est, exercete, negociamini et possidete eam. Sed et Sichem ad patrem et ad fratres eius ait: Inveniam gratiam coram vobis et quecumque statueritis dabo. Augete dotem et munera postulate libenter tribuam quod petieritis, tantum date michi puellam hanc uxorem. Responderunt filii Iacob Sichem et patri eius in dolo, sevientes ob stuprum sororis: Non possumus facere quod petitis, nec dare sororem nostram homini incircumciso, quod illicitum et nefarium est apud nos. Sed in hoc valebimus federari, si esse volueritis nostri similes et circumcidatur in vobis omne masculini sexus. Tunc dabimus et accipiemus mutuo filias vestras et nostras, et habitabimus vobiscum, eritque unus populus. Si autem circumcidi nolueritis, tollemus filiam nostram et recedemus.

Placuit oblatio eorum Emor et Sichem filio eius. Nec distulit adolescens quin statim quod petebatur expleret. Amabat enim puellam valde, et ipse erat inclitus in omni domo patris sui. Ingressique portam urbis locuti sunt populo: Viri isti pacifici sunt et volunt habitare nobiscum. Negocientur in terra et exerceant eam, que spaciosa et lata cultoribus indiget. Filias eorum accipiemus uxores et nostras illis dabimus. Unum est quo differtur tantum bonum: si circumcidamus masculos nostros ritum gentis imitantes. Et substantia eorum et pecora et cuncta que possident nostra erunt. Tantum in hoc acquiescamus et habitantes simul unum efficiamus populum. Assensi sunt omnes circumcisis cunctis maribus. Et ecce die tercio quando gravissimus vulnerum dolor est, arreptis duo filii Iacob Symeon et Levi fratres Dine gladiis ingressi sunt urbem confidenter. Interfectisque omnibus masculis Emor et Sichem pariter necaverunt, tollentes Dinam de domo Sichem sororem suam. Quibus egressis irruunt super occisos ceteri filii Iacob et depopulati sunt urbem in ultionem stupri. Oves eorum et armenta et asinos cunctaque vastantes que in domibus et in agris erant, parvulos quoque et uxores eorum duxerunt captivas. Quibus patratis audacter Iacob dixit ad Symeonem et Levi: Turbastis me et odiosum fecistis Chananeis et Pherezeis habitatoribus terre huius. Nos pauci sumus, illi congregati percutient me et delebor ego et domus mea. Responderunt: Numquid ut scorto abuti debuerunt sorore nostra?

Nicolaus lira

Locutus est itaque Emor ad eos. [illegible] [illegible] Emor et Sichem petentibus [illegible] Dinam in matrimonio responderunt filii Iacob

dolose, scilicet quod consentirent matrimonio si omnes masculi civitatis circumciderentur, cogitantes tunc invadere civitatem quae viris non posset se defendere. Et consequenter Emor et Sichem filius eius considerantes de utilitate uxorum filiorum Jacob, et sic induxerunt populum civitatis ad circumcisionem. Ad ingerendum assensum substantia eorum et pecora et cuncta quae possident nostra erunt, tantum in hoc acquiescamus et habitantes simul unum efficiamur populum. Secundo tamen non erat in pactis, sed hoc dixerunt ut facilius inclinarent populum ad circumcisionem. Hebrei autem aliter exponunt textum istum praetextu dicentes quod filii Jacob nullam dolositatem fecerunt. Et quod scriptum est: Responderunt in dolo, dicunt translatum esse vel prudenter, quia dictio hebraica quae ibi ponitur est aequivoca et accipitur pro dolo et aliquando pro cautela bona. Volebant enim populum civitatis inducere ad ritum circumcisionis, non cogitantes tunc eos interficere sed societatem cum eis inire. Sed Emor et Sichem dolo fecerunt, quia dixerunt populo civitatis quod omnia bona Jacob et filiorum eius essent eorum simpliciter, exponunt cuncta quae possident nostra erunt, non pacifice communitatis sed per eorum subiectionem in servitutem, et propter hoc volebant eos facere similiter circumcidi. Quod intelligentes filii Jacob moti sunt ad tractandum de interfectione eorum, quia non servanti fidem non est fides observanda. Sed contra hoc videtur quod Jacob in xlix increpat Symeon et Levi, vocans eos vasa iniquitatis bellantia, quod quidem exponitur a doctoribus nostris de interfectione Sychimitarum, et notatur in hoc [illegible] de dolositate, propter quam increpati sunt a patre. Dicendum quod aliqui hebrei dicunt quod pater non increpat eos de dolositate erga Sychimitas sed de nimia crudelitate, unde dixit: maledictus furor eorum quia pertinax, infra. Sed ista expositio hebreorum non videtur consonare sententiae huius [illegible], ubi cum Jacob increpavit filios de interfectione Sychimitarum, non excusaverunt se quia Emor et Sychem intravissent pactum et vellent eos redigere in servitutem, sed solum pro violentia facta sorori; et non est verisimile quod ipsi tacuissent si fuisset verum.

Doctor Thomas burgensis episcopus hic addit aliquid glosse magistri Nicolai, ubi dicitur in littera: Responderunt filii Jacob Sichem et patri eius in dolo saevientes ob stuprum sororis, dicentes: Si circumcidatur in vobis omne masculini sexus, tunc dabimus et accipiemus mutuo filias vestras. Dicunt tamen vel prudenter, dictio hebraica quae ponitur hic, scilicet [illegible], nullo sit prudentiam vel cautelam sed solum fraudem et dolum, ut tamen litterae [illegible], et ideo alia expositio est litterae magis consonat, scilicet quod sicut in [illegible] opinio doctorum, quod filii Jacob in hoc nullam dolositatem fecerunt; ista dolo [illegible] accipitur pro bona cautela, sicut apostolus 2 Cor. 12 c.: Cum essem astutus dolo vos cepi [illegible]. Et ideo Sychimitae nullam poenam [illegible] de tanta iniuria illata Jacob et filiis eius, ideo nec ipsi eis pacem promiserunt, sed solum proposuerunt quod possent cum eis foederari si circumciderentur. Non autem promiserunt [illegible]. Sed Sychimitae retulerunt dicta filiorum Jacob addentes quod viri isti pacifici sunt nobiscum etc. Et ideo filii Jacob ex hoc quod [illegible] propositum suum [illegible] videntur peccasse, quia licitum est uti insidiis contra inimicos, ut dicitur 23 q. ii c. [illegible]. Non [illegible] filii dicti, ut [illegible] Jacob eos non redarguit Symeon et Levi de [illegible] iniustitia, sed solum ex hoc quod [illegible] posuerunt Jacob cum familia sua in periculo, cum esset pauci respectu habitatorum terrae: Turbastis me et odiosum me fecistis Cananeis et Pherezeis. Nos pauci sumus, illi congregati percutient me et delebor ego et domus mea. Ex quo patet quod si familia Jacob esset in tanto numero quod viribus posset adversariis resistere, quod Jacob approbasset facta filiorum, quod non fecisset si dolum [illegible] [illegible] commisissent sine iustitia.

Interea locutus est dominus ad Jacob: Surge et ascende Bethel et habita ibi, facque altare deo qui apparuit tibi quando fugiebas Esau fratrem tuum. Jacob vero convocata omni domo sua ait: Abicite deos alienos qui in medio vestri sunt, et mundamini ac mutate vestimenta vestra. Surgite

te et ascendamus in bethel ut faciamus ibi altare domino qui exaudivit me in
die tribulationis mee et fuit socius itineris mei. Dederunt ergo ei omnes deos alie-
nos quos habebant et inaures que erant in auribus eorum. At ille infodit ea
subtus terebintum que est post urbem sychem. Cumque profecti essent terror domini invasit
omnes per circuitum civitates et non sunt ausi persequi recedentes.

Venit ergo jacob luzam que est in terra canaan cognomento bethel, ipse et omnis populus
cum eo. Edificavitque ibi altare domino et appellavit nomen loci illius domus dei.
Ibi enim apparuit ei deus cum fugeret fratrem suum. Eodem tempore mortua est delbora
nutrix rebecce et sepulta est ad radices bethel subter quercum vocatumque nomen
loci quercus fletus.

Delbora

Magister Nicolaus lira querit hic quomodo ista delbora erat cum jacob, cum ipsa remansisset cum matre ipsius
ipso pergente in mesopotamiam syrie. Ad quod dicendum quod mater sua sibi promiserat dicens quod
mitteret nuncios ad reducendum eum de mesopotamia ut supra habetur in fine xxvii capituli. Et ista del-
bora nutrix sua [illegible] erat de terra syrie oriunda. Et cum illis nunciis missa est del-
in eius societate mortua est, ut hic describitur. Et inde cum jacob discedebat de terra
bethel in ad pedem montis mortua et sepulta est ad radices.

Paulus

~~[illegible]~~ doctor burgensis episcopus addit hic dicens. Hic querunt hebrei et ut videtur convenien-
ter tantum mentio fit hic de morte delbore nutricis rebecce et de loco sepulture eius
[illegible] vocatum est nomen loci sepulture eius quercus fletus. Ex quo patet quod fuit
fletus factus magnus et notabilis propter eam cum tamen ista esset valde senex et antiquior debora.
Et tamen de morte debore que valde dignior erat matre sua nulla fit mentio hic nec alibi.
Ad quod dicunt quod rebecca mortua fuit antequam veniret jacob ad patrem de mesopotamia
quod patet ex hoc infra eodem capitulo. Venit jacob ad ysaac ad patrem suum in mambre et
non facit mentionem de matre, quam absque dubio sicut scripsisset si presens fuisset. Matrem
maxime diligebat jacob et ipsa procuravit benedictionem et eum procuravit fugisse in missione
ipsius in mesopotamia et in querendo uxorem cum filiabus laban ut supra xxvii capitulo. Ideo
patet quod eodem fit debore mentio. Consequenter dicunt quod sepultura rebecce fuit facta
latenter de nocte eo quod ysaac non poterat ire ad sepulturam suam cum tamen iam senuerat
et caligaverant oculi eius ut supra xxvii capitulo. Et etiam jacob poterat interesse sepulture
quia adhuc erat in mesopotamia. Esau autem non honoravit eam debito quia per benedictionem
quam perdiderat ipsa causa fuit. Ideo dicunt quod ysaac senex ordinavit ut sepeliretur
de nocte latenter ne pateret defectus sibi honoris debiti. Et ideo sancta scriptura non
facit mentionem explicatam de sepultura rebecce ideo quod fuerat sic facta. Sed hoc implici-
te sacra scriptura facit cum de sepultura delbore nutricis eius facit mentionem
ut dictum est. Unde vocatum est nomen loci illius quercus fletus. Quia ibi jacob precipue flevit
matrem suam, propter honorem nutricis eius honorifice sepeliunt. Quasi sentiebat
quod cum illa matrem sepelivisset matrem si in eius morte interfuisset. Ideo dicunt
quod non fit mentio de morte eius. Nec quo nec quando fuisset sepulta. Sed propter ho-
norem rebecce matris jacob. Ne videtur quod maior honor impendebatur huic nutrici
jacob quam rebecce matri eius.

ii mencio

4 pata

Nicolaus lira

Apparuit autem iterum deus jacob postquam reversus est de mesopotamia syrie benedixitque ei
dicens. Non vocaberis ultra jacob sed israel erit nomen tuum. Et appellavit eum israel.
Dixitque ei. Ego deus omnipotens cresce et multiplicare. Gentes et populi nationum
erunt ex te, reges de lumbis tuis egredientur. Terramque quam dedi abraham et
ysaac dabo tibi et semini tuo post te. Et recessit ab eo. Ille vero erexit titulum
lapideum in loco quo locutus ei fuerat deus libans super eum libamina et effundens
~~[illegible]~~ oleum vocansque nomen loci bethel.

sicut Gregorius dicit. hic. Non vocaberis ultra Jacob [illegible] cui prius tocius erat nomen et plures Jacob. Non quod admissum quod mutatum est quod non vocabitur ultra Jacob tamquam nomine principali. Non tamen excluditur quin vocetur isto nomine tamquam secundario et minus principaliter sicut dictum est. Ista mutatio nominis facta est ad designandum transitum ipsius Jacob de vita activa ad contemplativam quae est imperfectior. Jacob ut praedictum est disponit ad contemplativam sicut dicit Gregorius in moralibus. Qui contemplationis arcem tenere desiderant, necesse est ut se prius in campo actionis per exercitium probent, sollicite scilicet [illegible] passiones nemini perturbant. Et transit homo ad vitam contemplativam quae perfectior est quam talis actionis sicut finis est eius quod est ad finem. Homo autem qui ex activa vita transit per directionem ad contemplativam non deponit derelinquit simpliciter opera vite active sed nimis [illegible] ipsam aliquando in ea exercitium ne perfecta [illegible] ab actu [illegible] insurgant voluptates perturbantes. Et ad hoc designandum post istum vocatur est Israel Jacob cum hoc vocatur et aliis Jacob.

Egressus autem inde venit verno tempore ad terram que ducit Effratam in qua cum parturiret Rachel ob difficultatem partus periclitari cepit. Dixit ei obstetrix. Noli timere quia et hunc habebis filium. Egrediente autem anima prae dolore et iminente iam morte vocavit nomen filii sui Benoni id est filius doloris mei. Pater vero appellavit eum Beniamin id est filius dextere. Mortua est autem Rachel et sepulta est in via que ducit Ephratam hec est Bethleem. Erexit quoque Jacob titulum super sepulcrum eius. Hic est titulus monumenti Rachel usque in presentem diem.

Egressus inde fixit tabernaculum trans turrem gregis. Cumque habitaret in illa regione abiit Ruben et dormivit cum Bala concubina patris sui quod illum minime latuit. Erant autem Jacob xii filii. Filii Lie primogenitus Ruben et Symeon et Levi et Judas et Ysachar et Zabulon. Filii Rachel Joseph et Beniamin. Filii Bale ancille Rachel Dan et Nepthalim. Filii Zelphe ancille Lie Gad et Aser. Hii filii Jacob qui nati sunt ei in Mezopotamia Syrie. Venit etiam ad Ysaac patrem suum in Mambre civitatem Arbee hec est Ebron in qua peregrinatus est Abraham et Ysaac. Et completi sunt dies Ysaac centum octoginta annorum. Consumptusque etate mortuus est et appositus populo suo senex et plenus dierum. Et sepelierunt eum Esau et Jacob filii sui.

Abiit Ruben et dormivit cum Bala concubina patris sui. Sicut quidam exponunt doctores catholici de concubitu carnali quod illum minime latuit. Et quia illud scelus fuit valde enorme fuit cum Jacob ipsi [illegible] magne partis. Doctores autem hebrei dicunt quod Ruben non cognovit Balam carnaliter. Sed dicunt quod mortua Rachel Jacob transtulit lectum suum de tabernaculo Rachel in quo jacebat sicut eius ancilla in thalamum Lie matris Ruben. Et sibi displicuit quod jaceret in eodem camera cum matre sua et abstulit inde lectum eius. Et quia illud redundabat in contemptum patris ideo Moyses ita scribit quasi fecisset ei contemptum sicut patris de concubitu. Sicut [illegible] doctor burgensis. Addit hic dicens: Enormitatis facti ipsius Ruben potuit videri dedisse ipsi Jacob materiam iniustie cum patientia [illegible] hoc cum privavit ipsum Ruben a primogenitura ut infra xlix c. Et quidam dicunt quod post Ruben dedit occasionem ipsi Jacob quod decetero cessaret ab actu generationis eo quod viderat primogenitum suum incidisse in tantam enormitatem. Et ideo cum dixisset quod illa sicut Jacob minime latuit sicut patet praedictum statim subdit. Erant filii Jacob xii. Quasi post ista causa clausus est numerus filiorum Jacob in xii tantum quia amplius cessavit a generatione praedicta.

Hec sunt generationes Esau ipse est Edom. Esau accepit uxores de filiabus [illegible].

Chanaan Ada filiam Elom ethei et oolibama filiam ane filii sebeon evei. Baser-
math quoque filiam ysmahel sororem nabaioth. Peperit autem Ada eliphaz. Basemath
genuit raguel. Oolibama edidit hieus et hyelom et chore. Hii filii esau qui
nati sunt ei in terra chanaan. Tulit autem esau uxores suas et filios et filias et omnem
animam domus sue et substanciam et pecora et cuncta que habere poterant in terra chanaan et
abiit in alteram regionem recessitque a fratre suo Jacob. Diuites enim erant valde et
simul habitare non poterant. Nec sustinebat eos terra peregrinacionis eorum pre multitudine
gregum. Habitauitque esau in monte seyr ipse est edom. Hee sunt generaciones esau
patris Edom in monte seyr et hec nomina filiorum eius. Eliphaz filius Ada uxoris
esau. Raguel quoque filius basemath uxoris eius. Fueruntque eliphaz theman omar
Sepho et gatham et cenez et chore. Erat autem thamna concubina eliphaz
filii esau que peperit ei amalech. Hii filii ada uxoris esau. Filii autem ra-
guel naath et zara Semma et meza. Et hii filii bazemath uxoris
esau. Isti quoque erant filii oolibama filie ana filie sebeon uxoris esau quos
genuit ei hieus et helom et chore. Hii duces filiorum esau filii eliphaz pri-
mogeniti esau. dux chore. dux dathan. dux amalech. Hii filii eliphaz
in terra edom. Et hii filii ade. Hii quoque filii raguel filii esau. dux naath. dux
zara. dux semma. dux meza. Hii duces raguel in terra edom. Hii filii ba-
semath uxoris esau. Hii autem filii oolibama uxoris esau. dux hieus. dux
hyle hielom. dux chore. Hii duces oolibama filie ana uxoris esau. Isti filii
esau et hii duces eorum ipse est edom. Isti filii seyr horrei habitatores terre lo-
tham et sobal et sebeon et anan et deson et soser et disam. Hii duces
horrei filii seyr in terra edom. Facti sunt autem filii lothan horrei theman.
Erat autem soror lotha thamna. Et isti filii sobal. Aluam et maneeth
et hebal et seph et onan. Et hii filii sebeon athaia et anam. Iste est
anam qui inuenit aquas calidas in solitudine cum pasceret asinos sebeon
patris sui. Habuitque filium disan et filiam oolibama. Et isti filii disan et
amdan et ezban et iethram et charan. Hii quoque filii eser balaan et zeuan
et acham. Habuit autem filios disan hus et aran. Isti duces horreorum
dux lothan. dux sobal. dux sebeon. dux ana. dux dison. dux eser. dux
disan. Isti duces horreorum qui imperauerunt in terra seyr. Reges autem qui
regnauerunt in terra edom antequam haberent regem filii Israel fuerunt hii. Balac fi-
lius beor nomenque urbis eius denaba. Mortuus est balach et regnauit
pro eo iobab filius zare de bosra. Cumque mortuus esset iobab regnauit
pro eo husam de terra themanorum. Hoc quoque mortuo regnauit pro eo Adad filius
badad qui percussit madian in regione moab et nomen urbis eius ahuid. ahuid
Cumque mortuus esset adad regnauit pro eo semla de masreca. Hoc quoque
mortuo regnauit pro eo saul de flumine rooboth. Cumque et hic obiisset
successit in regnum balaan filius achobor. Isto quoque mortuo regnauit pro
eo adad nomenque urbis eius phoa et appellabatur uxor illius meeza-
bel filia matred filie mizaab. Hec ergo nomina esau in cognacionibus
et locis et uocabulis suis. dux thamna. dux alua. dux iethech. dux ooli-
bama. dux ela. dux phinon. dux cenez. dux theman. dux mapsar.
dux magdiel. dux iram. Hii duces edom habitantes in terra imperii sui
ipse est esau pater ydumeorum. Habitauit autem Jacob in terra chanaan in qua peregrinatus
est pater suus. Et hee sunt generaciones eius.

Esau

Mr̃ Nicol. lira

Dix. mabdiel hebrei dicunt quod ab isto descendit regnum Romanorum, sic postea Nicol. lir. Sed doctor burgensis episcopus addendo dicit: dicit quod regnum romanorum descendat a duce Mabdiele qui ab Esau descendit est manifeste falsum a iudeis fictum, sicut patet ex testimonio Romanorum qui Cethim dicuntur in hebreo et in translatione caldaica descendunt a Javan qui quidem Javan descendit a Japheth filio Noe ut habetur Gen. x. c. Magdiel vero descendit ab Esau ut in hoc capitulo quidem Esau descendit ab Abraham et per consequens a Sem filio Noe, ergo patet magna distantia inter genealogiam Magdiel et genealogiam Romanorum, quod autem sit a iudeis fictum patet ex hoc quia quidem fingunt quod regnum Romanorum per quartam bestiam in visione Danielis intelligatur, vim et robur eius in regno Edom, et ideo fingunt, habetur in addicione super Danielem vii c. in visione ad x. art. Sic fingunt quod regnum Edom et Romanorum descendunt ab Esau, vero in talmudica doctrina confundunt cathol. etc. Et ideo nomen ... Edom vocant et istud vocabulum tenent hebrei ubique sicut patet ... de ydumea dicitur et per nostram in libro Abdie prophete et in aliis intelligunt esse de ecclesia quod est falsum et ... fundamenti ut in predicta prophetia Abdie declaratur.

Joseph cum xvi esset annorum pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer et erat cum filiis Bale et Zelphe uxorum patris sui, accusavitque fratres suos apud patrem crimine pessimo. Israel autem diligebat Joseph super omnes filios suos eo quod in senectute sua genuisset eum, fecitque ei tunicam polimitam. Videntes autem fratres eius quod a patre eius plus cunctis filiis amaretur oderant eum nec poterant ei quicquam pacifice loqui.

Lyra. Quod fratres suos apud patrem videbat enim quod eius correctio fraterna non valebat apud eos, maxime cum esset eis minor, ideo denunciat patri qui efficacius corrigere poterat et debebat. Et ideo peccavit fratres accusando. Crimine quidem dicunt iudei et male quod dormierat cum Bala ut supra dictum est xxxv c. Sed scriptura loquitur accusasse. Et tali modo loquitur scriptura ... ubi de vindicta effusa super ... Sed ... ut habetur Joh. xii. Sed istud non est verisimile quia infra ... Joseph occidere solum Ruben intendebat eum liberare de manibus eorum et reddere patri suo. Alii dicunt quod accusavit eos de coitu cum bestiis. Sed hoc est turpe dicere de patriarchis maxime cum hebraica littera non habeat crimine pessimo. Sed sic habet et retulit patri rixam eorum pessimam et istud concordat cum eo quod dictum est supra quod filii vocabant ancillarum filios et ex hoc erat odium et contentio inter eos et istud in translatione nostra vocatur crimen pessimum quia sic ... quidem ... ideo odium fratrum nominatur.

Sed doctor dicit hic: In hebraica littera in hoc loco non est dictio significans crimine pessimo. Nec rixa sed solum est ibi dictio significans detractionem, eadem dictio ponitur hic et infra ... xxviii ubi dicitur detractiones ... quod ... Nec ... quod in hoc malo quod de fratribus patri denunciabat ... solum quod faciebat per bonum finem ut sic a patre corrigerentur quod non est peccatum. Nec ... detractio ... largissime ... et ex hac causa principaliter Jacob dilexit Joseph, eo quod videbat eum zelatorem erga fratres. Et ideo sequitur: Israel autem diligebat Joseph etc. Ad intelligentiam autem ... quod ... eo quod in senectute genuisset eum. Sed ... quod in littera hebraica in hoc loco non dicitur in senectute ... genuisset, sed dicit eo quod filius senectutis erat sibi quia ...

exponens

Paulus

translacio caldaica sic dicit: Israel autem diligebat Joseph eo quod esset filius sapiens sibi. Unde translator in hoc loco intendit senectutem significare sensum senilem, id est sapienciam. modo
Senectus enim venerabilis est non diuturna neque numero annorum computata, quod videtur absur-
dum. Nam non videtur causa sufficiens ad hoc quod Israel dilexisset Joseph plus ceteris eo quod
genuisset eum in senectute. Nam Beniamin fuit genitus in maiori senectute. Ysachar
autem et Zabulon non excedebant multum in etate ipsum Joseph nisi per unum annum vel modicum
ultra et per consequens extra. Et ideo causa huius dilectionis potius videtur attribuenda sapie-
ncie seu moribus senilibus quae iam quodammodo incipiebant nitere in ipso Joseph. Ex hoc quod licet
esset iunior ceteris iam sibi incumbebat cura correctionis fratrum maiorum. Unde dicit eo quod filius
senectutis esset, id est sapiens ut dictum est. Et quod autem subdit sibi, intelligendum est quod licet quod
ista aliis non publicabat nisi soli patri ad quem correctio pertinebat. Et ideo soli patri prin-
cipaliter constabat de sapiencia ipsius Joseph.

Accidit quoque ut visum sompnium referret fratribus suis, quae causa maioris odii seminarium fuit. Dixitque ad eos: Audite sompnium meum quod vidi. Putabam nos colligere manipulos in agro et quasi consurgere manipulum meum et stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum. Responderunt fratres eius: Numquid rex noster eris aut subiciemur dicioni tue? Hec ergo causa sompniorum atque sermonum invidie et odii fomitem ministravit. Aliud quoque vidit sompnium quod narrans fratribus ait: Vidi per sompnium quasi solem et lunam et stellas xi adorare me. Quod cum patri suo et fratribus retulisset increpavit eum pater suus et dixit: Quid sibi vult hoc sompnium quod vidisti? Num ego et mater tua et fratres tui adorabimus te super terram? Invidebant ergo ei fratres sui. Pater vero rem tacitus considerabat. Cumque fratres illius in pascendis gregibus patris sui morarentur in Sichem, dixit ad eum Israel: Fratres tui pascunt oves in Sichimis. Veni, mittam te ad eos. Quo respondente: Presto sum, ait: Vade et vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos et pecora, et renuncia michi quid agatur. Missus ergo de valle Ebron venit in Sichem. Invenitque eum vir errantem in agro et interrogavit quid quereret. At ille respondit: Fratres meos quero; indica michi ubi pascant greges. Dixitque ei vir: Recesserunt de loco isto. Audivi autem eos dicentes: Eamus in Dothaim. Perrexit ergo Joseph post fratres suos et invenit eos in Dothaim. Qui cum vidissent eum procul, antequam accederet ad eos cogitaverunt eum occidere. Et mutuo loquebantur: Ecce sompniator venit. Venite, occidamus eum et mittamus in cisternam veterem, dicemusque quod fera pessima devoravit eum. Et tunc apparebit quid illi prosint sompnia sua. Audiens hoc Ruben nitebatur liberare eum de manibus eorum et dicebat: Non interficiatis animam eius, nec effundatis sanguinem, sed proicite eum in cisternam hanc quae est in solitudine, manusque vestras servate innoxias. Hoc autem dicebat volens eripere eum de manibus eorum et reddere eum patri suo. Confestim igitur ut pervenit ad fratres, nudaverunt eum tunica talari et polimita, miseruntque eum in cisternam quae non habebat aquam.

Nicolaus lira

Nicolaus

Nudaverunt eum tunica talari quae protegebat usque ad talos etc. quod dicit secundum ... In hebreo tamen non habetur talari sed sic habetur: et expoliaverunt eum tunica sua et tunica serica quae erat super eum, quia habebat tunicam duplicem, unam simplicem et aliam sericam, et utramque sibi abstulerunt. Hebrei autem per simplicem tunicam intelligunt camisiam.

A paulus

Doctor burgensis autem addit dicens quod in hebreo habetur: et spoliaverunt eum tunica sua, tunica serica, quod idem est. Et est dictum tunice sue, id est serice tunice. Unde hic non habetur quod haberet duplicem tunicam, nec quod sibi abstraxerunt nisi unam tunicam scilicet sericam, quam servabat ei pater in signum maioris dilectionis. Et de illa sola fit mencio quia erat magis preciosa et magis notabilis. Et sic concordat cum eo quod dicitur: Vide utrum tunica filii tui sit an non. Et propter hoc ...

Et sedentes ut comederent panem viderunt viatores ysmahelitas venire de galaad et camelos eorum portantes aromata et resinam et stacten in egyptum. Dixit ergo iudas fratribus suis. Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrum et celaverimus sanguinem ipsius? melius est ut venundetur ysmahelitis et manus nostre non polluantur; frater enim et caro nostra est. Acquieverunt fratres sermonibus illius. Et pretereuntibus ysmahelitis negociatoribus extrahentes eum de cisterna vendiderunt xxx argenteis. Qui duxerunt eum in egyptum. Reversusque ruben ad cisternam non invenit puerum et scissis vestibus pergens ad fratres suos ait: puer non comparet et ego quo ibo? Tulerunt autem tunicam eius et in sanguine edi quem occiderant tinxerunt mittentes qui ferrent ad patrem et dicerent: hanc invenimus; vide utrum tunica filii tui sit an non. Quam cum agnovisset pater ait: tunica filii mei est; fera pessima comedit eum, bestia devoravit joseph. Scissisque vestibus indutus est cilicio lugens filium multo tempore. Congregatis autem cunctis liberis eius ut lenirent dolorem patris noluit consolationem recipere sed ait: descendam ad filium meum lugens in infernum. Et illo perseverante in fletu madianite vendiderunt joseph in Egypto puthifar eunucho pharaonis magistro milicie.

39 c[apitulum]

Eo tempore descendens iudas a fratribus suis divertit ad virum odolamitem nomine yram. Viditque ibi filiam hominis chananei vocabulo sue. Et uxore accepta ingressus est ad eam. Que concepit et peperit filium vocavitque nomen eius her. Rursum concepto fetu natum filium nominavit onan. Tercium quoque peperit quem appellavit sela, quo nato parere ultra cessavit. Dedit autem uxorem primogenito suo her nomine thamar. Fuit quoque her primogenitus iude nequam in conspectu domini et ab eo occisus est. Dixit ergo iudas ad onan filium suum: ingredere ad uxorem fratris tui et sociare illi ut suscites semen fratri tuo. Ille sciens non sibi nasci filios introiens ad uxorem fratris sui semen fundebat in terram ne liberi fratris nomine nascerentur. Et idcirco percussit eum dominus quod rem detestabilem faceret. Quam ob rem dixit iudas thamar nurui sue: esto vidua in domo patris tui donec crescat sela filius meus. Timebat enim ne et ipse moreretur sicut et fratres eius. Que abiit et habitavit in domo patris sui. Evolutis autem multis annis mortua est sue uxor iude. Qui post luctum consolacione suscepta ascendebat ad tonsores ovium suarum ipse et hyras opilio gregis odollomita in thamnas. Nunciatumque est thamar quod socer illius ascenderet in thamnas ad tondendas oves. Que depositis viduitatis vestibus assumpsit theristrum et mutato habitu sedit in bivio itineris quod ducit thamnam, quod crevisset sela et non eum accepisset maritum. Quam cum vidisset iudas suspicatus est esse meretricem. Operuerat enim vultum suum ne cognosceretur. Ingrediensque ad eam ait: dimitte me ut coeam tecum. Nesciebat enim quod nurus sua esset. Qua respondente: quid michi dabis ut fruaris concubitu meo? dixit: mittam tibi edum de gregibus. Rursumque illa dicente: patiar quod vis si dederis michi arrabonem donec mittas quod polliceris. Ait iudas: quid vis tibi pro arrabone dari? Respondit: anulum et armillam et baculum quem manu tenes. Ad unum igitur coitum concepit mulier et surgens abiit depositoque habitu quem assumpserat induta est viduitatis vestibus. Misit autem

Iudas autem misit hedum per pastorem adollamitem ut reciperet pignus quod dederat mulieri. Qui cum non invenisset eam interrogavit homines loci illius ubi est mulier que sedebat in bivio. Respondentibus cunctis non fuit in isto loco meretrix, reversus ad iudam dixit Non inveni eam sed et homines loci illius dixerunt michi numquam ibi sedisse scortum. Ait iudas habeat sibi, mendacii nos arguere non poterit. Ego misi hedum quem promiseram et tu non invenisti eam. Ecce autem post tres menses nunciaverunt iude dicentes fornicata est thamar nurus tua et videtur uterus illius intumescere. Dixit iudas producite eam ut comburatur. Que cum educeretur ad penam misit ad socerum suum dicens de viro cuius hec sunt concepi. Cognosce cuius sit anulus et armilla et baculus. Qui agnitis muneribus ait Iustior me est thamar quia non tradidi eam sela filio meo. Attamen non cognovit eam. Instante autem partu apparuerunt gemini in utero eius atque in ipsa effusione infantium unus protulit manum in qua obstetrix ligavit coccinum dicens Iste egredietur prior. Illo vero retrahente manum egressus est alter, dixitque ei mulier Quare divisa est propter te maceria. Et ob hanc causam vocavit nomen eius phares. Postea egressus est frater eius in cuius manu erat coccinum, quem appellavit zaram.

Nicolaus lira

Dixit Iudas producite eam ut comburatur. Exponunt autem hebrei quod fuit filia melchisedech sacerdotis, quia filia sacerdotis fornicans debebat comburi ut habetur levitici 21. Sed istud videtur falsum quia supra dixit ei iudas esto vidua in domo patris tui. Melchisedech autem iam diu erat defunctus quia post nativitatem iacob non vixit ad plus nisi l annis ut supra dictum est 27 capitulo. Iacob autem tempore venditionis ioseph erat fere [illegible] annorum [illegible] quando iacob descendit in egiptum erat fere 30 annorum et venditio ioseph precessit illum descensum xxiii annis. Et ideo [illegible] quod thamar non commisit fornicationem simplicem sed adulterium quia erat ligata ipsi sela et ideo non poterat alteri copulari [illegible]. Adulterium autem morte puniebatur. Et si fuisset thamar punita nisi propter iniusticiam [illegible] excusata fuisset a tanto et si non a toto, unde subditur iustior me est [illegible] quia ego [illegible] iniusticiam feci subtrahendo sibi copulam filii mei [illegible] debito completo. Iudas autem cum thamar simplicem fornicationem commisit eo quod meretricem eam credidit nulli alligatam quod peccatum non erat morte puniendum [illegible] thamar.

paulus

Sed doctor burgensis episcopus addit hic et dicit Ex hoc quod ait esto vidua in domo patris tui non sequitur quod thamar non fuisset filia melchisedech iam diu antea defuncti [illegible] quia homo mortuus [illegible] est magnus sicut melchisedech adhuc domus eius seu familia vocatur nomine suo sicut domus david [illegible] vocatur post mortem ipsius david. Sed [illegible] quod si thamar fuisset [illegible] melchisedech [illegible] non fuit [illegible] de nomine [illegible] uxor iude [illegible]. Sed [illegible] non videtur quod thamar commisit adulterium [illegible] quod morte debuisset puniri [illegible] ligate [illegible] defuncti [illegible] copulacione

licet

[illegible] morte puniebatur [illegible] Ruth [illegible] ut habetur Ruth [illegible] ligata ipsi booz [illegible]. Nec tamen fuisset excusata thamar ab adulterio si adultera fuisset propter hoc quod non fuerit data sele. Non enim excusatur mulier ab adulterio propter hoc quod vir suus non vult ei reddere debitum. Dato etiam quod esset adultera adhuc non mereretur comburi sed alia morte [illegible]. Sole enim filie sacerdotum fornicatores seu adultere debebant comburi ut habetur levitici xxi [illegible] hebrei dicunt et ut videtur

venabatur. Iudas erat in illo loco quasi princeps, et ex ore suo fiebat iudicium, et quia inde
non sequebantur aliquas leges iam scriptas, cum adhuc non esset de hoc spiritualis dominus lex, iudicabat
ut princeps secundum iudicium sui arbitrii. Quod patet ex hoc, quod ipse cum ipsa ducta esset, dixit: producite
eam ut comburatur, et qui liberant eam suo proprio arbitrio iudicaverunt. Dixit: iustior me
est, quia non tradidi eam Sele filio meo. Quare quando excusatio nulla erat secundum legem
divinam [illegible] data.

Igitur Ioseph ductus est in Egiptum. Emit eum Phutiphar eunuchus Pharaonis,
princeps exercitus, vir Egiptius, de manu Ysmaelitarum, a quibus perductus erat.
Fuitque Dominus cum eo, et erat vir in cunctis prospere agens; habitabatque in domo
domini sui, qui optime noverat esse Dominum cum eo, et omnia que gereret ab eo dirigi in manu illius.
Invenitque Ioseph gratiam coram domino suo, et ministrabat ei; a quo prepositus omnibus gubernabat
creditam sibi domum, et universa que ei tradita fuerant. Benedixitque Dominus domui
Egiptii propter Ioseph, et multiplicavit tam in edibus quam in agris cunctam eius
substantiam, nec quicquam aliud noverat nisi panem quo vescebatur. Erat autem Ioseph
pulcra facie et decorus aspectu. Post multos itaque dies iniecit domina oculos
suos in Ioseph, et ait: dormi mecum. Qui nequaquam acquiescens operi nephario
dixit ad eam: ecce dominus meus, omnibus michi traditis, ignorat quid habeat in domo
sua. Nec quicquam est quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit michi, preter te que
uxor eius es. Quomodo ergo possum malum hoc facere et peccare in Dominum meum?
Huiuscemodi verbis per singulos dies loquebatur, et mulier molesta erat adolescenti,
et ille recusabat stuprum. Accidit autem ut quadam die intraret Ioseph domum,
et operis quippiam absque arbitris faceret, et illa apprehensa lacinia vestimenti
eius diceret: dormi mecum. Qui relicto in manu illius pallio fugit et egressus
est foras. Cumque vidisset mulier vestem in manibus suis et se esse contemptam,
vocavit homines domus sue et ait ad eos: en introduxit virum hebreum ut illuderet
nobis. Ingressus est ad me ut coiret mecum; cumque ego succlamassem
et audisset vocem meam, reliquit pallium quod tenebam et fugit foras. In argumentum
ergo fidei retentum pallium ostendit marito revertenti domum, et ait: ingressus est
ad me servus hebreus quem adduxisti, ut illuderet michi. Cumque vidisset
me clamare, reliquit pallium et fugit foras. His auditis dominus et nimium credulus
verbis coniugis iratus est valde, tradiditque Ioseph in carcerem ubi vincti
regis custodiebantur, et erat ibi clausus. Fuit autem Dominus cum Ioseph, et misertus est illius,
et dedit illi gratiam in conspectu principis carceris. Qui tradidit in manu eius
universos vinctos qui in custodia tenebantur, et quicquid fiebat sub
ipso erat. Nec noverat aliquid, cunctis ei creditis; Dominus enim erat cum illo, et
omnia opera eius dirigebat.

His itaque gestis accidit ut peccarent duo eunuchi, pincerna regis
Egipti et pistor, domino suo. Iratusque est contra eos Pharao (nam alter
pincernis preerat, alter pistoribus), et misit eos in carcerem principis
militum, in quo erat vinctus et Ioseph. At custos carceris tradidit eos Ioseph,
qui et ministrabat eis. Aliquantulum temporis fluxerat, et illi in custodia tenebantur. Viderunt
que ambo somnium nocte una, iuxta interpretationem sibi congruam. Ad quos cum introisset
Ioseph mane et vidisset eos tristes, sciscitatus est dicens: cur tristior

est solito hodie facies vestra? Qui aiunt: Somnium vidimus et non est qui interpretetur nobis. Dixitque ad eos Joseph: Numquid non dei est interpretatio? Referte mihi quid videritis. Narravit prior praepositus pincernarum somnium suum. Videbam, inquit, coram me vitem in qua erant tres propagines crescere paulatim in gemmas et post flores uvas maturescere, calicemque pharaonis in manu mea. Tuli ergo uvas et expressi in calicem quem tenebam et tradidi poculum pharaoni. Respondit Joseph: Haec est interpretatio somnii. Tres propagines tres adhuc dies sunt, post quos recordabitur pharao ministerii tui et restituet te in gradum pristinum, dabisque ei calicem iuxta officium tuum sicut facere ante consueveras. Tantum memento mei cum bene tibi fuerit et facias mecum misericordiam ut suggeras pharaoni et educat me de isto carcere, quia furto sublatus sum de terra hebraeorum et hic innocens in lacum missus sum. Videns pistorum magister quod prudenter somnium dissolvisset, ait: Et ego vidi somnium quod haberem tria canistra farinae super caput meum, et in uno canistro quod erat excelsius portare me omnes cibos qui fiunt arte pistoria, avesque comedere ex eo. Respondit Joseph: Haec est interpretatio somnii. Tria canistra tres adhuc dies sunt, post quos auferet pharao caput tuum ac suspendet te in cruce et lacerabunt volucres caeli carnes tuas. Exinde dies tertius natalis pharaonis erat, qui faciens grande convivium pueris suis recordatus est inter epulas magistri pincernarum et pistorum principis. Restituitque alterum in locum suum ut porrigeret poculum, alterum suspendit in patibulo, ut coniectoris veritas probaretur. Et tamen succedentibus prosperis praepositus pincernarum oblitus est interpretis sui.

Post duos annos vidit pharao somnium. Putabat se stare super fluvium de quo ascendebant vii boves pulchrae et crassae nimis et pascebantur in locis palustribus. Aliae quoque vii de flumine [illegible] foedae confectaeque macie et pascebantur in ipsa amnis ripa in locis virentibus, devoraveruntque eas quarum mira species et crassitudo corporum erat. Expergefactus pharao rursum dormivit et vidit alterum somnium. Septem spicae pullulabant in culmo uno plenae atque formosae, aliae quoque totidem spicae tenues et percussae uredine oriebantur devorantes omnem priorum pulchritudinem. Evigilans pharao post quietem et facto mane pavore perterritus misit ad coniectores aegypti cunctosque sapientes, accitisque narravit somnium. Nec erat qui interpretaretur. Tunc demum reminiscens pincernarum magister ait: Confiteor peccatum meum. Iratus rex servis suis me et magistrum pistorum retrudi iussit in carcerem principis militum, ubi una nocte uterque vidimus somnium praesagum futurorum. Erat ibi puer hebraeus eiusdem ducis militum famulus, cui narrantes somnia audivimus quicquid postea rei probavit eventus. Ego enim redditus sum officio meo et ille suspensus est in cruce. Protinus ad regis imperium eductum de carcere Joseph totonderunt ac veste mutata obtulerunt ei. Cui ille ait: Vidi somnia nec est qui edisserat quae vidi, quae audivi te sapientissime conicere. Respondit Joseph: Absque me deus respondebit prospera pharaoni. Narravit ergo pharao quae viderat. Putabam, inquit, me stare super ripam fluminis et vii boves de amne conscendere pulchras nimis et obesis carnibus, quae in pastu paludis virecta carpebant. Et ecce has sequebantur boves in tantum deformes

vii
boves

et macilente, ut numquam in terra egipti viderim. Que devoratis et consumptis
prioribus nullum saturitatis dedere vestigium, sed simili macie et squalore torpe-
bant. Evigilans rursum sopore depressus vidi sompnium. Septem spice pullulabant
in culmo uno plene atque pulcherrime. Alie quoque vii tenues et percusse uredine orie-
bantur e stipula, que priorum pulcritudinem devoraverunt. Narravi coniectoribus sompnium
et nemo est qui edisserat. Respondit Joseph: Sompnium regis unum est. Que facturus est deus
ostendit pharaoni. Septem boves pulcre et septem spice plene vii ubertatis anni sunt eandemque
vim sompnii comprehendunt. Septem quoque boves tenues et macilente que ascenderunt
post eas et vii spice tenues et vento urente percusse vii anni sunt venture famis,
qui hoc ordine complebuntur. Ecce vii anni venient fertilitatis magne in universa
terra egipti, quos sequentur vii anni alii tante sterilitatis ut oblivioni tradatur cuncta
retro abundantia. Consumptura est enim fames omnem terram et ubertatis magnitudinem perdi-
tura inopie magnitudo. Quod autem vidisti secundo ad eandem rem pertinens sompnium, fir-
mitatis indicium est, eo quod fiat sermo dei et velocius impleatur. Nunc ergo provideat
rex virum sapientem et industrium, et preficiat eum terre egipti, qui constituat prepo-
sitos per singulas regiones, et quintam partem fructuum per vii annos fertilitatis
qui iam nunc futuri sunt congreget in horrea, et omne frumentum sub pharaonis
potestate condatur, servetur que in urbibus et paretur futuris vii annorum fami que
pressura est egiptum, et non consumetur terra inopia. Placuit pharaoni consilium et
cunctis ministris eius, locutusque est ad eos: Num invenire poterimus talem virum qui
spiritu dei plenus sit? Dixit ergo ad Joseph: Quia ostendit tibi deus omnia que locutus es,
numquid sapientiorem et similem tui invenire potero? Tu eris super domum meam
et ad tui oris imperium cunctus populus obediet; uno tantum regni solio te precedam.
Dixit quoque rursum pharao ad Joseph: Ecce constitui te super universam terram
egipti. Tulitque anulum de manu sua et dedit in manu eius, vestivitque eum
stola byssina, et collo torquem auream circumposuit, fecitque eum ascendere super currum
suum secundum, clamante precone ut coram eo genu flecterent et prepositum esse
scirent universe terre egipti. Dixit quoque rex ad Joseph: Ego sum pharao; absque
tuo imperio non movebit quisquam manum aut pedem in omni terra egipti. Vertitque
nomen eius et vocavit eum lingua egiptiaca salvatorem mundi. Dedit quoque illi
uxorem aseneth filiam putiphare sacerdotis heliopoleos. Egressus est itaque Joseph
ad terram egipti. Triginta autem annorum erat quando stetit in conspectu regis pharaonis,
et circuivit omnes regiones egipti. Venitque fertilitas vii annorum, et in manipulos
redacte segetes congregate sunt in horrea egipti. Omnis etiam frugum abundantia
in singulis urbibus condita est. Tantaque fuit multitudo tritici ut arene maris
coequaretur et copia mensuram excederet. Nati sunt autem Joseph filii duo antequam veniret
fames, quos ei peperit aseneth filia putiphare sacerdotis heliopoleos. Voca-
vitque nomen primogeniti manasses dicens: Oblivisci me fecit deus omnium laborum meorum
et domum patris mei. Nomen quoque secundi appellavit effraim dicens: Crescere me fecit deus in terra paupertatis
mee. Igitur transactis vii annis ubertatis qui fuerant in egipto ceperunt venire
vii anni inopie quos predixerat Joseph, et in universo orbe fames prevaluit.

In tota autem terra egipti erat fames qua esuriente clamabat populus ad pharaonem alimenta petens. Quibus ille respondit: Ite ad ioseph et quicquid vobis dixerit facite. Crescebat autem quotidie fames in omni terra. Aperuitque Joseph universa horrea et vendebat egiptiis. Nam et illos oppresserat fames. Omnesque provincie veniebant in egiptum ut emerent escas et malum inopie temperarent.

Ca. 43

Audiens autem Jacob quod alimenta venderentur in egipto dixit filiis suis: Quare negligitis? Audivi quod triticum venundetur in egipto. Descendite et emite nobis necessaria ut possimus vivere et non consumamur inopia. Descendentes igitur fratres Joseph x ut emerent frumenta in egipto, Beniamin domi retento ab Jacob qui dixerat fratribus eius: ne forte in itinere quicquam patiatur mali. Ingressi sunt terram egipti cum aliis qui pergebant ad emendum. Erat autem fames in terra chanaan. Et Joseph princeps egipti erat atque ad illius nutum frumenta populis vendebantur. Cumque adorassent eum fratres sui et agnovisset eos quasi ad alienos durius loquebatur interrogans eos: Unde venistis? Qui responderunt: De terra chanaan ut emamus victui necessaria. Et tamen fratres ipse cognoscens non est cognitus ab eis. Recordatusque somniorum que aliquando viderat ait ad eos: Exploratores estis. Ut videatis infirmiora terre venistis. Qui dixerunt: Non est ita domine, sed servi tui venerunt ut emerent cibos. Omnes filii unius viri sumus, pacifici venimus. Nec quicquam famuli tui machinantur mali. Quibus ille respondit: Aliter est. Immunita terre huius considerare venistis. At illi: Duodecim inquiunt servi tui fratres sumus filii viri unius in terra Canaan. Minimus cum patre nostro est. Alius non est super.

Nicolaus lira

Omnes filii unius viri sumus. Paulus doctor burgensis episcopus additio ... ebreorum doctores et expositores dicunt quod filii Jacob circuibant per civitatem dispersi ut forte invenirent fratrem suum Josephum et propterea fuerunt congregati in domo ipsius Joseph pro emptione panis. Et hoc imponebat eis Joseph crimine explorationis. Quia exploratores volunt circuire per singula loca ut omnia videant et consequenter congregati in unum ut sibi invicem referant de inspectis. Quod concordat huic quod dicitur infra in postilla, scilicet quod reddebat rationem de hoc quod circuirent civitatem non causa explorationis sed ut fratrem quererent.

Hoc est ait quod locutus sum: Exploratores estis. Iam nunc experimentum vestri capiam. Per salutem pharaonis non egrediemini hinc donec veniat frater vester minimus. Mittite ex vobis unum et adducat eum. Vos autem eritis in vinculis donec probentur que dixistis utrum falsa an vera sint. Alioquin per salutem pharaonis exploratores estis. Tradidit ergo eos custodie tribus diebus. Die autem tertio eductis de carcere ait: Facite que dixi et vivetis. Deum enim timeo. Si pacifici estis frater vester unus ligetur in carcere. Vos autem abite et afferte frumenta que emistis in domos vestras. Et fratrem vestrum minimum ad me adducite ut possim vestros probare sermones et non moriamini. Fecerunt ut dixerat. Et locuti sunt invicem: Merito hec patimur quia peccavimus in fratrem nostrum videntes angustiam anime illius cum deprecaretur nos et non audivimus. Idcirco venit super nos ista tribulatio. E quibus unus Ruben ait: Numquid non dixi vobis: Nolite peccare in puerum et non audistis me? En sanguis

eius exequitur. Nesciebant quod intelligeret Joseph eo quod per interpretem loqueretur ad eos
Avertit se parumper et flevit et reversus locutus est ad eos. Tollensque Sy-
meon et ligans illis presentibus iussit ministris ut implerent saccos eorum tritico
et reponerent pecunias singulorum in sacculis suis datis supra cibariis in via
Qui fecerunt ita. At illi portantes frumenta in asinis profecti sunt. Aperto
quoque unus sacco ut daret iumento pabulum in diversorio contemplatus est pecuniam in
ore sacculi dixit fratribus suis Reddita est mihi pecunia. En habetur in sacco. Et
obstupefacti turbatique dixerunt mutuo Quidnam est hoc quod fecit nobis deus.
Veneruntque ad Jacob patrem suum in terram Chanaan et narraverunt ei omnia que acci-
dissent sibi dicentes. Locutus est nobis dominus terre dure et putavit nos exploratores
esse provincie. Cui respondimus pacifici sumus nec ullas molimur insidias. Duo-
decim fratres uno patre geniti sumus unus non est super minimus cum patre versatur in terra
Chanaan. Qui ait nobis Sic probabo quod pacifici sitis fratrem vestrum unum dimittite apud
me et cibaria domibus vestris necessaria sumite et abite fratrem vestrum minimum addu-
cite ad me ut sciam quod non sitis exploratores. Et istum qui tenetur in vinculis
possitis recipere et deinceps quod vultis emendi habeatis licentiam. His dictis cum frumenta ef-
funderent singuli reperiunt in ore saccorum ligatas pecunias. Exterritisque simul om-
nibus dixit pater Jacob. Absque liberis me esse fecistis. Joseph non est super Symeon
tenetur in vinculis Beniamin auferetis. In me hec omnia mala reciderunt. Cui
respondit Ruben Duos filios meos interfice si non reduxero illum tibi. Trade
illum in manu mea et ego eum tibi restituam. At ille Non descendet inquit
filius meus vobiscum. frater eius mortuus est ipse solus remansit. Si quid ei ad-
versi acciderit in terra ad quam pergitis deducetis canos meos cum dolore ad inferos

Interim fames omnem terram vehementer premebat. Consumptisque cibis quos
ex Egipto detulerant dixit Jacob filiis suis Revertimini et emite
paxillum escarum. Respondit Judas Denunciavit nobis vir ille sub testificatione
iurandi dicens Non videbitis faciem meam nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum.
Si ergo vis eum mittere nobiscum pergemus pariter et ememus tibi necessaria. Sin autem
non vis non ibimus. Vir enim ut sepe diximus denunciavit nobis dicens Non videbitis
faciem meam absque fratre vestro minimo. Dixit eis Israel In meam hoc fecistis
miseriam ut indicaretis ei et alium habere vos fratrem. At illi responderunt Interro-
gavit nos homo per ordinem nostram progeniem si pater viveret si haberemus fratrem. Et nos re-
spondimus ei consequenter iuxta id quod fuerat sciscitatus. Numquid scire poteramus quod dicturus
esset adducite vobiscum fratrem vestrum. Judas quoque dixit patri suo Mitte puerum mecum
ut proficiscamur et possimus vivere ne moriamur nos et parvuli nostri.
Ego suscipio puerum de manu mea require illum. Nisi reduxero et tradi-
dero eum tibi ero peccati in te reus omni tempore. Si non intercessisset dilatio iam
vice altera venissemus. Igitur Israel pater eorum dixit ad eos Si sic necesse est facite
quod vultis. Sumite de optimis terre fructibus in vasis vestris et deferte viro munera
modicum resine et mellis et storacis et stactes et therebinti et amig-
dalarum. Pecuniam quoque duplicem ferte vobiscum et illam quam invenistis in sacculis

reportate ne forte errore factum sit. Sed et fratrem vestrum tollite et ite ad virum. Deus autem
meus faciat vobis eum placabilem et remittat vobiscum fratrem vestrumque quem tenet
et hunc beniamin. Ego autem quasi orbatus absque liberis ero. Tulerunt ergo viri mu-
nera et duplicem pecuniam et beniamin, descenderuntque in egiptum et steterunt coram
Joseph. Quos cum ille vidisset et beniamin simul, precepit dispensatori domus sue
dicens: introduc viros et occide victimas et instrue convivium, quoniam mecum
sunt comesturi meridie. Fecit ille sicut fuerat imperatum et introduxit viros do-
mum. Illi quoque exterriti dixerunt mutuo: propter pecuniam quam retulimus prius in saccis nostris
introducti sumus ut devolvat in nos calumpniam et violenter subiciat servituti
et nos et asinos nostros. Quamobrem in ipsis foribus accedentes ad dispensatorem lo-
cuti sunt: Oramus domine ut audias. Iam ante descendimus ut emeremus escas. Quibus
emptis cum venissemus ad diversorium, aperuimus saccos nostros et invenimus pe-
cuniam in ore saccorum, quam nunc eodem pondere reportavimus. Sed et attulimus
aliud argentum ut emamus que necessaria sunt. Non est in nostra conscientia quis eam posuerit in
marsupiis nostris. At ille respondit: Pax vobiscum, nolite timere. Deus vester et deus
patris vestri dedit vobis thesauros in saccis vestris. Nam pecuniam quam dedi-
stis michi probatam ego habeo. Eduxitque ad eos Symeon. Et introductis do-
mum attulit aquam et laverunt pedes suos, deditque pabula asinis eorum.
Illi vero parabant munera donec ingrederetur Joseph meridie; audierant enim quod ibi
comesturi essent panem. Igitur ingressus est Joseph domum suam, obtuleruntque ei
munera tenentes in manibus, et adoraverunt proni in terram. At ille clementer resa-
lutatis eis interrogavit eos dicens: Salvusne est pater vester senex de quo dixeratis michi?
Adhuc vivit? Qui responderunt: Sospes est servus tuus pater noster, et adhuc vivit.
Et incurvati adoraverunt eum. Attollens oculos Joseph vidit beniamin fratrem suum uterinum
et ait: Iste est frater vester parvulus de quo dixeratis michi? Et rursum: Deus inquit miser-
eatur tui fili mi. Festinavitque quia commota sunt viscera eius super fratre suo et erum-
pebant lacrime, et introiens cubiculum flevit. Rursumque lota facie egressus
continuit se et ait: Ponite panes. Quibus appositis, seorsum Joseph, seorsum egiptiis
qui vescebantur simul seorsum: illicitum quippe est egiptiis comedere cum hebreis,
et prophanum putant huiuscemodi convivium. Sederunt ergo coram eo primogenitus iuxta pri-
mogenita sua et minimus iuxta etatem suam, et mirabantur nimis, sumptis partibus
quas ab eo acceperant; maiorque pars venit beniamin, ita ut quinque partibus excederet.
Biberuntque et inebriati sunt cum eo.

Precepit autem Joseph dispensatori domus sue dicens: Imple saccos eorum
frumento quantum ~~posse~~ possunt capere et pone pecuniam singulorum in summitate
sacci. Ciphum autem meum argenteum et pretium quod dedit tritici pone in ore sacci
iunioris. Factumque est ita. Et orto mane dimissi sunt cum asinis suis. Iamque urbem
exierant et processerant paululum. Tunc Joseph accito dispensatore domus ait: Sur-
ge, inquit, persequere viros, et apprehensis dicito: Quare reddidistis malum pro bono? Cyphum quem
furati estis ipse est in quo bibit dominus meus et in quo augurari solet.

Pessimam rem fecistis. Fecit ille ut iusserat. Et apprehensis per ordinem locutus est.
Qui responderunt. Quare sic loquitur dominus noster ut servi tui tantum flagitium commiserint. Pecuniam
quam invenimus in summitate saccorum reportavimus ad te de terra Chanaan et quo
consequens est ut furati simus de domo domini tui aurum vel argentum. Apud quemcumque
fuerit inventum servorum tuorum quod quaeris moriatur, et nos servi erimus domini nostri. Qui
dixit eis. Fiat iuxta vestram sententiam. Apud quem fuerit inventum ipse sit servus meus.
Vos autem eritis innoxii. Itaque festinato deponentes in terram saccos aperuerunt singuli.
Quos scrutatos incipiens a maiore usque ad minorem invenit scyphum in
sacco Beniamin. At illi scissis vestibus oneratisque rursum asinis reversi sunt in oppidum.
Primusque Iudas cum fratribus ingressus est ad Ioseph. Necdum enim de loco abierat.
Pronique ante eum in terram pariter corruerunt. Quibus ille ait: Cur sic agere voluistis?
An ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia? Cui Iudas: Quid respondebimus
inquit domino meo vel quid loquemur aut iuste poterimus obtendere? Deus invenit
iniquitatem servorum suorum. En omnes servi sumus domini nostri et nos et apud quem inventus est
scyphus. Respondit Ioseph: Absit a me ut sic agam. Qui furatus est scyphum ipse sit
servus meus. Vos autem abite liberi ad patrem vestrum.

An ignoratis quod non sit similis mei. Paulus doctor burgensis episcopus. In hebraica littera non
dicitur An ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia. Sed ponitur quod verba quae
sunt ... An ignoratis quod homo similis mei possit per augurandi artem scire, quod videtur magis
consonum ... quia cum non habebant unde debuissent scire quod Ioseph esset maxime augurator,
... potuerunt presumere quod Ioseph cum esset tantae potestatis posset habere augures quos consuluisset,
cum in Egipto essent multi ariolos et talibus [illegible] artibus pro ... coniecturis
... possit. ... possit vitare talia. Sed non hic dicitur per scientiam ... Ioseph et dicebat non seriose sed ... secundum illud quod vulgus de eo opinabatur,
quia ... Ioseph esse eruditissimum in omnibus. Genesis xli Pharao ei dicebat:
Numquid sapientiorem et similem tui invenire potero. Et ita Ioseph loquebatur secundum opinionem vulgi ...

Accedens propius Iudas confidenter ait: Oro domine mi loquatur servus tuus verbum in auribus tuis et
ne irascaris famulo tuo. Tu es enim post Pharaonem dominus meus. Interrogasti prius servos
tuos: Habetis patrem aut fratrem? Et nos respondimus tibi domino meo: Est nobis pater senex et puer
parvulus qui in senectute illius natus est, cuius uterinus frater est mortuus, et ipsum solum
habet mater sua, pater vero tenere diligit eum. Dixistique servis tuis: Adducite eum
ad me et ponam oculos meos super eum. Suggessimus domino meo: Non potest puer
relinquere patrem suum, si enim dimiserit illum morietur. Et dixisti servis tuis:
Nisi venerit frater vester minimus vobiscum non videbitis amplius faciem meam. Cum ergo ascendissemus
ad famulum tuum patrem nostrum narravimus ei omnia quae locutus est dominus meus. Et dixit
pater noster: Revertimini et emite nobis parum tritici. Cui diximus: Ire non possumus. Si frater
noster minimus descenderit nobiscum proficiscemur simul, alioquin illo absente non audemus
videre faciem viri. Ad quae ille respondit: Vos scitis quod duos genuerit mihi uxor
mea. Egressus est unus et dixistis: Bestia devoravit eum, et hucusque non comparet.
Si tuleritis et istum et aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cum maerore
ad inferos. Igitur si intravero ad servum tuum patrem nostrum et puer defuerit, cum anima

puer

[Right margin notes:] vulgus ... honores eius etiam putabat ... non habebat ... veritate. Licet Ioseph erat expositor somniorum ... augurem reputabant. Sed quia tot molestias Ioseph suis fratribus inferebat ... ut ... abeis ... non ... videre ... alter ... dum ... [illegible]

illius ex hinc anima pendeat. Vidit quod non esse nobiscum morietur et deducent famuli tui
canos eius cum dolore ad inferos. Ego proprie servus tuus sim qui in meam hunc recepi fidem
et spopondi dicens nisi reduxero eum peccati reus ero in patrem meum omni tempore. Manebo
itaque servus tuus pro puero in ministerio domini mei et puer ascendat cum fratribus suis. Non
enim possum redire ad patrem absente puero ne calamitatis que oppressura est patrem meum
testis assistam.

Non se poterat ultra cohibere Joseph multis coram astantibus unde precepit ut egre-
derentur foras et nullus interesset alienus agnitioni mutue. Elevavitque vocem
cum fletu quam audierunt egyptii omnisque domus pharaonis. Et dixit fratribus
suis Ego sum Joseph. Adhuc pater meus vivit? Nec poterant respondere fratres nimio terrore
perterriti. Ad quos ille clementer accedite inquit ad me. Et cum accessissent prope Ego sum ait
Joseph frater vester quem vendidistis in egyptum. Nolite pavere neque vobis durum esse videatur
quod vendidistis me in his regionibus pro salute enim vestra misit me deus ante vos in
egyptum. Biennium enim est quod fames esse cepit in terra et adhuc quinque anni restant quibus nec
arari poterit nec meti. Premisitque me deus ut reservemini super terram et escas ad vivendum
habere possitis. Non vestro consilio sed dei huc voluntate missus sum qui fecit me quasi patrem pharaonis
et dominum universe domus eius ac principem in omni terra egypti. Festinate et ascendite
ad patrem meum et dicetis ei Hec mandat filius tuus Joseph deus me fecit dominum
universe terre egypti descende ad me ne moreris et habita in terra gessen eritque
iuxta me tu et filii tui et filii filiorum tuorum oves tue et armenta tua
et universa que possides ibique te pascam adhuc enim quinque anni residui sunt
famis ne et tu pereas et domus tua et omnia que possides. En oculi vestri et oculi
fratris mei Beniamin vident quod os meum loquatur ad vos. Nuntiate patri meo universam
gloriam meam et cuncta que vidistis in egypto festinate et adducite ad me. Cumque
Postea burgensis hic addit. Dicit hec expositio magistri hystoriarum et in glossa interlineari ubi super hoc verbum ad populum suum supponitur frequentia angelorum. Et ulterius et expositio contraria que in glossa ponitur in margine et non ponitur ibi contrarium ad hoc aliqua expositio apposita. Non ergo videtur hec expositio sic repellenda postillatori cum de angelis supra Nec illa ponitur licet non totaliter asserere. Et cum sic videamus quod dicat scriptura quod appositus dicitur de mortuis. Et appositus est ad patres suos et appositus est ad populum suum. Ecce tamen de Jacob tamen quod mortuus sed non sepultus et ad quem populum appositus non in sepulcro. Et ex illo cum populus per nascitur qui dictus est populus ex te etiam de eo cum preterea apposita tam pauci iusti nominati ut eos populum nominare certemur. Ita sic dictus est appositus et est ad patres suos nulla questio fieret nam forte populus esset non solum hominum sed etiam angelorum populus quia vocantur alii de quibus dicitur ad hebreos xii. Sed accessistis ad multa milia angelorum et ad civitatem dei iherusalem et ad multa angelorum et ulterius huic populo apponuntur quia per hanc vitam placentes deo fuerint. Tamen cum apponuntur qui in non remanent sollicitudines humane temptationum et periculum peccatorum quod interdum dicit scriptura quia in morte non laudes humane quae sunt sicut angelis. Et quia auctoritate soluuntur obiecto sententiam per postillatorem. Nam adhuc quod dicit quod nullus potest dici appositus ad angelos nisi qui transfertur ad gloriam tamen secundum augustinum quod qui per hanc vitam placentes deo fuerunt dicuntur angelis appositi in quantum in eis cessat sollicitudo temptationum et periculum peccatorum sed sunt impeccabiles sicut angeli licet adhuc statum glorie non attingant. Nec esset videtur inconveniens dicere quod existentes in hac vita existentes sicut pertinent angelorum consortium quia cum sint in limbo ad eorum consolationem ab angelis frequenter visitantur et videtur sentire glossa interlinearis predicta.

Mors

in dicitur frequentia angelorum. Non enim dicitur ad societatem angelorum quod sonat quandam
congregationem. Sed dicitur frequentia angelorum quod magis sonat ~~quandam congregationem~~ frequentem
visitationem vel ... aut peccatorum ... motivum hic exponendi dicit quod ante mor-
tem Iacob fuerant recepti in limbo Adam et Abel etc. Ad hoc dicendum quod de nullo sco
quam de Abraham dicitur legitur quod fuerit appositus ad populum suum. Et ideo non potest
esse quod ille descendisset in ... habebant forte tamen aliqua venialia pro quibus oportebat
eos esse in purgatorio ad tempus etc. propter talem non dicitur Iacob esse appositum
ad populum suum. Tamen non esset in limbo. Et nota quod scriptura loquens de morte quorundam
ante Christi passionem qui decesserunt frequenter dicit appositum esse ad patres suos
seu ad populum suum ut in supradictis patet et in aliis. Vel obdormivit cum patribus
suis ut de David 3 Re. 2. Et de aliis quod idem sonat. Post passionem Christi aliter
dicitur quod obdormivit in domino ut Act. vii. de Stephano et de aliis sanctis in historiis
et legendis sanctorum ... ratio apparet ex hoc ... Nam primo quicumque sancti
non obdormiebant in domino quia non vadebant in deum sed expectabant per longum tempus. Et
cum patribus suis spiritualiter apponebantur. Sed post adventum Christi quorum anima celesti
apta ... per mortem deo coniungebantur dicuntur obdormire in domino. De quibus
Apoc. 14 Beati qui in domino moriuntur. Ad quam mortem eamque post vitam ducendam
est nos perducat Iesus Christus in secula benedictus. Amen.

Quod cernens Ioseph ruit super faciem patris flens et deosculans
eum. Praecepitque servis suis medicis ut aromatibus condirent
patrem. Quibus iussa explentibus transierunt xl dies. Iste quippe
mos erat cadaverum conditorum. Flevitque eum Egyptus lxx diebus. Et ex-
pleto planctus tempore locutus est Ioseph ad familiam Pharaonis: Si inveni gratiam
in conspectu vestro loquimini in auribus Pharaonis eo quod pater meus adiuravit me
dicens: En morior. In sepulcro meo quod fodi mihi in terra Chanaan
sepelies me. Ascendam igitur et sepeliam patrem meum ac revertar. Dixitque
ei Pharao: Ascende et sepeli patrem tuum sicut adiuratus es. Quo ascendente
ierunt cum eo omnes senes domus Pharaonis cunctique maiores natu terre
Egipti, domus Ioseph cum fratribus suis absque parvulis et gregibus atque armentis
que dereliquerunt in terra Gessen. Habuit quoque in comitatu currus et equites
et facta est turba non modica. Veneruntque ad aream Athad que sita est trans Iordanem
ubi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi impleverunt vii
dies. Quod cum vidissent habitatores terre Chanaan dixerunt: Planctus magnus
iste est Egiptiis. Fecerunt ergo filii Iacob sicut preceperat eis et portantes eum in terram
Chanaan sepelierunt in spelunca duplici quam emerat Abraham cum agro
in possessionem sepulcri ab Effron Ettheo contra faciem Mambre. Reversusque est Io-
seph cum fratribus suis in Egiptum cum omni comitatu sepulto patre. Quo mor-
tuo timentes fratres eius et mutuo colloquentes: Ne forte memor sit
iniurie quam passus est et reddat nobis malum omne quod fecimus, mandaverunt ei di-
centes: Pater tuus precepit nobis antequam moreretur ut hec tibi verbis illius diceremus:
Obsecro ut obliviscaris sceleris fratrum tuorum et peccati atque malitie quam exercuerunt
in te. Nos quoque oramus ut servis dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Quibus
auditis flevit Ioseph. Veneruntque ad eum fratres sui et proni in terram adorantes
dixerunt: Servi tui sumus. Quibus ille respondit: Nolite timere. Num dei possumus
resistere voluntati? Vos cogitastis de me malum, sed deus vertit illud in bonum
ut exaltaret me sicut in presentiarum cernitis et salvos faceret multos populos.

Nolite metuere Ego pascam vos et parvulos vestros Consolatusque eos est blande ac leniter est locutus et habitavit in egipto cum omni domo patris sui vixitque c. x annis Et vidit effraim filios usque ad terciam generacionem filii quoque machir filii manasse nati sunt in genibus joseph Quibus transactis locutus est fratribus suis Post mortem meam deus visitabit vos et ascendere faciet de terra ad terram quam iuravit abraham ysaac et jacob Cumque adiurasset eos atque dixisset deus visitabit vos asportate vobiscum ossa mea de loco isto mortuus est expletis c x annis vite sue et conditus aromatibus repositus est in loculo in egipto Amen

335

Per idem tempus de Genesi xii libros scripsi ab exordio donec de paradiso dimissus est Adam, et flammea romphea posita est ad custodiendam viam ligni vite. Cum autem usque ad undecim libri peracti essent, duodecimum addidi, in quo diligentius de paradiso disputatum est. Titulus horum librorum inscribitur De Genesi ad litteram, id est non secundum allegoricas significationes sed secundum rerum gestarum proprietatem. In quo opere plura quesita quam inventa sunt, et eorum que inventa sunt pauciora firmata; cetera vero ita posita velut adhuc requirenda sint. Hos sane libros posterius cepi, sed prius terminavi quam de Trinitate; ideo eos nunc ordine quo cepi recolui. In quinto et ubicumque in eis libris posui de semine cui repromissum est, quod dispositum sit per angelos in manu mediatoris, non sic habet apostolus, sicut veraciores codices postea inspexi maxime Grecos. De lege enim dictum est, quod tamquam de semine dictum multi Latini codices habent per interpretis errorem. In sexto libro quod dixi Adam imaginem Dei secundum quam factus est perdidisse peccato, non sic accipiendum est tamquam in eo nulla remanserit, sed quod tam deformis ut reformatione opus haberet. In xii de inferis magis mihi videor docere debuisse quod sub terris sint quam rationem reddere cur sub terris esse credantur sive dicantur, quasi non ita sit. Hoc opus incipit: Omnis divina scriptura bipartita est.

Capitulum primum

Omnis divina scriptura bipartita est, preter id quod Dominus significat dicens scribam eruditum in regno Dei similem esse patrifamilias proferenti de thesauro suo nova et vetera, que duo etiam testamenta dicuntur. In libris autem omnibus sanctis intueri oportet, que ibi eterna intimentur, que facta narrentur, que futura prenuntientur, que agenda precipiantur vel moneantur. In narratione ergo rerum factarum queritur utrum omnia secundum figuratum tantummodo intellectum accipiantur, an etiam secundum fidem rerum gestarum asserenda et defendenda sint. Nam non esse accipienda figuraliter nullus christianus dicere audebit, attendens apostolum dicentem: Hec autem omnia in figura contingebant illis. Et illud quod in Genesi scriptum est: Et erunt duo in carne una, magnum sacramentum commendantem in Christo et ecclesia. Si ergo utroque modo illa scriptura scrutanda est, quemadmodum dictum est preter allegoricam significationem: In principio fecit Deus celum et terram? Utrum in principio temporis, an quia primo omnium facta sunt, an in principio quod est Verbum Dei unigenitus Filius? Et quomodo posset ostendi Deum sine ulla commutatione sui operari mutabilia et temporalia? Et quid significetur nomine celi et terre? Utrum spiritualis corporalisque creatura celi et terre vocabulo accepta est, an tantummodo corporalis, ut in hoc libro de spirituali tacuisse intelligatur, atque ita dixisse celum et terram, ut omnem creaturam corpoream superiorem atque inferiorem significare voluerit? An utriusque informis materia dicta est celum et terra? Spiritualis videlicet vita sicut esse potest in se conversa ad creatorem: tali enim conversione formatur atque perficitur; si autem non convertatur, informis est. Corporalis autem si posset intelligi per privationem omnis corporee qualitatis que apparet in materia formata, cum iam sunt species corporum, sive visu sive quolibet alio sensu corporis perceptibiles. An celum intelligendum sit creatura spiritualis ab exordio quo facta est perfecta et beata semper; terra vero corporalis materia adhuc imperfecta? Quia terra, inquit, erat invisibilis et incomposita, et tenebre erant super abyssum: quibus verbis videtur informitatem significare substantie corporalis. Et utrum utriusque informitas his posterioribus verbis significetur? Corporalis quidem eo quod dictum est: Terra erat invisibilis et incomposita; spiritualis autem eo quod dictum est: Tenebre erant super abyssum, ut translato verbo tenebrosam abyssum intelligamus naturam vite spiritualis informem, nisi convertatur ad creatorem, quo solo modo formari potest, ut non sit abyssus, et illuminari, ut non sit tenebrosa. Et quomodo dictum est: tenebre erant super abyssum? An quia non erat lux? Que si esset, utique super esset et tamquam superfunderetur. Quod tunc fit in creatura spirituali, cum convertitur ad incommutabile atque incorporale lumen quod est Deus.

Capitulum secundum

Et quomodo dixit Deus: Fiat lux? Utrum temporaliter, an in verbi eternitate? Et si temporaliter, utique mutabiliter. Quomodo ergo posset intelligi hoc dicere Deus nisi per creaturam? Ipse quippe est incommutabilis. Et si per creaturam dixit Deus: Fiat lux, quomodo est prima creata lux, si erat iam creatura per quam Deus diceret: Fiat lux? An non est prima creatura lux, quia iam dictum est: In principio fecit Deus celum et terram, et poterat per celestem creaturam vox fieri temporaliter atque mutabiliter, qua diceret: Fiat lux? Quod si ita est, corporalis lux facta est ista, quam corporeis oculis cernimus, dicente Deo per creaturam spiritualem, quam Deus iam fecerat cum in principio fecit Deus celum et terram: Fiat lux. Eo modo quo per talis creature interiorem et occultum motum divinitus dici potuit: Fiat lux. An etiam corporaliter sonuit vox dicentis Dei: Fiat lux, sicut corporaliter sonuit: Tu es filius meus dilectus? Et hoc per corporalem creaturam quam fecerat Deus cum in principio fecit celum et terram, antequam fieret lux que in hac sonante voce facta est? Et si ita est, qua lingua sonuit dicente Deo: Fiat lux? Cum nondum esset linguarum diversitas, que postea facta est in edificatione turris post diluvium. Que erat illa lingua una et sola, qua Deus locutus est: Fiat lux? Et quis erat quem oportebat audire atque intelligere, ad quem vox eiusmodi proferretur? An hec absurda carnalisque cogitatio est atque suspicio? Quid ergo dicimus? An id quod intelligitur in sono vocis cum dicitur: Fiat lux, non autem ipse corporeus sonus, hoc est accipienda vox Dei? Et utrum hoc ipsum ad naturam pertineat verbi eius, de quo dictum est: In principio erat verbum, et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum? Cum enim de ipso dictum sit: Omnia per ipsum facta sunt, satis ostenditur et lucem per ipsum factam, cum dixit Deus: Fiat lux. Quod si ita est, eternum est quod ait Deus: Fiat lux, quoniam Verbum Dei Deus apud Deum filius unicus Dei patri coeternus est; quamvis Deo hoc in eterno verbo dicente creatura temporalis facta sit. Cum enim verba sint temporis, cum dicimus quando et aliquando, eternum est tamen in verbo Dei quando fieri aliquid debeat; et tunc fit quando fieri debuisse in illo verbo est, in quo non est quando et aliquando, quoniam totum illud verbum eternum est.

Sequitur capitulum tertium

In hoc primo libro instituit expositionem illorum verborum que ponuntur in principio Genesis usque ad opus secundi diei. Et primo [illegible] expositionem circa [illegible] de luce facta sit principaliter insistit usque ad xi capitulum. A capitulo autem xi usque ad xx insistit expositioni prime diei in qua lux facta est. Et illud hic ordine fit: primo perscrutatur et ponit opiniones quasdam de luce corporali a capitulo xi usque ad [illegible] capitulum; a capitulo [illegible] usque ad xx de luce spirituali. Et [illegible] diligenter advertit quod dicatur [illegible] ex prima expositione de luce corporali non sit accepta sed de luce spirituali [illegible].

1 quid de principio
2 quid de immutabili
3 de nomine celi
quid xª de tenebris
4ª quid dedit Deus
[illegible]

Ca^m 4^m

quod sit de luce

An quod dictum est lux ipsa que facta est, non aliquid corporale, sed spirituale, sicut ipsa esse creatura in hac dicta perfecta que primo celum appellata est, cum dictum est: In principio fecit deus celum et terram; ut quod dixit deus: Fiat lux, et facta est lux, conversionem ad se creatoris factam eius atque illuminatam intelligamus? Ca^m 5^m

Et cur ita dictum est: In principio fecit deus celum et terram, et non dictum est: In principio dixit deus: Fiant celum et terra, et facta sunt celum et terra, sicut de luce narratur: Dixit deus: Fiat lux, et facta est lux? Utrum prius universali nomine celi et terre comprehendenda erant et commendanda que fecit deus, et deinde per partes exequendum quemadmodum fecit, cum per singula dicitur: Dixit deus, id est quia per verbum suum fecit quicquid fecit? An cum primum fiebat informitas materie, sive spiritualis sive corporalis, non erat dicendum: Dixit deus: Fiat; quoniam formam verbi semper patri coherentis, quo sempiterne dicit deus omnia, non sonante voce, nec cogitatione tempora sonorum volvente, sed coeterna sibi luce sapientie quam genuit, non imitatur imperfectio, cum dissimilis ab eo quod summe ac primitus est, informitate quadam tendit ad nihilum; sed tunc imitatur verbi formam semper atque incommutabiliter patri coherentis, cum et ipsa pro sui generis congruentia ad id quod vere ac semper est, id est ad creatorem substantie sue, conversione convertitur, et fit perfecta creatura. Ut in eo quod scriptura narrat: Dixit deus: Fiat, intelligamus dei dictum incorporeum in natura verbi eius coeterni, revocantis ad se imperfectionem creature, ut non sit informis, sed formetur secundum singula que per ordinem exequitur. In qua conversione et formatione, que pro suo modo imitatur deum verbum, id est filium dei semper patri coherentem plena similitudine et essentia pari, qua ipse et pater unum sunt; non autem imitatur hanc verbi formam, si aversa a creatore informis et imperfecta remaneat. Propterea filii commemoratio non ideo fit quia verbum est, sed tantum quia principium est, cum dicitur: In principio fecit deus celum et terram; exordium quippe creature insinuatur in informitate imperfectionis. Filii autem commemoratio, qui etiam verbum est, ideo fit in eo quod scriptum est: Dixit deus: Fiat, ut per id quod principium est insinuet exordium creature existentis ab illo adhuc imperfecte; per id autem quod verbum est, insinuet perfectionem creature revocate ad eum, ut formaretur inherendo creatori, et pro suo genere imitando formam sempiterne atque incommutabiliter inherentem patri, a quo statim hoc est quod ille.

Capitulum sextum

aliud proprium

Non enim habet informem vitam verbum filius, cui non solum hoc est esse quod vivere, sed etiam hoc est ei vivere quod est sapienter ac beate vivere. Creatura vero quamvis spiritualis et intellectualis vel rationalis, que videtur esse illi verbo propinquior, potest habere informem vitam; quia non sicut hoc est ei esse quod vivere, ita hoc est vivere quod sapienter ac beate vivere. Aversa enim ab incommutabili sapientia stulte ac misere vivit, que informitas eius est. Formatur autem conversa ad incommutabile lumen sapientie, verbum dei. A quo enim existit ut sit utcumque ac vivat, ad illud convertitur ut sapienter beateque vivat. Principium quippe creature intellectualis est eterna sapientia; quod principium manens in se incommutabiliter, nullo modo cessaret occulta inspiratione vocationis loqui ei creature cui principium est, ut converteretur ad id ex quo esset, quod aliter formata ac perfecta esse non posset. Ideoque interrogatus quis esset, respondit: Principium, qui et loquor vobis.

Capitulum vii

De loqui filii et patris

Quod autem filius loquitur, pater loquitur; quia patre loquente dicitur verbum quod filius est, eterno more, si more dicendum est, loquente deo verbum coeternum. Inest enim deo benignitas summa et sancta et iusta, et quidam non ex indigentia sed ex beneficentia veniens amor in opera sua. Propterea priusquam scriberetur: Dixit deus: Fiat lux, precessit scriptura dicens: Et spiritus dei superferebatur super aquas. Sive enim aque nomine voluit appellare totam corporalem materiam, ut eo modo insinuaret unde facta et formata sint omnia que in suis generibus iam dinoscere possumus, appellans aquam, quod ex humida natura videmus omnia in terra per species varias formari atque concrescere; sive spiritualem quandam vitam quasi fluitantem ante conversionem formationis; superferebatur utique spiritus dei, quia subiacebat scilicet bone voluntati creatoris quicquid illud erat quod formandum perficiendumque inchoaverat, ut dicente deo in verbo suo: Fiat lux, in bona voluntate, hoc est in beneplacito eius, pro modo sui generis maneret quod factum est. Et ideo recte quia placuit deo, scriptura dicente: Et facta est lux; et vidit deus lucem quia bona est. Ut quemadmodum in ipso exordio inchoate creature, que celi et terre nomine commemorata est, trinitatem insinuaret creatoris. Nam dicente scriptura: In principio fecit deus celum et terram, intelligimus patrem in dei nomine, et filium in principii nomine, qui non patri, sed per seipsum create primitus ac potissimum spirituali creature, et consequenter etiam universe creature principium est; dicente autem scriptura: Et spiritus dei superferebatur super aquas, completam commemorationem trinitatis agnoscimus. Ita et in conversione atque perfectione creature, ut rerum species digerantur, eadem trinitas insinuetur: verbum dei scilicet et verbi generator, cum dicitur: Dixit deus; et sancta bonitas, in qua deo placet quicquid ei pro sue nature modulo perfectum placet, cum dicitur: Vidit deus quia bonum est.

Capitulum viii

Sed cur prius commemoratur creatura adhuc imperfecta, et postea commemoratur spiritus dei, prius dicente scriptura: Terra autem erat invisibilis et incomposita, et tenebre erant super abyssum; ac deinde inferente: Et spiritus dei superferebatur super aquas? An quoniam egenus atque indigus amor ita diligit, ut rebus quas diligit subiciatur; propterea cum commemoraretur spiritus dei, in quo sancta eius benivolentia dilectioque intelligitur, superferri dictus est, ne facienda opera sua per indigentie necessitatem potius quam per abundantiam beneficentie deus amare putaretur? Cuius rei memor apostolus, dicturus de caritate, supereminentem viam demonstraturum se ait; et alio loco: supereminentem scientie caritatem Christi. Cum ergo sic oporteret insinuari spiritum dei, ut superferri diceretur, commodius factum est ut prius insinuaretur aliquid inchoatum, cui superferri diceretur; non loco, sed omnia superante ac precellente potentia.

Capitulum ix

De vidit deus

Ita et rebus ex illa inchoatione perfectis atque formatis, vidit deus quia bonum est; placuit enim quod factum est, in ea benignitate qua placuit ut fieret. Duo quippe sunt propter que amat deus creaturam suam, ut sit et ut maneat. Ut ergo esset quod maneret, spiritus dei superferebatur super aquas; ut autem maneret, vidit deus quia bonum est. Et quod dictum est de luce, hoc et de omnibus. Manent enim quedam super omnem temporalem volubilitatem in amplissima sanctitate sub deo; quedam vero pro suis temporum modis, dum per decessionem successionemque rerum seculorum pulchritudo contexitur.

Capitulum x

Quod ergo dixit fiat lux et facta est lux, in aliquo die dixit an ante omnem diem? Si enim verbo suo coeterno dixit, si autem aliqua creatura dixit temporaliter, non perfecte iam erit prima creatura lux, quia iam erat creatura per quam temporaliter diceretur fiat lux. Atque illud ante omnem diem factum intelligitur, quod in principio fecit deus celum et terram, ut celi nomine intelligatur spiritualis iam facta et formata creatura, tamquam celum celi huius quod in corporibus summum est. Secundo enim die factum est firmamentum, quod rursum appellavit celum. Terre autem nomine invisibilis et incomposita et tenebrosa abyssi imperfecta corporalis substantia significata sit, unde temporalia ista fierent, quorum primum esset lux. Quod autem per creaturam quam fecit ante tempora potuit temporaliter dici fiat lux, invenire difficile est. Sono enim vocis non intelligimus dictum; nam quicquid tale est corporeum est. An de illa imperfectione substantie corporalis fecit deus aliquam vocem corpoream per quam sonaret fiat lux? Ergo aliquod vocale corpus ante lucem creatum atque formatum est. Sed si ita est, iam erat tempus per quod vox curreret, et sonorum sibi succedentium spacia preterirent. Quod si iam erat tempus antequam fieret lux, in quo tempore vox fieret cuius sonitu fiat lux, ad quem diem pertinebat illud tempus? Numeratur enim dies unus et ipse primus quo facta est lux. An ad ipsum diem pertinet totum spacium temporis, et quo factum est vocale corpus per quod sonaret fiat lux, et quo facta est ipsa lux? Sed omnis talis vox propter audientis corporalem sensum a loquente profertur; ita enim facta est ut pulsu aeris sentiatur. Numquid ergo talem habebat auditum illud quicquid erat invisibile et incompositum, cui deus sic sonaret ut diceret fiat lux? Absistat itaque hec ab animo cogitantis absurditas. An ergo spiritualis motus, si tamen temporalis erat, quo dictum intelligimus fiat lux, expressus ab eterno deo per verbum coeternum in creatura spirituali quam iam fecerat, cum dictum est in principio fecit deus celum et terram, id est in illo celo celi? An et ita locutio non solum sine aliquo sono, sed etiam sine ullo temporali motu spiritualis creature in eius mente atque ratione fixa quodammodo ab eterno patris coeterno verbo impressa intelligitur, secundum quam moveretur et ad speciem converteretur inferior illa tenebrosa imperfectio nature corporee, et fieret lux?

Sed multum erat difficillimum capere quomodo diceretur deo verbo temporaliter iubente non temporaliter audiens creatura, que contemplatione veritatis omnia tempora excedit, sed intellectualiter perceptas impressas ab incommutabili dei sapientia rationes tamquam intelligibiles locutiones in ea que infra sunt transmittere fieri temporales motus in rebus temporalibus vel formandis vel administrandis. Si autem lux que primum dicta est ut fieret et facta est, etiam principatum creature intelligenda est, ipsa est intellectualis vita, que nisi ad creatorem illuminanda converteretur, fluctuaret informiter. Cum autem conversa et illuminata est, factum est quod in verbo dei dictum est fiat lux.

Capitulum xi

Verum quemadmodum sine tempore dictum est, quia in verbo patri coeterno non habet tempus dictum, fortassis queritur utrum et sine tempore factum sit quod factum erat. Et quomodo id possit intelligi, cum facta luce et discreta a tenebris, et indictis diei noctisque vocabulis dicitur: factum est vespere et factum est mane dies unus? Ibi videtur illud dei factum per spatium diei, quo peracto ad vesperum ventum est, quod noctis est initium. Illo pacto nocturno spatio completo totus dies, ut mane fieret in altero die in quo die deus aliud operaretur. Mirum vero id ipsum inenarrabile est etiam deum nullo spatio producta ratione sua verbo dixisse fiat lux, cum tanta mora facta sit lux donec diei spatium transiret et vespera fieret. An forte cito quidem lux facta est, sed tanta mora donec tempus... potuit tunc distincta a tenebris atque vocabulis diei et noctis significaretur? Mirum si et hoc vel tanta mora fieri potuit, quanta a nobis dicuntur... in ipso verbi opere cum lux fieret constituta est. Non enim lux esse potuit nisi discerneretur a tenebris. Quod autem vocavit deus lucem diem et tenebras noctem, quanta mora fieri potuit, etsi hoc syllabatim per sonantem vocem egisset, non quanto et a nobis dies lux vocatur et tenebre nox vocantur? Nisi forte desipiat quisquam ut putet, quia sit omni magnitudine deus, putet ore dei prolatas quamvis paucissimas syllabas per totum diei spatium potuisse distendi. Hoc accedit, quia verbo sibi coeterno, id est incommutabilibus sapientie internis rationibus, non corporalis vocis sono vocavit deus lucem diem et tenebras noctem. Rursus queritur si verbis quibus utimur vocavit, que lingua vocavit? Et quid opus erat sonis transeuntibus ubi nullus erat corporalis sensus auditor? Et non invenitur.

Capitulum xii

An dicendum est quod cum cito factum esset hoc opus dei, tamdiu stetit lux non succedente nocte, donec diurnum spatium peragetur, et tamdiu mansit nox luci succedens, donec spatium nocturni temporis transiret et mane fieret diei sequentis, uno primo die transacto? Sed si hoc dixero, vereor ne irridear et ab eis qui certissime cognoverunt et ab illis qui facillime advertere possunt, eo tempore quo nox apud nos est, eas partes mundi presentia lucis illustrari per quas sol ab occasu in ortum redit; ac per hoc omnibus viginti quattuor horis non deesse per circuitum gyri totius alibi diem, alibi noctem. Numquid ergo in parte aliqua ponimus deum, ubi ei vespera fieret, cum ab ea parte in aliam partem lux abscederet? Nam et in libro qui appellatur Ecclesiastes ita scriptum est: Oritur sol et occidit sol in locum suum ducitur, hoc est in eum locum unde ortus est. Et sequitur: Ipse oriens illic vadit ad austrum et girat ad aquilonem. Cum ergo austrum pars habet solem, nobis dies est; cum ad aquilonem circuiens pervenerit, nox est. Nec tamen in alia parte non est dies ubi presentia solis est, nisi forte poeticis figmentis cor inclinatum est, ut credamus sese mari solem immergere atque inde alio latere mane surgere. Quamquam si ita esset, abyssus ipsa presentia solis illustraretur, et esset ibi dies. Posset enim et aquas illuminare, quas aestus non posset extinguere. Sed hoc absurdum...

quod nomine celi intell

et dicit non sine sono vocis

non suspicari. Cum ergo sol nondum esset. Quapropter si spiritualis lux primo die facta est, numquid illa occidit ut ei succederet nox? Si autem corporalis, que nunc illa lux est, quam post occasum solis videre non possumus, quando nec luna erat adhuc, nec aliqua stelle. Aut si semper in ea parte celi est in qua sol est, ut non sit solis lux sed quasi comes eius, et ita juncta ut discerni dinosci que non possit, eadem causa redit difficultatem solvendi quia quasi comes eius cum ita sicut ipse sol circuitu agitur ab occasu in ortum et quomodo redit, et ergo [illegible]. Et ita lux eodem modo quo sol tempus [illegible] sicut terrenis in nocte. Ex quo cogitur quod absit in una in alia parte mundi [illegible] ista in qua sumus [illegible] deserit ut posset ei vespera fieri.

Capitulum XIII

An forte in ea parte lucem fecit in qua facturus erat hominem. Et eo cum ab ipsa parte lux discessisset vespera facta dicitur etiam cum in alia parte lux ista esset, que inde discesserat, mane futura, et facto [illegible] ut quod ergo factum est sol in parte dei quam lucet super terram. Si lux illa dici faciendo suffecerat, cur dies est vocata. Sed an illa prior regiones superiores a terra longinquitas illustrabit ut sentiri non possit in terris. Alii oportebit solem fieri, per quem dies in inferioribus mundi partibus appareret. Ut et hic dici autem esse fulgorem de et sole addito, ut plerique illum magis fulgere diebus quam nunc esse fuisse credatur.

Capitulum XIIII

Etiam hic aliquando dictum scio, primum mundi lucis informata in opere creatoris, cum dictum est *fiat lux* et facta est lux. Postea vero cum de luminibus dicitur, cum de ipsa luce facium fuisse, sit quamquam ordine dierum quo nunc est [illegible] tantum nisi cum de facta. Sed ubi vocata lucis quo fuisset, facta ut sit spera ut nunquam nox pareret [illegible] ne ille dixit, nec facile posse invenire arbitror. Neque enim existimata esse credendus est ut noctis tenebre [illegible]. Et rursum accessum ut mane fieret antequam hic sol officio gereretur quod a quarto die cepisse fieri eadem scriptura testatur, quod antequam fieret, quo circuitu sibi potuerunt tres dies noctesque succedere lucisque primo facta est permanente natura. Si lux corporalis tunc facta intelligenda est. Et invenire explicare est.

Capitulum XV

Nisi forte molem terrarum et aquosam antequam esset ab alterutro utraque discreta quod tertia die factum scribitur tenebras deum appellasse quibus dixit, per crassitudinem corpulentiam quam lux penetrare non potuit. Vel [illegible] obscurissimam tante molis quod vocata est ut ex altera parte fierent tenebre, si ex alia parte lux fieret. Nam quod locum [illegible] quo lucis pervenire non sinit in eo loco umbra est. Cum locum carens ea luce locum et cuiusdam corporis mole lucis [illegible] quo illustraretur nisi impediret corporis oppositum, hic totius est quod umbra dicitur. Que si per mole terrarum tam magna fiunt ut occupet spatium terre quantum ex alia parte dies occupat vocatur. Neque omnes tenebre nox. Nam et in speluncis altis in quarum abdita lux irrumpere per appositam molem non sinit. Sunt utique tenebre cum lux non est ibi. Totum quod spatium illud carens luce. Nec tamen tales tenebre accipimus nobis noctis nomine nuncupari, sed ille que in eam partem terre succedunt unde removetur dies. Sic non omnis lux dies appellatur. Ita et si illa que in eam partem [illegible] lune lux est, et siderum, et lucernarum ac coruscationum, et quorumque rerum ita fulgentium. Sed illa lux appellatur dies, cum nox precedit, vel cedente eam succedit. Sed si primaria lux illa undeque terre molem circumfusa attenderet dies sive staret, sive circuiret, non erat ex qua parte admitteret noctem sibi succedere, quia nusquam ipsa deserebat quod vicissitudine debet ut ei faceret locum. An ex una parte facta erat ut ipsa circuiens et noctem ex alia parte que circuire [illegible] permitteret. Cum enim totam terram adhuc aqua tegeret nichil impediebat ut aquosa et globosa moles ex una parte faceret diem lucis presentia, ex alia noctem lucis absentia, que in eam partem succederet a tempore vespertino [illegible] una parte [illegible] lux in aliam declinaret.

Capitulum XVI

Quo ergo congregate sunt aque si totam terram prius occupaverant ille que decedere sunt ut terre nudaret et qua [illegible] partem congregate sunt. Si enim erat nudum terre, que congregaretur iam apparebat arida, nec totum abyssi occupabant. Si autem totum tegebat, quis erat locus quo colligerentur ut terre aridas appareret. Numquid in altum congregate sunt. Si autem totum tegebat, quis erat locus [illegible] ad ventilandum in acervum messe trita subrigitur, et congesta in aggerem nudat locum, que dispersa sunt, sicut fit cum ad [illegible] aque fluenta contexit. Cuius hic dixit cum videt vastissimos campos mare equaliter superficie [illegible] aque [illegible] quedam velut montes erigitur, sedentur rursus tempestatibus complanantur. Et si quae litora nudantur [illegible] quendam velut [illegible] nulla esse alia terrarum spatia quo accedet id quod alunde discedit vel in eam locum lativorum possit dici nulla esse alia spatia quo accedet [illegible] ergo accedat. Cum ad tota eo terre undosa natura cooperiretur quo recedit ut nudaret eaque deserat usum accedat. Ut in totam rursum aque deserat [illegible] aliquantis partibus. An forte rarior aque velut nebula terras tegebat que congregatione conspissata est ut ex multis aliquantis partibus in quibus arida posset apparere nudaretur. Quamquam et terre longe lateque subsidens potuit [illegible] partibus prebere concavas quibus confluentes et currentes aquas reciperent, ut appareret arida ex hiis partibus unde humor accederet.

Capitulum XVII

Non autem est informis omnino materies ut etiam nebulosa species apparuit. Et ideo quod adhuc potest quomodo deus istas qualitates aquarum terrarum quas species creavit in illo et vi [illegible] hoc intelligere. Quamquam si hoc anno omnium dierum fecerit, sicut autem primorum istorum dierum commemoratio [illegible]. In principio fecit deus celum et terram ut in terre vocabulo intelligamus iam forte terram speciem superfusis aquis. Ipsa iam invisibili specie sui quibus declaratas ut in eo quod sequitur scriptura dicit. Terra autem erat invisibilis et incomposita, et tenebre erant super abyssum, et spiritus dei superferebatur super aquas. Nullam opinemur informitatem nisi. Sed terra et aqua sine luce que nondum erat facta sub [illegible] notissimis qualitatibus conditas ut ideo terra invisibilis dicta intelligatur quod aquis cooperta non posset videri etiam si esset qui posset videre. Ideo non incomposita, quia nondum a mari distincta esset et certa litoribus et suis fetibus animalium quas decorata. Si ergo [illegible] est, cur ille

vicem

Nota

Nota

[illegible] que pendulo corporales sunt aut omnes diversi facte sunt. Cur non scriptum est dixit deus fiat terra et factum est ita. Sicut dixit deus fiat aqua et facta est aqua. Vel certe si queritur si una quia legebatur in fine contineatur. Dixit deus fiat terra et aqua, et sic est factum. Cur non dictum est cum [illegible] factum esset, vidit deus quia bonum est. Sed [illegible] consideratio sua sit, quod manifestum est omnia [illegible] ex aqua informitate formari. Simul quod illud et catholica fides profitetur et certissima [illegible] ratio docet nullarum rerum materiam esse potuisse, nisi ab omnium deo non solum formatarum sed etiam formabilium inchoatore deo atque creatore. De qua etiam dicit et eadem scriptura. Qui fecisti mundum ex materia informi. Sicut innuitur illis verbis quibus spiritualia predicta tardioribus et lectoribus et auditoribus congruenter fuisse commendata, quibus aut dictum est antequam diceretur In principio fecit deus celum et terram. Et cum deinceps diceretur et dixit deus ut deinceps sequeretur in ordine conditio rerum. Capitulum 18

Non quia informis materia rebus tempore prior est, cum sit utrumque simul concreatum et unde factum est et quod factum est. Sicut etiam vox materia verborum, verba vero formatam vocem indicant. Nos autem qui loquimur prius emittimus informem vocem quam possit postea colligi atque in verbum formari. Ita creator deus non priore tempore fecit informem materiam et eam postea per ordinem quarumque naturarum quasi secunda consideratione formavit. Formatam quippe creavit materiam. Sed quod illud unde fit aliquid, et si non tempore, tamen quadam origine prius est quam illud quod inde fit, potuit dividere scriptura loquendi temporibus quod deus fecit temporibus non divisit. Si et quaeritur utrum vocem de verbis an verba de voce [illegible] [illegible], non facile quisquam tam tardo ingenio reperitur qui non potius verba fieri de voce [illegible]. Non facile quisquam qui loquentes faciat cum unde faciat nulla attentione videatur. Ita cum simul utrumque sit, simul utrumque et deus fecit, et materia quae formata et utrumque ab scriptura [illegible] apparet, commodius tamen simul utrumque dici potuit, prius illud unde aliquid factum est dici debuisse quam quod factum est. Et cum eodem dicitur materia et formata utrumque simul esse intelligimus. Nec utrumque simul possumus enunciare. Sic autem de brevitate temporis [illegible], cum duo illa verba proferimus ut alterum aut alterum proferimus. Ita in prolixitate narrationis alterum prius quam alterum narrandum fuit. Cum utrumque ut dictum est simul fecit deus, ut quod sola origine prius est [illegible] faciendo, tempore prius esset in narrando. Cum duae res quarum altera nullo prior est tempore, nominari simul non possint, quanto minus simul narrari. Non itaque dubitandum est ita esse ut eamque istam informem materiam [illegible] tamen sit facta nisi adeo, et rebus quae de illa facte sunt simul concreata sit.

Sed credibiliter dicitur eam etiam significatum vel [illegible]. Terra autem [illegible] Capitulum 19

erat invisibilis et incomposita, et tenebre erant super abyssum, et spiritus dei superferebatur super aquas. Ut excepto quod ibi positum est de spiritu dei, cetera quae ibi visibilium vocabula ad illam informitatem [illegible] [illegible] potuit insinuandam, dicta intelligamus. Cum hec duo elementa, id est terra et aqua, ad aliquid faciendo operantium manibus tractabilia sunt cetera. Et ideo commodius ipsis nominibus illa insinuabatur informitas. Sed si hoc probabiliter dicitur, non erat formata moles quae lux ex una parte illustrans ex altera faceret tenebras unde posset nox dici, dependente [illegible]. Emissionem vero gentium quod lucis Capitulum 20 si velimus noctem dicemus intelligere. Nec enim videtur cur ita fieret. Non tamen erant alia quibus hec [illegible] [illegible] exhibetur, ex quibus postea modo exorte per circuitum solis terminum exhiberi. Nec nullum [illegible] exemplum quo istam emissionem [illegible] lucis ut dici noctis quandam vicissitudinem fieri probare possumus. [illegible] et radiorum ex oculis nostris quedam lux est emissio. Et contrahi potest eam cum est ad aerem propinquum intuemur. Et emitti et eadem rectitudine quae sunt longe posita attendimus. Nec prorsus cum contrahitur omnino cernere que longe sunt desinunt. Sed certe obscurius quam cum in ea [illegible] emittitur, sed cum ea lux quae in [illegible] visibus est tam exigua dicitur ut nisi adiuvetur extra luce nichil videre [illegible] possit. Et quia discerni ab ea non potest, tamen exemplo demonstrari posset emissio in diem et contractio lucis in noctem sic dixi reperire difficile est.

Si autem spiritualis lux facta est cum dixit deus fiat lux, non illa vero patris coeterna Capitulum XXI intelligenda est per quam facta sunt omnia, et que illuminat omnem hominem. Sed illa de qua dici potuit prior omnium creata est sapientia. Cum enim eterna illa et incommutabilis que non est facta sed genita sapientia in spirituales atque rationales creaturas sicut in animas sanctas se transferret ut illuminare lucem possint, fit in eis quedam lucidae rationis affectio quae potest accipi facta lux cum diceret deus fiat lux. Si iam erat creatura spiritualis quae nomine celi significatur, ubi scriptum est In principio fecit deus celum et terram, non corporeum celum sed incorporeum celi celorum, hoc est super omnia corpora non gradibus sed naturae sublimitate praepositum. Quo autem modo simul fieri potuit, et quod illuminaretur et ipsa illuminatio, et tamen in tempore narranda fuerit, paulo ante diximus cum de materia loqueremur. Capitulum XXII

Sed huic luci precedente nocte et vespere fiet. Quo pacto intelligi sinitur a tenebris vero quatenus lux distingui potuit, dicente scriptura Et divisit deus inter lucem et tenebras. Nimirum enim erant peccatores et stulti dividendi a luce veritatis inter quos et inter ipsam lucem praenoscens dividendo deus tamen inter lucem et tenebras nocte ostendit se non operatorem peccatorum sed ordinatorem distributorumque meritorum. An hec dies

non [illegible] ipse [illegible]
[illegible] ipse [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

de luce spirituali

totius temporis nomen est, et omnia volumina seculorum hoc vocabulo includit. Ideo quippe non dictum est primus dies sed unus dies,
Et factum esse inde vesperam. Et factum est mane dies unus, ut per hoc quod facta est vespera, per-
sonalis creature. Quod autem factum est mane renovato eius significatio videtur. ¶ Sed hec allegorice
disputatio est prosequenda, quam non isto sermone suscepimus. ¶ Inspiciamus et descriptionem [illegible]
secundum proprietatem rerum gestarum. Non secundum enigmatum figuras. Ergo ad rerum factarum [illegible]
[illegible] que imponimus vesperam et mane in luce spirituali. Cum divisio quidem lucis a tenebris di-
stinctionem rei formate a informi [illegible]. Appellatio vero diei et noctis insinuat distinctionem
[illegible] que significationem [illegible] inordinatum relinquere [illegible] informitatem [illegible]
[illegible] quodam [illegible] mutant non esse indispositum [illegible] creature
quibus [illegible] spatia [illegible] supplemento esse decore [illegible] ordinate
sunt tenebre [illegible] lux [illegible] vidit deus lucem quia bona est [illegible]
omni [illegible] dixit [illegible] ut non explicasset dixit et facta est lux. Et divisit deus inter lucem
et tenebras. Et vocavit deus lucem diem et tenebras vocavit noctem, non dicitur et vidit
deus quia bonum est. Et deinceps [illegible] Et factum est vespera, et factum est mane [illegible]
operibus factis quibus vocabula imposuit. ¶ Hic [illegible] non ita fecit [illegible] formata re ab
[illegible] distincta est [illegible] informitatibus [illegible] adhuc formanda [illegible]
creaturis rerum [illegible] corporalis [illegible] illa divisio et vocabulis [illegible]
dicitur vidit deus quia bonum est. [illegible]
[illegible] luce solo [illegible] vidit deus [illegible] lucem quia bona est. Et divisionem
[illegible] a tenebris. [illegible] dixit quia vidit deus quod bonum est [illegible]
[illegible] informitas [illegible] unde alia formarentur. ¶ Namque [illegible] nox que nobis nota
[illegible] distribuendo a die [illegible]
diei et noctis [illegible] vidit deus quia bonum est. ¶ Non [illegible] nox informis aliqua [illegible] erat
unde adhuc alia formarentur. [illegible]
[illegible] esse [illegible] distinctior [illegible] vespera [illegible] illo
[illegible] absurde fortasse intelligitur. ¶ Capitulum
vero [illegible] operationis significatio. Capitulum xxiiii

Sed ad omnia meminerimus, [illegible] multa dixi [illegible] non [illegible] et [illegible]
[illegible] operari deum [illegible] hoc [illegible]
[illegible] spiritu dei qui superferebatur super aquas [illegible] lingue [illegible] hebree
[illegible] ferri expositum non superferebatur [illegible] intelligi.
Nam [illegible] quodam docto [illegible] aquas [illegible] frigidis [illegible]
[illegible] sicut [illegible] ab alitibus [illegible] calor ille [illegible] corporis [illegible] formetur
[illegible] quodam [illegible] ¶ Non ita [illegible] singulos
dies [illegible] operatoris [illegible] regentem ¶ Non [illegible]
[illegible] ad colligendos [illegible] filios [illegible] ad modum gallina [illegible]
[illegible] ut [illegible] esse [illegible]
[illegible] a nostris sensibus remotissimis [illegible] secundum [illegible]
fide que [illegible] non [illegible] affirmationi [illegible]
[illegible] forte diligentius discussa veritas [illegible]
[illegible] ut [illegible] est. [illegible]
que scriptura [illegible] esse velle debeamus. Capitulum xxv

Ponimus et in eo quod scriptum est dixit deus fiat lux et facta est lux. Aliam fuisse lucem corporalem
factam. Et aliam spiritualem esse. Spiritualem lucem in creatura spirituali fidem nostram non dubitat. ¶ [illegible]
ante lucem corporalem [illegible] non potuit [illegible]
[illegible] fidem [illegible] vestiatur [illegible] hec [illegible] scriptura
[illegible] ignorat. ¶ [illegible]
[illegible] voluit an aliquid aliud non [illegible]
[illegible] non [illegible] aliud quod [illegible]
[illegible] cognoscat. ¶ [illegible] voluisse scriptorem
non repugnabit [illegible] aliud [illegible] ¶ [illegible] et aliud potuisse in-
veniri [illegible] voluisse non [illegible]
[illegible] suffragari. [illegible] accidit ut aliquid de [illegible]

Capitulum xx[illegible] non ad litteram institutionem [illegible] angeli.

nox

[illegible]

de luce

[illegible] fide [illegible]

de terra, mundi huius elementis de motu et conversione vel etiam magnitudine et intervallis siderum, de certis defectibus solis et lune, de circuitibus annorum et temporum, de naturis aliarum fructuum lapidum atque huiusmodi ceteris etiam non christianus ita noverit ut certissima ratione vel experientia teneat. Turpe est autem nimis et perniciosum ac maxime cavendum ut christianum de hiis rebus quasi secundum christianas litteras loquentem ita delirare quilibet infidelis audiat, ut quemadmodum dicitur toto celo errare conspiciens risum tenere vix possit. Et non tam molestum est quod errans homo deridetur, sed quod auctores nostri ab eis qui foris sunt talia sensisse creduntur, et cum magno eorum exitio de quorum salute satagimus tamquam indocti reprehenduntur atque respuuntur. Cum enim quemquam de numero christianorum in ea re quam optime norunt errare deprehenderint, et vanam sententiam suam de nostris libris asserere, quo pacto illis libris credituri sunt de resurrectione mortuorum et de spe vite eterne regnoque celorum, quando de hiis rebus quas iam experiri vel indubitatis numeris percipere potuerunt fallaciter putaverint esse conscriptos? Quid enim molestie tristitieque ingerant prudentibus fratribus temerarii presumptores satis dici non potest, cum si quando de prava et falsa opinione sua reprehendi et convinci ceperint ab eis qui nostrorum librorum auctoritate non tenentur, ad defendendum id quod levissima temeritate et apertissima falsitate dixerunt, eosdem libros sanctos unde id probent proferre conantur, vel etiam memoriter que ad testimonium valere arbitrantur multa inde verba pronuntiant, non intelligentes neque que loquuntur neque de quibus affirmant. Ad hoc enim considerandum libros Geneseos multipliciter quantum potui enodavi, et sententias de verbis ad exercitationem nostram obscure positis protuli, non aliquid unum temere affirmans cum preiudicio alterius expositionis fortasse melioris, ut pro suo modulo eligat quisque quod capere possit; ubi autem intelligere non potest, scripture Dei det honorem, sibi timorem.

Capitulum xxvi

Sed cum tot modis verba scripture que tractavimus exposuimus, cohibeant se tandem qui ex secularibus litteris inflati hec ita posita que omnia pia corda nutriant velut imperita atque impolita aliquid carpunt, que pennis in terra reptantes et volatum ranarum avium nidos irrident. Perniciosius autem errant quidam infirmi fratres, qui cum istos impios de numeris vel de motibus siderum deque elementorum mundi huius questionibus subtiliter et copiose disserere audiunt, contabescunt, et istos pre se ipsis suspirando ingemiscentes et magnos putantes, libros saluberrime pietatis cum fastidio repetunt, et quos dulciter haurire deberent vix tangunt, horrentes asperitatem messis et spinarum flores inhiantes. Non enim vacat videre quam suavis est Dominus, nec in sabbato esuriunt; ideo pigri sunt, permissa a Domino vellere spicas et diu manibus contricare, ventilare, donec perveniant ad escam.

Capitulum xxvii

Dicet aliquis: quid tu tanta tritura disputationis huius, quid grani exuisti? Quid eventilasti? Cur prope omnia adhuc latent in questionibus? Affirma aliquid eorum que multa posse intelligi disputasti. Cui respondeo ad eum ipsum me cibum suaviter pervenisse, quo didici non herere hominem in respondendo secundum fidem quod respondendum est hominibus qui calumniari libris nostre salutis affectant, ut quicquid ipsi de natura rerum veracibus documentis demonstrare potuerint, ostendamus nostris litteris non esse contrarium; quicquid autem de quibuslibet suis voluminibus hiis nostris litteris, id est fidei catholice, contrarium protulerint, aut aliqua etiam facultate ostendamus, aut nulla dubitatione credamus esse falsissimum; atque ita teneamus mediatorem nostrum, in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi, ut neque false philosophie loquacitate seducamur, neque false religionis superstitione terreamur. Et cum divinos libros legimus in tanta multitudine verorum intellectuum, qui de paucis verbis eruuntur et sanitate catholice fidei muniuntur, id potissimum deligamus quod certum apparuerit eum sensisse quem legimus. Si autem hoc latet, id certe quod circumstantia scripture non impedit et cum sana fide concordat. Si autem et scripture circumstantia pertractari ac discuti non potest, saltem id solum quod fides sana prescribit. Aliud est enim quid potissimum scriptor senserit non dignoscere, aliud a regula pietatis errare. Si utrumque vitetur, perfecte se habet fructus legentis; si vero utrumque vitari non potest, etiam si voluntas scriptoris incerta sit, sane fidei congruam non inutile est eruisse sententiam.

Sequitur liber 2us

Capitulum 1m

Omnium de conversione elementorum etiam inter ipsos qui hec ociosa cura subtilissime perscrutati sunt non parva questio est. Alii namque dicunt omnia quidem posse mutari atque in omnia converti. Alii vero esse aliquid omnino singulis proprium elementis quod in alterius elementi qualitatem nullo modo vertatur. De qua re fortasse suo loco si deus voluerit diligentius disseremus. Nunc autem quod ad presentem sermonem attinet hunc exponendi commemorandi et intelligendi servatum esse ordinem credidi, quo prius oportuit aquarum animalia quam terre natura narrare creata.

Capitulum VI

Nec ullo modo arbitrandum est pretermissum esse in hac scriptura ullum mundi huius elementum cum tamen in ipsa constitucione perfectum sit, quia videtur hic celum et aqua et terra commemorari, de aere autem taceri. Consuetudo quippe ista scripturarum est ut aut celum et terram nominet mundum appellans aut aliquando addat et mare. Aer itaque vel ad celum pertinere intelligitur si qua sunt in eius superioribus partibus tranquillissima et pacatissima spatia, vel ad terram propter hunc turbulentum et caliginosum locum qui humida exhalatione pinguescit, quamquam et ipse sepius celi nomine nuncupetur. Ac per hoc non scriptum est: producant aque reptilia animarum vivarum, et producat aer volatilia volantia super terram, sed utrumque hoc animantium genus produxisse aquas dictum est. Quicquid ergo agitur sive labili undoso et fluido est et vaporali tenuato aeri suggesto ut illud reptilibus animarum vivarum, hoc volatilibus appareat distributum, utrumque tamen humide nature deputatur.

Capitulum VII

Ideo quoque sunt qui subtilissima quadam disputatione istos quinque sensus corporis secundum quatuor usitata elementa ita distinguunt ut oculos ad ignem, et aures ad aerem dicant pertinere, olfaciendi autem gustandique sensum humide nature attribuunt. Et olfactum quidem istis exhalationibus humidis quibus crassescit hoc spacium in quo aves volitant, gustum vero istis fluidioribus et corpulentis humoribus. Nam quicquid in ore sapitur humori oris commiscetur ut sapiatur, et si arida cum accipiuntur insipida videantur. Ignis autem per omnia penetrat ut motum in eis faciat. Nam et humor privatione caloris congelascit, et cum possint frigescere cetera elementa ignis frigescere non potest; facilius quippe extinguitur ut ignis non sit quam frigidus maneat aut per alicuius frigidi contactum tepidior. Tactus autem qui est quintus in sensibus terreno elemento magis congruit, unde per totum corpus animantis quod maxime est terra contactu sentitur. Perhibent etiam nec videri sine igne posse aliquid nec tangi sine terra. Ac per hoc elementa omnia in omnibus esse, sed unumquodque eorum ex eo quod amplius habet accepisse vocabulum. Ideo autem caloris privatione cum corpus nimium frigescit obtunditur sensus cum motus pigrescit qui ex calore inest corpori, dum ignis aerem et aer humida et humor terrena afficit, subtilioribus crassiora penetrantibus. Quanto autem quicque subtilius est in natura corporali tanto est vicinius nature spiritali, quamvis longe distante genere, quia hoc corpus est, illud non est. Cum ergo sentire non sit corporis sed anime per corpus, licet acute disseratur secundum diversitatem corporeorum elementorum sensus esse corporis distributos, anima tamen cui vis sentiendi inest cum corporea non sit per subtilius corpus agitat vigorem sentiendi. Inchoat itaque motum in omnibus sensibus a subtilitate ignis, sed non in omnibus ad idem pervenit. Nam in visu pervenit represso calore usque ad eius lucem. In auditu usque ad liquidiorem aerem calore ignis penetrat. In olfactu autem transit aerem purum et pervenit ad humidam exhalationem unde crassior hec aura subsistit. In gustu et hanc transit et pervenit usque ad humorem corpulentiorem. Quo etiam penetrato atque traiecto cum ad terrenam gravitatem pervenit tangendi ultimum sensum agit.

Capitulum VIII

Non igitur ignorabat harum elementorum naturas et ordinem qui cum visibilium que intra mundum in elementorum natura moventur conderet creationem, prius celestia luminaria, deinde aquarum animalia, tercio terrarum [illegible] narravit. Non quod aerem pretermisit, sed quod purissimum et quietissimum aerem ubi volare aves non posse dicuntur, si qua sunt spatia celo superiori coniungunt et celi nuncupatione in scripturis ad superiorem mundi partem pertinere intelliguntur, ut celi et terre nomine universum hoc totum significetur, ex quo incipit deorsum usque ignis grando nix glacies spiritus tempestatis et omnes abyssi donec perveniatur ad aridam, que proprie nomine terra dicitur. Aer itaque ille superior, sive quod ad celestem mundi partem pertinet sive quod illa huc visibile habitaculum [illegible] de qualibet tamen summo narratur, sed neque pretermissus est celo nominato, neque cum aquis est in [illegible] aliis. Nec inferior iste quem recipit exhalationes humidas maris ac terre et ad sustentandas aves quodammodo crassescit non nisi ex aqua accipit aliquid secundum quod humidum est, hic portat alitum corpora, sicut ita innitunt pennis volantes, quemadmodum pisces quibusdam suis aliis natantes. Unde prudens consilium spiritus dei qui scribebat aderat ex aquis dicit producta volatilia, cuius nature in duplicatibus locum sortita est, inferiori sive undante fluida, superiori vero in aura flabili: illud deputatum natantibus, istum volantibus. Sic hoc elementis congruos etiam quinque sensus aliter data videmus. Olfactui explorandis vaporibus, gustui explorandis liquidis, cum ad tactum aquarum vero pertinet hic quod terra solida omnibus administrat elementis. Sed in hiis crassioribus sentitur amplius ipsa ut iam tangendo contractum valeant.

Capitulum IX

Ideo quoque et ista in duabus maxime mundi partibus generaliter celi et terre nomine complectuntur. Sic ut [illegible] omnia superiora ab illo puriori eminent, elementa dominatur (?) datur: omnia quoque inferiora ab alio parcius lan-

dare quam decolor, ubi et spiritus tempestatis et omnes abyssi volitant. Et ignis ipse qui vere tangitur, ex
de tritu et turbidis motibus ita existit ut subinde statim in aliud redeat. Et ignis nec per seipsum
nitendo inditur appetitum in celestem tamen superiorem tranquillitatem non possit evadere, quia multo aere
superatur et in eum conversus extinguitur. Sed per hec in ista inferiori parte corruptibilium atque pigiore turbulentis
motibus agitur ad temperandum eius rigorem et ad usum terrestrium mortalium. Capitulum X

Volatilia igitur cum tactum, qui ad terram proprie pertinet, sentire possint et flatum undarum et flatum aurarum, propterea
ipsa quasi aquatilia natura corporis tremens vestiuntur. Et maxime aves in terra requiescunt, fetus quoque progignunt, propter
humorem quem vapor exhalatur et super terras extenditur. Ideo quoque cum diceret scriptura Educant aque re-
ptilia animarum viventium et volatilia volantia super terram, addidit sane secundum firmamentum celi.
Quod ut alius manifestius appareret illud quod antea videbatur obscurum. Non et in firmamento celi sed secundum firmamentum celi
Volatilia volantia super terram secundum firmamentum celi. Tamen videtur hic caliginoso et humido spacio quo
aves volitant illi spacio contiguum esse, ubi volare non possunt, quod iam multo tranquillius et quietius
pertinet ad firmamentum celi. In celo ergo volant aves, sed in isto quod ille psalmus in terre nomine includit. Ipsa quod
celi vocantur multis modis volatilia celi, non tamen in firmamento sed secundum firmamentum. Capitulum XI

Nonnulli putant propter ipsam tarditatem aliquid non animam vivam, sed reptilia animarum vivarum appellata. Sed
si propterea sic appellarentur quibus datur nomen anime vive, cum vero et ipsa volatilia dicta sunt
sicut ea reptilia ut subaudiatur animarum vivarum, fateor sed ut arbitror ita dictum esse quasi diceretur que sunt
in animalibus vivis reptilia et volatilia, sicut dici possent ignobiles homines ut intelligerentur quicumque sunt
in hominibus ignobiles. Quamquam sunt et alia terrestria que repunt super terram, tamen ex multo maiore
numero pedibus moventur, et eo pauca fortasse in terris repunt quam pauca in aquis graduntur. Nonnulli
autem putaverunt propterea non animam vivam sed reptilia animarum vivarum pisces esse appellatos quod eis
memoria nulla sit, nec aliqua vita velut rationi vicinior. Sed fallit eos experientia minor. Nam
quedam scripserunt que animadvertere potuerunt in vivariis piscium multa miranda. Sed forte si falsa scripserunt, me-
moriam tamen pisces habere certissimum est, quod ipse sum expertus et experiuntur qui possunt et volunt.
Nam quidam fons magnus Bullensium regionum fere plenus est piscium. Solent autem homines desup-
er intuentes eo aliquid iacere, quod sibi aut praeripiunt aggregati ut inter se diripiant certatim. Quo pa-
stu assueti de ambulantibus super oram fontis hominibus, ipsi quoque cum eis conglobati natando eunt et
redeunt expectantes unde aliquid iactet, quorum presenciam sentiunt. Non itaque frustra mihi vi-
detur aquatica animalia sic appellata reptilia, quemadmodum aves volatilia. Nam si ob nullam memoriam vel
sensu tardiorem anime vive nomen repulissent, a piscibus volatilibus certe adhiberetur, quorum vitam cotidie ocul-
is intueamur garrula et candidis quamvis testimoniis collectissima. Capitulum XII

Nec ignoro in quosdam philosophos sua cuique elementa distribuisse animalia ut terrena esse, non tamen que in
terra repunt atque gradiuntur sed aves etiam quod et ipse in terra requiescant volando fatigate. Aerea
vero animalia demones esse, celestia deos. Quorum quidem nos partim luminaria, partim angelos di-
cimus. Idem tamen aquis pisces, et similia genera belvarum attribuunt ut nullum elementum suis animalibus vacet.
Quasi vero sub aquis terra non sit, aut probari possint pisces non in ea requiescere, atque reparare
natandi vires, sic volando aves. Et forte rarius pisces id faciunt, quod ad gestandum corpora
sit unda quam aura validior, ita ut etiam que animalia natatura ferret. Sicut usque dicta et homines
sive non ut quadrupedia vel serpentes etiam si pertica non perierit, quia nec insunt piscibus pedes. Nec
vituli marini, nec forte aquatiles sunt. Nec colubri torlec quoque etiam. Nam et ille pedes habet
et hec genera sed ullis pedibus non dicitur requiescere in terra. Sed ab ea vix aut numquam recedunt.
Dracones autem sine pedibus, et in speluncis requiescere et in aere sustolli perhibentur, qui quamquam non fa-
cile noti sunt, tamen non tantum nostre sed et gentilium virorum quorumdam de ipsorum genere memoria tacuerit.

Vapor et si demones aerea sunt animalia, quia corporum aereorum vigent et
propterea morte non dissolvuntur, quia in eis elementum prevalet quod ad faciendum est quam ad Capitulum XIII
ad patiendum aptius. Duobus subiectis, scilicet aqua et terra. Uno autem superposito in igne sidereo, distribuuntur
enim elementa ad patiendum duo humor et humus, ad faciendum autem alia duo, scilicet aer et ignis. Si hec igitur
ita sunt, non impedit illa distinctio nostram scripturam que non ex aere sed ex aquis producta indicat volati-
lia. Cum subtiliorem quidem et in auras exalatam atque distentam, sed tamen humorem locum volatilibus datam.
Aer autem a confinio luminosi celi usque ad aquarum fluida, et nubila terrarum pervenit. Non tamen totum spa-
tium eius exalationes humide infusere, sed usque ad eum finem, unde incipit et terra nominari secundum sermonem
psalmi, ubi dicitur Laudate Dominum de terra. Superior vero pars aeris propter puram tranquillitatem celo cum quo colli-
mitatur communi pace iungitur, et eius vocabulo nominatur sed incipias. In qua fortassis parte si fuerunt
ad transgressionem suam transgressores angeli cum principe suo nunc diabolo, tunc archangelo. Nam nonnulli
non eos putant celestes angelos fuisse. Non mirum si post peccatum in istam sunt detrusi caliginem

tonitrus
terret homines

firmamentum

pisces habent memoriam

lucifer olim archangelus

nebule
pluvie
nives

Ubi tamen et aer sit, et humore terre concretus, qui commotus ventus, et vehementius concitatus, et ignes
ac tonitrua, et contractus nubila, et conspissatus pluvias, et congelantibus nebulis nives. Et turbulentius con-
gelantibus densioribus nebulis grandinem, et distentus serenum facit, occultis imperiis et opere dei a summis ad
infima universa creata administrantis. Unde in illo psalmo cum commemorata essent ignis, grando, nix,
ne talia sine divina providentia fieri, non esse putarentur, continuo subiecit: que faciunt verbum
eius. Si autem transgressores illi angeli cum transgrederentur celestia corpora gerebant, neque hoc mirum
est si conversa sunt ex pena in aeriam qualitatem, ut iam possint ab igne, id est ab elemento nature superioris aliquid pati.

demones in aere

Nec aeris saltem spatia superiora atque puriora, sed ista caliginosa tenere permissi sunt, que eis pro suo genere quidam
carcer est usque ad tempus iudicii. Et si quid de hiis transgressoribus angelis diligentius requirendum est, alius
erit accommodatior scripture locus. Proinde nunc quod satis est, si hec spatia turbida et procellosa propter aeris
naturam usque ad vicinas terrarum partes porrecta, unde etiam aer dicitur, sustinere spiritus et animum, que prodita sunt ex aquis
per terminos aeris altius, quia si eadem aer non videtur et terras circumfusa aere atque infime aeri terre proxima
depressos vapores insudantes auras intexunt, que nocturnis rigoribus aggravate serenum in rore distillant,
si autem vehementius frigus est, etiam gelu candidum inalbescunt. Capitulum ix

Et dixit deus: Producat terra animam secundum genus, quadrupedia et reptilia et bestias, et pecora secundum genus.
Et factum est sic. Et fecit deus bestias terre secundum genus, et pecora secundum genus, et omne reptile secundum genus. Et vidit
deus quia bona sunt. Iam nunc queritur cur ut alibi pro eo quod est terra dicitur infimi loci huius locus, cum terra
et omnibus abyssis et nebuloso aere velut nobilior terre aliquando scriptura appellat, ornari aliquando ponitur. Et nunc
quid sit aliam graviorem que in verbo dei terra produxit. Sic genus sepe nomine pecoris et nomine bestiarum aliquando
omnia rationis expertia solent intelligi, nunc vero querendum quas proprie bestias et que pecora dicat. Et repti-
lia quidem sive serpentia terre non est dubitandum quod omnes serpentes intelligit, quamquam et bestie dici
possint. Pecoris autem nomen non conveniunt serpentibus congruit. Rursus leonibus et pardis et tigridibus
et lupis et vulpibus canibus etiam et simiis atque id genus ceteris convenire queunt vocabulum bestiarum. Pe-
corum autem nomen hiis aliquando accommodatum aptari solet que sunt in usu hominum sine adiumento laboribus
ut boves et equi, et si qua talia, et si que ad lanificium ut adiumentum et oves et sues.
Unde quo sit quadrupedia, cum utique et hec omnia preter quosdam serpentes quattuor pedibus gradiantur, nisi forte hoc nomine
proprie quedam voluit intelligi, non utique sic et quadrupedia nominaret, quamvis de tribus in repeticione tacuit.
An cervos et damulas, onagros et apros, quia neque illis bestiis ut leones sunt, quamquam sunt similes et se-
illis pecoribus, neque tamen sunt cura humana sunt, proprie quadrupedia nuncupata sunt, quasi reliqua essent sub generali
terminis ita generalia quedam appellatione et eo insuper proprium nomen pecudum. An hec specialiter significare debuit. Atque qua-
ter dixit secundum genus, tamquam quasi nos invitat attendere, primo secundum genus quadrupedia et reptilia, ut arbi-
tror signum que quadrupedia dixit, si que in genere sunt reptilium sunt, sicut lacerte, stelliones et si quid huiusmodi
est. Ideo ergo in repeticione quadrupedum nomen non iterat, quia reptilium vocabulo complexus est, unde ibi
non simpliciter ait reptilia, sed addidit omnia reptilia terre. Ideo terre, quia sunt et aque. Et ideo omnia,
ut intelligantur que in ore etiam pedibus nituntur, que superius quadrupedum nomine proprie significata sunt. Bestias autem

de quibus iterum ait secundum genus, quicquid ore sive ceteris unguibus sevit exceptis serpentibus. Pecora vero desig-
nans ait secundum genus, que neque in locum, sed aut cornibus aut nec hoc quidem. Predixi enim et

quadrupedum nomine illud specialiter agnosci, et nomine pecoris et bestiarum tamen una de alio apparere-
rit, etiam ferarum vocabulum potest tamen in latina lingua valere. Ideo tamen eo negligere non potest, quod possunt
tamen nomina que non frustra in hoc scripture loco posita sunt, et specialiter distinguere dicunt, quod in usu loqu-
endi quotidiano facile advertendum potest. Capitulum xv

Secundum genus

Non frustra etiam queritur monet utrum passim et quasi fortuitum dictum sit alia atque alia secundum genus
tamquam si fuerit et antea ea prius terra narrabatur, an genus corpus superioribus rationibus intelligit-
ur utique generalibus, secundum quod erant infima. Si ita esset, hoc de luce ac celo, hoc de aquis ac terra
vel de aliis luminibus diceretur, cum et certe cum non eterna et incommutabilis ratio in ipsa dei sapientia
vigeat, que attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter. Utrum autem eius dei de herbis et
lignis usque ad hec terrena animantia. Nam et illa in celo que ex aquis creata sunt, quibus in prima quinta die
dictum non est. Et fecit deus cetos magnos, et omnem animam animalium reptilium que eduxerunt aque secundum genus
suum, et omne volatile pennatum secundum genus suum. An quia hec ita exorta sunt ut ex eis alia nascerentur
et originis formam successione servarent. Ideo dictum est secundum genus propter propagationem prolis, qua permansura
creabantur. Sed cur de lignis et herbis non solum dictum est secundum genus, sed et secundum similitudinem suam, cum et
animalia genus sequitur similitudo nolunt etiam vel utique repetit. Nam et semine non utique re-
reperiunt, cum tamen herbis et lignis insit quam aliud, et si non omnibus. Observatum est enim quedam
terra nasci ex aquis ut terra ut semine eius nullo sit. Et ideo semine corpus non sit in eis sed in elementis

ex quibus oriuntur. Hoc est enim secundum genus, ubi et seminis vis et similitudo intelligitur succedentium decedentibus. Nulla enim istorum ita creata sunt ut semel existerent vel permansura vel in nullo succedente decessura. Cur ergo et de homine ita dictum est: Faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram, et non additum est secundum genus, cum et hominum propagatio manifesta sit? An quia non ita deus fecerat hominem ut moreretur, si preceptum servare voluisset, et ideo non erat necessarius decessori successor? Sed post peccatum comparatus est pecoribus insipientibus et similis factus est eis, ut iam filii huius seculi generent et generentur, ut genus mortalium generis conservata successione subsistere. Quid ergo sibi vult post hominis factum illa benedictio: Crescite et multiplicamini et implete terram, quod quidem nisi per generandi opus fieri non posset? An melius hoc tenemus dictum esse, donec ad eum perveniamus locum ubi diligentius ista requirenda atque tractanda sunt? Nunc enim sufficere potest quod de homine non dictum est secundum genus, quia unus fiebat, de quo etiam femina facta est. Non enim multa sunt genera hominum sicut herbarum, lignorum, piscium, volatilium, serpentium, pecorum, bestiarum, ut sic dictum acciperemus secundum genus, ut intelligerentur quasi similia et ad unam originem seminis pertinentia distinguerentur a ceteris.

Sequitur capitulum XVI

Sed tamen queritur cur etiam aquatica animalia de creatione meruerint ut sola benedicerentur sicut homines. Nam et ipsa benedixit deus dicens: Crescite et multiplicamini et implete aquas maris, et volatilia multiplicentur super terram. An in uno genere creature quod dictum sit, ut in ceteris intelligeretur que germinibus crescunt, [in marg.: a deo] propterea dictum est in eo quod primum tale creatum est in libro aliquo legitur? An forte quia nullum habent propagande prolis affectum, ac sine ullo sensu generant, indigne iudicata sunt illis benedictionis verbis: Crescite et multiplicamini? Ubi autem talis inesset affectus, primum ibi hoc dixit, ut in ceteris aliis etiam non dictum intelligeretur. Homini autem hoc fuit in homine repetere, ne quisquam diceret in officio gignendorum filiorum ullum esse peccatum, sicut est in libidine sive fornicandi sive ipso coniugio immoderatius abutendi. Capitulum XVII.

in coniugio causa peccati per abusum

Nonnulla etiam de quibusdam minutissimis animalibus questio est, utrum in primis rerum conditionibus creata sint, an ex consequentibus rerum mortalium corruptionibus. Nam pleraque eorum aut de vivorum corporum vitiis vel purgamentis vel exalationibus aut cadaverum tabe gignuntur, quedam et de corruptione lignorum et herbarum, quedam de corruptionibus fructuum, quorum omnium non possumus recte dicere deum non esse creatorem. Inest enim omnibus quoddam nature sui generis decus, ita ut in his maior sit admiratio bene considerantibus, et laus uberior omnipotenti artifici, qui omnia in sapientia fecit, que a fine usque ad finem pertendens et suaviter omnia disponens, nec ea ipsa relinquit que pro sui generis ordine dissolvuntur, et quorum dissolutionem ex pena mortalitatis horremus voluntate informata. Sed erant minima corpora acuta sensu animantia, ut maiore attentione stupeamus agilitatem musce volantis quam magnitudinem iumenti gradientis, ampliusque miremur opera formicularum quam onera camelorum. Sed utrum in primis, ut dixi, rerum conditionibus, quando ista sex dierum ordine creata narrantur, vel postea quam nimia instituta credamus, an potius ex consequentibus corruptibilium corporum solemnibus et hic queritur. Et potest quidem dici ea minutissima que ex aquis et terris oriuntur esse tunc creata, in quibus et illa non absurde intelliguntur que nascuntur ex his que terra germinante orta sunt. Et quia precesserant creationem eorum non solum animalium sed etiam terre et que terra continuantur preditum creationem. Unde tertio die quo apparuit arida extorta sunt, vel potius ad supplementum narrationis que adiuncta sunt pertinere intelligentur. Cetera vero que ab animalium gignuntur corporibus, et maxime mortuorum, absurdissimum est dicere tunc creata cum animalia ipsa creata sunt, nisi quia inerat iam omnibus animatis corporibus vis quedam naturalis et quasi preseminata materia, et quodammodo liciata primordia futurorum animalium, que de corruptionibus talium corporum pro suo quoque genere ac differentiis erant exoritura per administrationem ineffabilem omnia moventis incommutabilis creatoris. Capitulum XVIII.

De quibusdam etiam venenosis et perniciosis solet queri utrum post peccatum hominis ad vindictam creata sint, an potius cum creata essent innoxia, non nisi postea peccatoribus nocere ceperunt. Neque hoc mirum si quando quidem et temporibus huius vite laboriose atque erumnose, cum sit nemo ita iustus ut perfectum se audeat dicere, fideliter attestante apostolo et dicente: Non quod iam acceperim aut iam perfectus sim, adhuc exercende atque in infirmitate perficiende virtuti necessarie sunt temptationes et molestie corporales, sicut idem apostolus manifestat, qui ne in magnitudine revelationum extolleretur, datum sibi esse stimulum carnis dixit, angelum sathane, ut eum colaphizaret. Rogatumque a se dominum ter ut discederet ab eo, responsum sibi: Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Et tamen et sanctus Daniel inter leones salvus atque intrepidus vixit, cum non utique deo mentiens in oratione non tantum peccata populi, sed etiam sua fateretur. Et in ipsius apostoli manum mortifera vipera adhesit nec lesit. Poterunt ergo ista etiam creata nihil nocere, si causa non extitisset vel terrendorum puniendorumque viciorum vel probande perficiendeque virtutis, quoniam et exempla patientie danda erant ad profectum ceterorum, et ipse sibi homo certius innotescit in temptationibus, et iuste salus eterna que turpiter amissa est per voluptatem fortiter recipitur per dolorem.

Ca. 19 Quaeret aliquis cur ergo inuicem sibi bestie noceant quibus nec peccata ulla sunt ut vindicta illa dicatur, nec ulla virtus exercitatione tali comparetur. Ideo nimirum quia sunt alie aliarum alimenta. Nec recte possemus dicere non esse debere alia quibus alia vescerentur. Habent enim omnia quamdiu sunt mensuras numeros ordines suos, que cuncta merito considerata laudantur. Nec sine aliqua pro suo genere modificatione pulchritudinis temporalis etiam alia in aliud transeundo mutantur. Quod et si stultos latet, sublucet proficientibus, claret perfectis. Et certe omnibus talibus infimorum carnis motibus prebentur homini salubres admonitiones ut videat quantum sibi satagendum sit pro salute spirituali et sempiterna, qua omnibus irrationabilibus animantibus excellit, cum illa videat a maximis elephantis usque ad minimos vermiculos pro salute corporali et temporali quam pro sui generis inferiore ordinatione sortita sunt, resistendo motu quo valent agere quicquid valent. Quod non apparet nisi cum quedam refectionem corporum suorum ex aliorum corporibus querunt, alia se contra repugnando muniunt vel fuge presidio vel latebris immunia tuentur. Nam et ipse corporis dolor in quolibet animante magna et mirabilis vis anime est, que illam compagem ineffabili permixtione vitaliter continet et in quandam sui modi redigit unitatem, cum eam non indifferenter sed ut ita dicam indignanter patitur corrumpi atque dissolui.

vide medice catholice

Illud etiam fortasse aliquem moveat, si alia noxia viuos homines aut penaliter ledunt aut salubriter exercent aut utiliter probant aut ignorantes docent, cur et corpora hominum mortuorum in escas dilacerant. **Capitulum XX**

Quasi vero quicquam intersit ad veram utilitatem ista caro exanimis in que profunda secreta per quos transitus eat. Unde mirabili omnipotentia creatoris restituenda reuocetur. Et hinc fiat quedam prudentibus admonitio, ubi se ita commendent fideli creatori omnia noxia et in tanto secreto intus administranti, cui numerati sunt capilli nostri, sed ne per inanes curas exanimatorum corporum suorum ulla genera mortium perhorrescant, sed pia fortitudine neruos ad omnia preparare non dubitent.

Capitulum XXI de tribulis et spinis etc.

Talis etiam questio de tribulis et spinis solet oboriri, et de quibusdam lignis infructuosis, cur vel quando creata sint, cum deus dixerit: Germinet terra herbam pabuli seminantem semen et lignum fructiferum faciens fructum. Sed qui ita mouent non intelligunt saltem de vsitato forensi humani iuris quemadmodum appelletur vsus fructus. Vtilitas enim quedam fructus in fructuum nomine accipitur. Que autem utilitates sint siue manifeste siue occulte omnium que terra gignit radicata alit, et ipsi querant et ab expertis eorum inquirant. Et de spinis quidem et tribulis absolutius potest esse responsio, quia post peccatum dictum est homini de terra: Spinas et tribulos pariet tibi. Nec tamen facile dicendum est tunc cepisse illa oriri ex terra. Fortasse enim quoniam in ipsis generibus seminum multe reperiuntur utilitates, poterant habere locum suum sine ulla pena hominis. Sed ut in agris in quibus iam penaliter laborabat etiam ista nascerentur, hoc ad cumulum pene valere credi potest, cum possent alibi nasci vel ad auium pecorumque pastus vel ad vsus hominum aliquos. Quamquam et ille sensus non abhorreat ab his verbis quibus ait: Spinas et tribulos pariet tibi, ut hec terra ante pariet, non tamen homini pariet ad laborem, sed quibuslibet animalibus congruentem victum, quia his quibus et mollioribus et aridioribus commode suauiterque vescuntur. Tunc autem cepit homini parere ad erumposum negotium, cum post peccatum cepit in terra laborare. Non quod alibi loci hec antea nascerentur et postea in agris quos hic ad capiendas fruges colebat, sed et prius et postea in eisdem locis, prius tamen non homini, post autem homini, ut hoc significet quod additum est: tibi. Non enim dictum est: Spinas et tribulos pariet, sed: pariet tibi, id est tibi iam nasci incipient ad laborem, que antea tantum aliis animalibus ad pastum nascebantur. **Capitulum XXII**

Et dixit deus: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, et dominetur piscium maris et volatilium celi et omnium pecorum et omnis terre et omnium reptilium repentium super terram. Et fecit deus hominem ad imaginem dei, fecit eum, masculum et feminam fecit eos. Et benedixit eos dicens: Crescite et multiplicamini et implete terram et dominamini eius, et principamini piscium maris et volatilium celi et omnium pecorum et omnis terre et omnium reptilium repentium super terram. Et dixit deus: Ecce dedi vobis omne pabulum seminale seminans semen quod est super omnem terram, et omne lignum quod habet in se fructum seminis seminalis, vobis erit in escam, et omnibus bestiis terre et omnibus volatilibus celi et omni reptili repenti super terram quod habet in se semen vite, et omne pabulum viride in escam. Et factum est sic. Et vidit deus omnia que fecit, et ecce bona valde. Et facta est vespera et factum est mane dies 6us. Et iam de natura hominis pro erit uberius

de natura hominis

considerandi et disserendi locus. Nunc tamen ut opera sex dierum nostra consideratio et inspectio pertractata concludat, hoc breuiter prius dicimus non indifferenter accipiendum quod in aliis operibus dicitur: Dixit deus: Fiat, hic autem: Dixit deus: Faciamus hominem ad imaginem et ad similitudinem nostram, ut insinuaret videlicet pluralitatem personarum propter patrem et filium et spiritum sanctum. Quam tamen deitatis unitatem esse intelligendam statim admonet dicendo: Et fecit deus hominem ad imaginem dei. Non quasi pater ad imaginem filii, aut filius ad imaginem patris; alioquin non vere dictum est ad imaginem nostram, si ad patris solius aut ad filii solius imaginem factus est homo. Sed ita dictum est: fecit deus hominem ad imaginem dei, tamquam diceretur: fecit deus ad imaginem suam.

sunt. Cum autem nunc dictum est ad imaginem dei, cum superius dictum sit ad imaginem nostram, significatum est non id agi ut illa pluralitas personarum ut plures deos vel dicamus vel credamus vel intelligamus, sed patrem et filium et spiritum sanctum, propter quam trinitatem dictum est ad imaginem nostram, rursus propter quam unum deum accipiamus propterea quod dictum est ad imaginem dei. Capitulum 23

Hic et illud non est praetereundum. Cum enim dixisset ad imaginem nostram, statim subiunxit: et habeat potestatem piscium maris et volatilium caeli et ceterorum animalium rationis expertium, ut videlicet intelligamus in eo factum hominem ad imaginem dei in quo irrationabilibus animantibus antecellit. Id autem est ipsa ratio vel mens vel intelligentia vel si quo alio vocabulo commodius appellatur. Unde et apostolus dicit: Renovamini spiritu mentis vestrae et induite novum hominem qui renovatur in agnitionem dei secundum imaginem eius qui creavit eum. Satis ostendens ubi sit homo creatus ad imaginem dei, quia non corporis liniamentis, sed forma quadam intelligibili mentis illuminatae. Capitulum 24

Hoc per hoc quod nulla sive lucis illo nomine recte intelligitur facta lux intellectualis particeps aeternae atque incommutabilis sapientiae dei, non dictum est et sic est factum ut deinde repeteretur et fecit deus, quia sicut iam quantum potuimus disseruimus, non fiebat cognitio aliqua verbi dei in prima creatura ut post eam cognitionem inferius crearetur quod in eo verbo creabatur, lux ipsa prima fiebat cognitio verbi dei per quod creabatur atque illa cognitio illi esset ab informitate sua conversio ad formatorem, deinde et creari atque formari. Postea vero in ceteris creaturis dicitur: Et sic est factum, ubi significatur in illa luce, hoc est intellectuali creatura, prius facta verbi cognitio, ac deinde cum dicitur fecit deus, ipsius creaturae genus fieri demonstratur quod in verbo dei dictum est ut fieret. Hoc et in hominis conditione servatur. Dixit enim deus: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram et cetera. Sed deinde non dicitur: et sic est factum, sed iam subinfertur: Et fecit deus hominem ad imaginem dei, quia et ipsa natura intellectualis est sicut illa lux, et propterea hoc est ei fieri quod est agnoscere verbum dei per quod fit. Nam et si diceretur et sic est factum, et postea subinferretur et fecit deus, sic primo factum intelligeretur in cognitione rationalis creaturae, ac deinde in aliqua creatura quae rationalis non esset. Quia vero et ipsa rationalis creatura est, etiam ipsa eadem agnitione perfecta est. Sicut enim post lapsum peccati homo in agnitione dei renovatur secundum imaginem eius qui creavit eum, sic et in ipsa agnitione creatus est antequam delicto veterasceret, unde rursus in eadem [illegible] agnitione renovaretur. Quae autem non in ea cognitione creata sunt, quia sive corpora sive irrationales animae creabantur, prius facta est in creatura intellectuali cognitio eorum a verbo quo dictum est ut fierent. Propter quam cognitionem prius dicebatur et sic est factum, ut ostenderetur ipsa facta cognitio in ea natura quae hoc in verbo dei antequam fierent cognoscere poterat. Ac deinde fiebant ipsa corporalia et irrationalia creata, propter quod deinceps addebatur et fecit deus. Capitulum XX quintum

Quomodo autem homo immortalis factus sit et acceperit ad escam cum aliis animalibus communem pabuli facultatem, semen et lignum fructiferum et herbam viridem, difficile est dicere. Si enim peccato mortalis effectus est, utique ante peccatum non indigebat talibus cibis. Neque enim possit corrumpi illud suum corpus. Nam illud quod dictum est: crescite et multiplicamini et implete terram, quamquam nisi per concubitum maris et feminae fieri non posse videatur, unde hinc quoque mortalium corporum existit indicium, potest tamen dici alium modum esse potuisse in corporibus immortalibus ut solo pietatis affectu nulla corruptionis concupiscentia filii nascerentur, nec morituris parentibus succederent, nec ipsi morituri donec terra immortalibus hominibus impleretur. Ac sic instituto iusto et sancto populo qualem post resurrectionem futurum credimus, nascendi esset modus fieret. Potest quidem dici et quomodo diceretur alia consideratio est. Sed non est hic quispiam dicere audebit ciborum indigentia quae reficiebantur nisi mortalibus corporibus esse posse. Capitulum XXVI

Nonnulli etiam hoc suspicati sunt nunc interiorem hominem factum, corporis autem hominis postea, ubi ait scriptura: et finxit deus hominem de limo terrae, ut quod dictum est fecit ad spiritum pertineat, quod autem finxit ad corpus. Nec attendunt masculum et feminam non nisi secundum corpus fieri potuisse. Licet enim subtilissime disseratur ipsam hominis mentem in qua factus est ad imaginem dei, quandam sui rationalem vitam distribui in aeternae contemplationis veritate et in rerum temporalium administratione, atque ita fieri quasi masculum et feminam, illa parte consulente, hac obtemperante. In hac tamen distributione non recte dicitur imago dei nisi illud quod inhaeret contemplandae incommutabili veritati. In cuius rei figura paulus apostolus virum tantum dicit imaginem et gloriam dei. Mulier autem, inquit, gloria viri est. Itaque quamvis hoc in duobus hominibus diversi sexus exterius secundum corpus figuratum sit quod etiam in una hominis interius mente intellegitur, tamen et femina quia corpore femina est renovatur etiam ipsa in spiritu mentis suae in agnitionem dei secundum imaginem eius qui creavit, ubi non est masculus et femina. Sicut autem ab hac gratia renovationis et reformationis imaginis dei non separantur feminae, quamvis sexu corporis earum aliud figuratum sit propter quod vir solus dicitur esse imago et gloria dei, sic et in ipsa prima conditione hominis secundum id quod et femina homo erat, habebat utique mentem suam eandemque rationalem, secundum quam ipsa quoque facta est ad imaginem dei. Sed propter unitatem coniunctionis fecit, inquit, deus hominem ad imaginem dei. Ac ne quisquam solum spiritum hominis factum secundum solum spiritum fieri ad imaginem dei, fecit illum, inquit, masculum et feminam, ut iam

androgini monstrum

etiam corpus factum intelligatur. Rursum ne quisquam arbitraretur ita factum ut in homine singulari utrumque sexum exprimeretur, sicut interdum nascuntur quos androgynos vocant, ostendit se singularem numerum propter coniunctionem unitatis posuisse. Et quia de viro mulier facta est, sicut postea manifestatur, cum id quod breviter dictum est cepit latius diligentius explicari. Et ideo pluraliter intulit continuo subiciens: Masculum et feminam fecit eos et benedixit eos. Sed iam diximus diligentius in consequenti scriptura de hominis conditione requirendum. **Capitulum xxvii**

Nunc ad considerandum est quod scriptura quae dixit: Et sic est factum, statim subiecit: Et vidit deus omnia quae fecit et ecce bona valde, ut intelligamus potestatem et facultatem ipsam datam esse humano generi ad capienda pabula agri et fructus lignorum, quod hoc et intulit: et ita est factum, quod ab illo loco subiecerit ubi ait: Et dixit deus: Ecce dedi vobis pabulum seminale etc. Nam etsi ad omnia quae superius pro dicta sunt retulimus quod ait: Et sic est factum, consequens erit ut fateamur eos crevisse illos iam et multiplicatos implevisse terram in eodem sexto die, quod eadem scriptura testante post multos annos factum invenimus. Quapropter cum data esset hec facultas, et hoc deo dicente homo cognovisset, dictum est: et sic est factum, hoc utique quod deo dicente homo cognovit. Nam si id etiam tunc egisset, id est in escam illa quae data sunt eis vescendo assumpsisset, servaretur illa consuetudo scripture ut primo dictum esset: et sic est factum, quod ad exprimendam precedentem cognitionem pertinet, deinde inferretur eos ipsa opera quod si diceret: et acceperunt et ederunt. Poterat enim ita dici ut si non iterum nominaretur deus, sicut in illo loco postquam dictum est: Congregetur aqua quae est sub celo in congregationem et appareat arida, subiunctum: Et sic est factum. Non tamen additum est: Et fecit deus, sed tamen ita repetitum: Et congregata est aqua in congregationes suas etc. **Capitulum xxviii**

Quod autem non singillatim ut in ceteris etiam de humana creatura dixit: Et vidit deus quia bonum est, sed postquam homo factus et data ei potestate vel dominandi vel edendi, subiunctum de omnibus: Et vidit deus omnia quae fecit et ecce bona valde, merito quaeri potest. Poterat enim primo reddi homini singillatim, sicut et ceteris quae facta sunt redditum est, tum deinde de omnibus dici quae fecit deus: et ecce bona valde. An forte quia sexto die perfecta erant omnia, propterea de omnibus dici oportuit: Vidit deus omnia quae fecit et ecce bona valde, non singillatim de his quae ipso die facta sunt? Cur ergo de pecoribus et bestiis ac reptilibus terrae dictum est, quae ad eundem diem sextum pertinent? Nisi forte illa et singillatim in suo genere et cum ceteris universaliter dici bona meruerunt, et homo factus ad imaginem dei non nisi cum ceteris hoc dici meruit? An quia perfectus nondum erat, quia nondum erat in paradiso constitutus? Quasi vero postquam ibi constitutus est, dictum sit quod hic praetermissum est. Quid ergo dicam? An quia praesciebat deus hominem peccaturum nec in perfectione imaginis sue permansurum, non singillatim sicut cetera eum dicere voluit bonum, innuens quod esset futurum? Quia enim ea quae facta sunt sicut facta acceperunt manent, sicut ea quae non peccaverunt, vel ea quae peccare non possunt, et singula bona et universa omnia bona valde sunt. Non enim frustra additum est valde. Quia et corporis membra si etiam singula pulchra sunt, multo sunt in universi corporis compage omnia pulchriora. Quia oculus, verbi gratia, placitus atque laudatus, tamen si separatus a corpore videremus, non diceremus tam pulchrum quam in illa connexione membrorum, cum loco suo positus in universo corpore cerneretur. Ea vero quae peccando amittunt decus proprium, nullo modo tamen efficiunt ut non et ipsa recte ordinata cum toto atque universo bona sint. Homo quidem ante peccatum et in suo genere utique bonus erat. Sed scriptura hoc praetermisit dicere, ut illud potius diceret quod futurum aliquid praenuntiaret. Non enim falsum de illo dictum est. Cum etiam singillatim bonus est, magis utique cum omnibus bonus est. Non autem quod cum omnibus bonus, propterea est et singillatim bonus. Ita commodatum est utrique, ut et id diceretur quod in praesenti verum esset, et praescienti significaretur futurum. Deus enim naturarum optimus conditor, peccantium vero iustissimus ordinator est, ut etsi quae singillatim fiunt delinquendo deformia, semper tamen cum eis universitas pulchra sit. Sed iam ea quae sequuntur in quarto volumine pertractemus.

deus ordinator

quod

Incipit liber iiiitus

In hoc quarto libro primo exponit de perfectione rerum creatarum factarum per sex dies et de numeri senarii perfectione; agit principaliter de quiete dei in septimo die. Et quomodo tale aliquid verum intelligi possit, ut magis requiratur quam perfecti ab eo essent, pluribus sunt sermonibus, et de septimo die et de eius requie et benedictione.

Igitur consummata sunt celum et terra et omnis ornatus eorum. Et consummavit deus in die sexto opera sua quae fecit. Et requievit deus in die septimo ab omnibus operibus suis quae fecit. Et benedixit deus diem septimum et sanctificavit eum, quia in ipso requievit ab omnibus operibus suis quae inchoavit deus facere.

Capitulum ii

Arduum quidem et difficillimum est, vires intentionis nostrae voluntatisque superans, ut scripta ea declarando penetrare possimus, sicut praesenti dies illi. Et additur dies septimus, nisi per voluntatem nostram et nostre repetitio in toto hoc tempore multo dies veniunt praeteritis similes, nullus autem eis redit. Verumtamen ergo utrum dies illi in ipsa sua ratione volubili et usitato discursu in temporum ordine quo cursu successerint et illi in creatione conditionis ut non solum in illis tribus diebus nimirum intelligamus in ipsa re quae causa est. Nocte quoque ipsa in pratiam ut dissi

vel si quo alio nomine melius signetur, cum amittit ... ad informitatem declinare ... gente, eius numero et omni creatura sine possibilitate ... desistit effectus sicut in celestibus superioribus sive ad implendam in infimis rebus pulcritudinem temporalem ordinatissime ... que est mutabilium de successionibus quasi cuiusdam ... sit. Mane autem incipiente ... omnis ... sub ... et sub ... indagare difficile est. Cap. iij

Sed prius hoc ipsum illud, si aliquid est de numeris pluribus quod dicatur possit inveniri, quod in progressu disputacionis scripture appareat, quemadmodum in illis diebus et nox et vespera intelligatur et mane. Non itaque temere ... ut consideremus senarium numerum perfectum in ipsa numerorum serie ... quoniam ... ex quibus corpus eius compleatur ... dispensemus. Invenimus ergo senarium numerum primum esse perfectum ea ratione quod suis partibus compleatur. Sunt et alii, sed intervallis numerorum crescentibus rariores perfecti. Unde ipse senarius ea ratione perfectus dicitur quod suis partibus compleatur, talibus dumtaxat partibus que multiplicate possint ipsum consumere. Tales autem partes sunt ... quota pars sit. Nam unum ... pars est, duo tercia, tria dimidia. ... Nam et quaternarius ... et octonarius ... et novenarius ... Nam septenarius ... et novenarius ... pars ... dimidia ...

Senarius ergo numerus ut dictum est ... partibus suis compleatur et in summa ducte ... complentur. Alii vero ... Ceteri autem ... reperiuntur qui suis partibus compleantur ... nec ultra ... excre... Sed ad hoc ... unus ... partes sunt, hoc quod senarius est. Nam unus in numeris ... Tres ... dimidia ... Ternarius ... quota pars sit ... Porro quaternarius ... Nam unum quarta eius est, duo dimidia. Sed ambe in summam ducte, unum et duo, sunt tria ... Non ergo eum complent ... Quinarius ... Senarius vero tres tales habet partes: sextam, terciam, dimidiam. Sexta eius unum est, tercia duo, dimidia tria. Hec autem partes in summam ducte, id est unum et duo et tria, simul eundem consummant perficiuntque senarium. Septenarius non habet talem partem nisi septimam, que est unum. Octonarius tres habet: octavam, quartam, dimidiam, id est unum et duo et quatuor. Sed hec simul ducte septenarium faciunt infra ... Non ergo complent eundem octonarium. Novenarius duas habet: nonam, que est unum, et terciam, que est tria. Hec autem simul ... faciunt longe novenario minorem. Denarius tres habet tales: unum, decimam; duo, quintam; quinque dimidiam. ... Undenarius non habet nisi solam undecimam. Sic septenarius septimam solam, et quinarius solam quintam, et ternarius solam terciam. At binarius solam dimidiam, quod in omnibus unum est. Duodenarius vero partibus suis talibus simul ductis non ipse consummatur sed exceditur, ampliorem quippe duodenario numerum faciunt. Nam usque ad xvj perveniunt. Habet enim v: duodecimam, sextam, quartam, terciam, dimidiam. Nam duodecima eius unum est, sexta duo, quarta tria, tercia quatuor, dimidia sex. Unum autem et duo et tria et quatuor et sex in summam ducta xvj sunt.

Et multos minores ... infinita serie numerorum plures ... reperiuntur qui tales partes ... sicut octonarius et quaternarius ... vel in unum ducte ... in summam ... ultra ... sicut octonarius et novenarius ... sicut duodenarius et ... tales ... perfecti ... Ideo quod suis ... talibus partibus compleantur. Nam post senarium vicesimum octavum inveniunt qui similiter suis talibus partibus constat. Habet enim tales quinque: vicesimam octavam, quartamdecimam, septimam, quartam, dimidiam, id est unum et duo et quatuor et septem et quatuordecim, que simul ducte eundem vicesimum octavum numerum complent ... xxviij. Et quanto magis ... ordo procedit, tanto per ... pro rata porcione ... reperiuntur hii numeri qui talibus suis partibus in summam reducti ... perfecti ... Minores ... tales partes simul ducte non implent eos quorum partes sunt, imperfecti vocantur; ... autem eos excedunt, plusquam perfecti nominantur. Cap. iiij

Perfecto ergo numero dierum, hoc est senario, perfecit deus opera que fecit. Ita et scriptum est: Et consummavit deus in die sexto opera sua que fecit. Magis autem in istum numerum ... cum considero et ... et ordinem ipsorum operum. Sicut enim ... numerus gradatim partibus suis in trigonum surgit. Nam in primis unum, duo, tria, ut nulla alia interponi possit, quia singula ... partes sunt quibus constat: unum sexta, duo tercia, tria dimidia. Prima vero die facta est lux, duobus autem sequentibus fabrica mundi ...

Vespera mane

Senarius ... perfectus

... imperfecti

uno pro superiori et summum aliud inferior [illegible] et terra. Sed pretereo superiorum nullius [illegible] corporalis quibus impleant. Cum enim non erant imponi corpora tali refectione indigentia aut inferiorum [illegible] agentibus [illegible] essent necessaria corum indigentie. [illegible] ante [illegible]. Reliquum quod [illegible] dictum est certa sunt quod [illegible] ipsa [illegible] visibilia et [illegible] visibilia sunt et [illegible] montibus [illegible] agentur. Primo in [illegible] luminaria quia [illegible] per ordo ipse posceBat. [illegible] uno die [illegible] alio [illegible]. Nec [illegible] non potuisse deum facere uno die [illegible] si vellet [illegible] uno die spiritualem alio corporalem [illegible] die celum, et alio terram cum omnibus que in ea sunt. Et omnia quod vellet. Et quando vellet, et quomodo vellet. Quis est qui dicat voluntati eius potuisse resistere. Capitulum quintum

Quapropter cum eo legimus sex diebus omnia perfecisse, et senarium numerum considerantes invenimus eum perfectum [illegible] et [illegible] ordine [illegible] et [illegible] partium [illegible] ille numerus perficitur quadam districtione. Venit etiam illud [illegible] quod alio loco scriptura ei dicitur: Omnia in numero et mensura et pondere disposuisti. [illegible] invocato in auxilium deo et impertiente [illegible] ingenii [illegible] verum [illegible] [illegible] anima [illegible] invocato [illegible] in quibus deus omnia disposuisse scriptum est, erant [illegible] angelis [illegible] mensura [illegible] ipsa [illegible] sunt et si erat [illegible] ubi erant. Neque [illegible] creatura erat [illegible] nisi creator. In ipso ergo erat. Sed quomodo? Nam et [illegible] que facta sunt in ipso esse legimus. [illegible] An illa per ipsum [illegible] in illo [illegible] regente regebantur. Et quomodo illa ipse? Licet et deus mensura [illegible] numerus [illegible] sine pondere [illegible] ita omnia [illegible] nominum mensura in eis que metimur, et numerus [illegible] sicut pondus [illegible] appendimus, non est deus ista. Sed [illegible] quod mensura omni rei modum prefigit. Et numerus omni rei speciem prebet, et pondus omnem rem ad quietem et stabilitatem trahit, ipse primitus [illegible] et veraciter et singulariter ista est, [illegible] et format [illegible] et ordinat omnia. Quod [illegible] disposuisti, intelligitur quomodo per cor et linguam [illegible] potuit: omnia in mensura, et numero, et pondere disposuisti. [illegible] omnia ut disponerentur [illegible] excedere omnia que [illegible] ut videatur [illegible] sine numero. Et excedere omnia que appenduntur mensura sine mensura. Excedere omnia que [illegible] ut videatur pondus sine pondere. Neque enim mensura et numerus et pondus in lapidibus tantum et lignis [illegible] possunt ut videatur [illegible] pondus sine pondere. [illegible] corporalibus, vel terrestribus vel celestibus [illegible] cogitari [illegible] mobilibus et quibuscumque corporalibus [illegible] aliquid [illegible] memorabile et immoderatum progressio. Et est numerus et affectionum animi [illegible]

Quia ergo in operibus erat in diebus etiam distincte dispositio narrationis? Quia scilicet qui non possunt videre quod dictum est creavit omnia simul, nisi cum eis sermo tardius incedat, ad id quo ducit eos non possunt pervenire. Quomodo ergo dicimus sexies repetitam lucem illam primam, angelicam cognitionem, a vespere et ad mane, cum ipsa tantum simul et diem et vesperam et mane cum ea semel habere possit? Cum simul universam creaturam sicut simul facta est, et in principiis et in mutabilibus racionibus per quas condita est contemplaretur per diem, et in ipsa quidem natura cognosceret per vesperam, et creatorem ex ipsa creature infirmiore cognitione per mane laudaretur. Aut quid precedebat mane ut in verbo cognosceret quod erat a deo post faciendum, et consequenter vespera cognosceretur si prius et partim nihil factum est, quia ea simul facta sunt? Immo vero et prius et postea per vi dies que commemorata sunt que facta sunt, quia et scriptura que per memoratos dies narrat opera dei, et ea que simul eum dicit fecisse omnia, verax est, et utraque una est. Sed in his rebus in quibus quid prius sit ad partium intervalla temporum non demonstrant, quemadmodum vel quod dici possit et simul et prius ac posterius, facilius intelligitur quod dicitur simul quam quod prius ac posterius. Velut cum solem intuemur, certe manifestum est quod ad eum acies nostra pervenire non possit nisi totum aeris celi quod spacium, quod inter nos et ipsum est, transeundo posset. Hec autem longinquitas sit quam existimare sufficiat. Nec utique prius perveniret eadem acies vel radius oculorum noster ad transeundum aerem qui est super mare nisi prius transiret eum qui est super terram in quibus mediterranea regione sumus ab eo loco ubi sumus usque ad litus maris. Deinde si adtendimus terrenam continuam ad hoc plano imparem terra ad iacent, cum quo aerem qui super illas transmarinas terras est transire acies nostra non potest, nisi prius peracto spacio aeris illius quod super mare quod prius occurrit. Accedit [illegible] in pro illas transmarinas terras non nisi occeanum remanere. Numquid et aerem qui super occeanum effunditur potest transire acies nostra nisi prius transierit quicquid aeris citra occeanum est? Occeanum autem magnitudo incompatibilis prohibet. Sed quantumcumque sit prius est aerem qui super est transeant radii oculorum nostrorum. Et post ea quicquid ultra est cum demum ad solem pervenit quem videmus. Num ideo quia totiens hic prius diximus et postea ideo non simul omnia uno ictu transit? Nonne si clausis oculis facie contra celum posita, ubi eos aperuimus ibi potius aciem nostram invenisse quam illuc eam produxisse putabimus, ita ut nec ipsum oculi prius aperti fuisse videantur quam illo quo intendatur pervenisse. Et certe ille corporeus lucis est radius emicans ex oculis nostris. Et tam longe posita tanta celeritate contingens ut estimari comparari que non posset. Nempe hic ut et illa omnia tam ampla et immensa que spacia simul uno ictu transire manifestum est, et quid prius et postea transeatur

Capitulum xxx viii

Merito hoc videt ex celeritate cum exprimere vellet apostolus in ictu oculi dixit fieri. Neque enim aliquid in rerum corporearum motibus et ictibus potest celerius invenire. Sed si oculorum radius aciei celerius te tam prius quam mentis acies, vel humane, quanto magis angelice? Quid iam de ipsius summe dei sapientie celeritate dicam, que attingit ubique propter munditiam et nichil inquinatum in eam incurrit? In his ergo que simul facta sunt, nemo videt quid prius quid posterius fieri debuerit nisi in illa sapientia per quam facta sunt omnia per ordinem simul. Dies ergo ille in quo deus primitus fecit sex seculi cognitionibus [illegible]

insite rationes

visus [illegible] emicantis radius

[illegible] in nichilo [illegible]

[illegible]

creatura est in angelis supercelestium atque inde ceterum presentatur et omnibus operibus Dei hoc ordine preter
hoc ordine preter quia in verbo Dei et facienda presciuit et in creatura facta cognouit. Non
per interuallorum temporalium moras, sed prius et posterius habens in connexione creaturarum. In efficacia vero
creatoris omnia simul. Sic enim fecit que futura essent ut non temporaliter faceret temporalia, sed ab
eo facta currerent tempora. De prophetica dies isti vii quos lux corporis celestis circuitu explicat atque

Cap. 39

replicat sedulo quandam umbram significationis admonet nos querere illos dies in quibus lux creata
spiritalis omnibus operibus Dei presentari non posset, putari poterit atque in septima requie Dei ma-
ne habere et vesperam non habere, ut non ita sit Deus requieuisse in die vii tamquam die vii 4 quod
indigeret ad requiem suam. Sed quod in conspectu angelorum suorum requieuit ab omnibus operibus suis

egerit

que fecit non utique nisi in se ipso quem factus non est, ut creatura etiam angelica que cognoscens
omnia opera eius in ipso et in illis tamquam dies cum vespera percipit atque nichil per omnia valde
bona opera eius melius cognoscit quam illo ab omnibus in se ipso requiescente nullo modo egere
bono quo sit beatior.

Incipit liber quintus

Hic est liber creature celi et terre cum factus est dies, fecit Deus celum et terram et omne viride agri ante-
quam esset super terram, et omne fenum agri antequam exortum est. Non enim pluerat super terram, et
homo non erat qui operaretur terram. Fons autem ascendebat de terra et irrigabat omnem faciem
terre. Nunc certe firmior fit illa sententia qua intelleximus unum diem fecisse Deum, unde illi sex vel
septem dies unius huius repetitione numerari potuerunt. Quod quidem apertius sancta scriptura nunc dicit, quod
quedam modo tamquam ab initio usque ad hunc locum digerat atque infert: Hic liber creature
celi et terre cum factus est dies. Neque enim quisquam dubitat celum et terram hic commemoratam sicut
dictum est antequam conditus insinuaretur dies: In principio fecit Deus celum et terram. Illud enim sic commodo
intelligi ut aliquid Deus fecit sine die, priusquam faceret diem, quia non id possit accipi sicut
loco dixi quod dictum putavi. Nulla intelligendum melius intelligendi licentia. Nunc autem hic ostendit
incipit liber creature celi et terre cum factus est dies. Satis ut opinor ostendit non ita se
ita commemorasse celum et terram sicut in principio antequam fieret dies cum tenebre essent super abyssum,
sed quod factum est celum et terra cum facta est dies, id est formatis atque distinctis partibus ac generibus ut
quibus universa creatura disposita atque composita redderet hanc speciem quam mundus vocatur. Celum hic
quod celum commemoratum est quod eo creasse Deus firmamento vocavit, cum in omnibus que in illo sunt et
ea terra que cum ab illo in imo optinet locum cum omnibus que in ea sunt. Sequitur et ad
ingit fecit Deus celum et terram, verbi celi et terre nomine principio antequam fecit diem quemadmodum
et repetitis sic quemadmodum non sinuat suspicari, ita se nunc celum et terram nominasse sicut
in principio antequam creatus esset dies. Sic enim verba contexuit: Hic est liber celi et terre cum factus
est dies, fecit Deus celum et terram, ut si quisquam velit se intelligere quod superius positum est creature in libro
celi et terre, quemadmodum dictum est In principio fecit Deus celum et terram, postquam condidit diem, quia
prius et hic commemorata sunt celum et terram et post ea factus est dies. Corrigitur subsequenti
beati textus. Cum et post commemoratum factum diem, nunc celi et terre mentio admonita est, quam ita
et hic quod positum est cum et sic ad mentem factus est dies cui nisi contentioso extorqueat, aliud in-
tellectum esse non posse. Si enim ita esset inpositum ut diceret: Hic est liber creature celi et terre
in quo factus est dies, fecit Deus celum et terram, quisquam forte sic arbitraretur libet creature
celi et terre sic appellatum quod appellatum est In principio celum et terram, antequam conderetur dies ac deinde
subiunctum factus est dies sicut ibi postea narratum est quod Deus fecit diem. Unde coniunctione universum
deinde fecit Deus celum et terram tamquam sic in quemadmodum facta sunt. Sed post conditum diem.
Sed quia inpositum est ut diceret cum factus est dies sive his superioribus verbis contectas
sive sic inuisum sensum. Hic est liber creature celi et terre cum factus est dies, sive inferioribus
ut inde hoc modo sit plenus sensus, cum factus est dies, fecit Deus celum et terram, procul dubio
cogit eo modo se intelligi celum et terram commemorasse quo facta sunt cum factus est dies.
Deinde cum dixisset fecit Deus celum et terram, additum est et omne viride agri quod certe non nisi
est tertio die factum. Unde liquido apparet unum illum esse unum diem quem fecit Deus, cuius
repetitione factus est et 2 et 3 et ceteri usque ad 7 diem. Cap. secundum

Cum autem nomine celi et terre usitato more scripture uniuersa scriptura voluit acci-
pi, post querimus cur addiderit et omne viride agri. Credo mihi hic dicere potuisse ut si
quemadmodum intimaret quem diem commendaret quod ait cum factus est dies. Cito enim quisquam
putaret hunc diem hunc conspicere quemadmodum, quo credentibus nobis vicissitudo dierum

nocturni quod temporis exhibetur Sed cum creature condite ordinem recolimus et inuenimus omne viride agri
creatum die tercio antequam sol fieret qui quarto die factus est Cuius presencia dies ille quottidianus usitatus
peragitur cum audimus cum factus est dies fecit deus celum et terram et omne viride agri commo-
nemur de ipso die cogitare quem sive corporalem nescio qua luce nobis incognita sive spiri-
talem in societate unitatis angelice non tamen talem qualem nouimus hic intelligere uestigare
conemur Illud eciam non abre fuit intimari quod cum posset dici Hic est liber creature celi et
terre cum fecit deus celum et terram ut in celo et in terra intelligeremus quicquid in eis est sicut loqui
diuina scriptura consueuit ut nomine celi et terre sepissime addito et maris uniuersam insinuet creaturam
aliquando adiungens et dicens que sunt in eis ut quemadmodum corpus dicit ibi intelligeremus et diem sine
quo primitus condidit sine isto que presencia solis fit Non ita dicit Sed interposuit diem dicens
Cum factus est dies Nec ita locutus est ut diceret hic est liber creature diei et celi et terre tanquam
hoc ordine quo facta narrantur Nec ita hic est liber celi et terre cum factus est dies et celum
et terra et omne viride agri Hoc enim magis locucionis nostre loquendi consuetudo postularet Sed ait Hic
est liber creature celi et terre cum factus est dies fecit deus celum et terram et omne viride agri
Porro autem superior narracio factum diem primitus indicat cum quo unum diem deputat post quem secundum annu-
merat quo factum est firmamentum Et tercium quo species terre maris discrete sunt Et lignum atque herbam
An forte hoc illud est quod in libro superiore moliebamur ostendere simul deum fecisse omnia que cum
narrationis illa contextio per sex dierum ordinem tanta cuncta concorrata narrasset Nunc ad
unum diem omnia redigeretur nomine celi et terre adiuncto eciam fruticum genere Nunc propterea quod
ubi supra diximus ut si forte ex hac usitata consuetudine intelligeretur dies colligeret lector cum
recolit viride agri ante eum solarem diem deum creasse ut ita produceret terra et ipso solo conpalo
sancte scripture libro perfecte testimonium quod omnia deus creauerit simul Sed omnia nomine testificatio pagine commonemus
ex hac re nos admonet qui Cum factus est dies fecit deus celum et terram et omne agrestem agri viride
ut ipsum diem et septies intelligas repetitum ut fiant sex dies Et cum audis tunc facta omnia cum
factus est dies illam senariam vel septenariam repeticionem sine interuallis morarum spaciorumque temporalium fieri
si possis apprehendas Si autem nondum possis hec relinquas conspicienda valentibus Tu autem cum scriptura
ad deserente infirmitatem tuam et tecum incessu tardius ambulante proficias Que sic loquitur
ut altitudine altos irrideat penetrandum attentos terreat veritate magnos pascat affabilitate par-
vulos nutriat **Capitulum** Quod scriptum est ut quod sequitur Nam ita sermo contexitur Cum factus est dies
fecit deus celum et terram et omne viride agri antequam esset super terram Et omne fenum agri antequam exortum **Capitulum 2**
est Quid est hoc Nonne querendum est ubi ea fecit antequam essent super terram et antequam exorta sunt
Quis enim non promptius crederet tunc ea deum fecisse cum exorta sunt Non antequam exorta sunt nisi
admoneretur hoc diuino eloquio tunc deum ea fecisse quam exorirentur ut si ut facta sint inueniri
non posset crederet tamen ante facta quam orta Cum ipsius hanc scripture proprie credit nisi impie contumaciter credere
Quid ergo dicemus antequam exorirentur putabimus in ipso dei verbo ea fecisse omnia antequam exorirentur in terra
Sed si hoc modo facta sunt Non cum factus est dies Sed antequam fieret dies facta sunt Aperte autem scriptura
dicit Cum factus est dies fecit deus celum et terram et omne viride agri antequam esset Et omne fenum antequam
exoriretur Si ergo cum factus est dies Non utique antequam fieret dies Sed prius in verbo dei quod
prius cointinuum est Dies antequam omnia fierent aliquando Sed cum factus est dies Nam que in verbo dei ante
omnem creaturam sunt Non utique cum factus est dies facta sunt Hec autem facta sunt cum factus est dies
sicut scripture veritas declarat Sed tamen antequam esset super terram et antequam exorirentur quod de viridibus feno
Wbi ergo cum ipsa terra cum ipsa et subjecta sunt **Capitulum 3m** agri dicitur est
in seminibus iam sunt ea antequam evoluant quodammodo atque explicent numerosa atque speciebus suis
per moras temporum Sed illa semina que videmus iam super terram sunt iam exorta sunt facta sunt Et accessu
incrementorum in auras erumpere quod per innovationem temporum uni fieri videmus pars cuique generi conditibus
Nunc ergo semina tunc facta sunt cum factus est dies Et in tribus ~~factum~~ erat omne viride agri
et omne fenum Non dumtaxat ea specie qua sunt super terram iam exorta Sed ea conceptione qua sunt in radicibus
seminum Semina ergo primum terra produxit Sed aut ita scriptura loqueretur cum diceret produxit terra her-
bam pabuli vel herbam feni seminantem semen secundum genus et secundum similitudinem et lignum fructiferum fa-
ciens fructum cuius semen suum in se sit secundum genus super terram Hic enim ubique magis apparet
semina esse exorta ex herbis et lignis non autem illa ex seminibus Sed ex terra prestitum Certa ipsius
verba dei sic se habent Non enim ait germinent semina in terra herbam feni et lignum fructiferum Sed ait
Germinet terra herbam feni seminantem semen ut semen ex herba non herbam insinuaret ex semine
Et est factum Et produxit terra id est sic factum est prius in cognicione diei illius et produxit terra
Iam ut hoc fieret esset in ipsa creatura que condita est Quid ergo antequam esset super terram
et antequam exorirentur exorientur eciam aliud fuit fieri ea celo et terra que factus est dies ille in

Semina prius
producta sunt

visitatur, atque inculcatur nobis quae primum deus fecerit. Aliud autem est exoriri super terram quod fit in
istis diebus quos circuitus solis facit per temporis moras suo cuique generi accommodatas. Sed si illa
dies sex ille atque societas atque unitas supercaelestium angelorum atque virtutum est, peculiariter longe alia nota angelis
exceptio ipsa est quod in verbo dei noverunt per quod facta sunt omnia, et in ipsa creatura. Dico longe aliter ipsis nota est
quam nobis, illa scilicet primordialis vel in verbo dei, ut originaliter sic creata deus primum condidit, et post ea conditio
a suis operibus requievit non condendo aliquid amplius. Nobis autem si non omni conditur administratione iam
per succedentia temporum spatia, quibus deus iam in illis velut seminaria perfectionum consummatis universis operatur.

Campestre autem ergo tunc dicit eum produxisse terram. **Cap. v**

herbam et lignum, id est producendi accepisse virtutem. In ea quippe iam tamquam in radicibus, ut ita dixerim, temporum facta erant quae per tempora fuerant futura. Nam utique postea plantavit deus paradisum iuxta orientem
et eiecit in eo lignum de terra speciosum ad aspectum et bonum ad escam. Nec tamen dicendum est eum aliquid
tunc addidisse creaturae quod antea non fecerat, quod velut illi perfectioni quia omnia bona valde sexto die consummaverat postea esset addendum; sed quia iam omnes naturae fruticum atque lignorum in prima conditione factae fuerant,
a qua conditione deus requievit, movens deinde administransque per temporales cursus illa ipsa quae condidit et a quibus conditis requievit. Non solum tunc plantavit paradisum, sed etiam nunc omnia quae nascuntur.
Quis enim alius etiam nunc ista creat nisi qui usque nunc operatur? Sed creat haec modo ex his quae iam sunt; tunc
autem ab illo cum omnino non essent, creata sunt cum factus est dies ille qui et ipse omnino non erat, spiritualis
videlicet atque intellectualis creatura. Effecta illa creatura motibus suis coepit agere tempora; unde aut creaturae
fuisse ipsa tempora requirantur, quae possint inveniri ante ipsa? Motu enim si nulla esset vel spiritualis vel corporalis creaturae, nullum esset tempus omnino. Quomodo autem facere non
solum possit si non esset? Porro ergo tempus a creatura, quam creatura coepit a tempore; utrumque autem ex deo.
Ex eo enim et in ipso et per ipsum sunt omnia. Nec sic accipiendum quod dictum est tempus a creatura coepit,
quasi tempus creatura non sit, cum sit creaturae motus ex alio in aliud, consequentibus rebus secundum administrationem ordinantis dei cuncta quae creavit.

Capitulum vi

Quapropter cum primam conditionem creaturarum cogitamus, a quibus operibus suis deus die septimo requievit,
nec illos dies sicut istos solares nec ipsam operationem ita cogitare debemus quemadmodum nunc aliquid
deus operatur in tempore, sed quemadmodum operatus est unde inciperent tempora, quemadmodum operatus est simul omnia,
praestans eis etiam ordinem non intervallis temporum sed connexione causarum, ut ea quae simul facta sunt senario
numero illius diei, in quo praesentato perficerentur. Non itaque temporali sed causali ordine prius facta est informis formabilisque materies, et spiritualis et corporalis, de qua fieret quod faciendum esset, cum et ipsa priusquam instituta est non fuisset. Nec instituta est nisi ab illo utique summo deo et vero ex quo sunt omnia.
Quae sive caeli et terrae nomine significata sint quae in principio fecit deus ante unum illum diem quem condidit,
et prius non sic appellata, quia inde facta sunt caelum et terra; sive nomine terrae invisibilis et incompositae atque
abyssi tenebrosae, ut iam in primo libro tractatum est. In his vero quae iam ex informitate formata sunt
evidentiusque appellantur creata vel facta vel condita, primum factus est dies. Oportebat enim ut primatum
creaturae obtineret illa natura creaturae per creaturam posset cognosci. Secundo firmamentum unde
corporeus incipit mundus. Tertio species maris et terrae atque in terra potentialiter, ut ita dicam, natura
herbarum atque lignorum. Sic enim terra ad dei verbum ea produxit antequam essent exorta, accipiens
omnes numeros eorum, quos per tempora exereret secundum genus suum. Deinde postea quam sic habitatio rerum velut
condita est, quarto die luminaria et sidera creata sunt, ut prius pars mundi superior rebus
quae intra mundum moventur visibilibus ornaretur. Quinto aquarum natura, quae caelo aeri coniungitur,
produxit ad verbum suum indigenas suos omnia, scilicet natatilia et volatilia. Et haec potentialiter in numeris
quos per congruos motus temporum exererent. Sexto terrestria animalia tamquam ex ultimo elemento
mundi ultima, nihilominus potentialiter, quorum numeros tempus postea visibiliter explicaret.

Hunc omnem ordinem creaturae nonnisi dies ille cognoscens, et per hanc cognitionem sexies quodam modo praesentatus tamquam sex dies exhibuit, cum sit unus dies ea quae facta sunt in causis primitus et deinceps
consequenter agnoscens. Nec ipsius remanens sed ex eis ex posterioribus cognitionibus ad dei notitiam dictos
vesperam et mane et medium, sed in omnibus praebens non per moras temporum sed per ordinem conditorum.

Postremo quietis sui conditoris, quia in se requievit ab omnibus operibus suis, notitiam repetivit,
in qua non hic vesperam habere et sanctificari ob hoc meruit. Unde ipsum septenarium numerum
sacro spiritui quodammodo dedicatum commendat scriptura septimo et nomine sabbato. Hic est ergo liber creaturae
caeli et terrae, quia in principio fecit deus caelum et terram secundum quamdam conditam, ut ita dicam, formabilitatem, quae consequenter verbo eius formanda fuerat praecedens formatam suam, non tempore sed origine.
Nam utique cum formaretur primum factus est dies. Cum factus esset dies, fecit deus caelum
et terram et omne viride agri antequam esset super terram, et omne fenum agri antequam exoriretur,
sicut tractavimus, vel si quid liquidius vel congruentius videri et dici potuit aut poterit.

nulla
terra igitur abyssus
exererentur

Capitulum vii

Quod sequitur non pluerat deus super terram, et homo non erat qui operaretur terram, quo pertineat et
quid insinuet indagare nobis difficile est. Tamquam ideo nondum exortum esset fenum agri
quod nondum pluerat super terram. Si enim post pluviam fenum fecisset deus ex pluvia magis exortum
quam factum ab ipso videretur. Quid enim quod post pluviam exoritur ab alio fit nisi ab ipso deo. Cur
autem non erat homo qui operaretur terram. Nonne iam sexto die fecerat hominem et vii die requieverat
ab omnibus operibus suis que fecit. An et hec recapitulando commemorat. Cum quando fecit deus omne
viride agri. Et omne fenum nondum pluerat super terram et nondum erat homo. Tertio quippe
die fecit illa, hominem autem vi die. Sed tunc fecit deus omne viride agri et omne fenum agri an-
tequam exortum est super terram non solum homo non erat qui operaretur terram sed nec ipsum fenum erat
super terram quod utique aut dicit factum quam exortum. An ideo die tertio deus fecit illa, quia nondum
erat homo qui operando terram faceret ea. Quasi vero non multa ligna et tam multa genera herbarum [illegible]
non sine ullo opere hominum nascuntur ex terra. An utrumque hic positum est. Et quia nondum pluerat
super terram. Et quia nondum erat homo qui operaretur terram [illegible] opera humana non [illegible] per
pluviam ista nascuntur. [illegible] autem [illegible] que [illegible] per pluviam non nascuntur nisi humana opera accedat
ideo nunc utrumque adiuvandum [illegible], ut cuncta nascantur. Tunc autem utrumque defuit. Ideo fecit
ea deus potentia verbi sui sine pluvia et sine opere humano. Nam et nunc ipse facit. Sed iam per
pluviam et per hominum manus. Quoniam neque qui plantat est aliquid neque qui rigat sed qui incrementum
dat deus omnipotens.

Sequitur capitulum viii. De fonte paradisi

Quid ergo est quod adiungit fons ascendebat et irrigabat omnem faciem terrae. Ille quippe fons tanta
ubertate manaret [illegible] pro magno [illegible]
largitate [illegible] sicut nilus egypti possit irrigare terram esse pro pluvia. Quid utique pro [illegible] [illegible] fons
inundaret [illegible] antequam pluere fecisset deus illa [illegible] [illegible] possent ad [illegible] pluviam [illegible] fons
irrigans terram. [illegible] et si aliquid [illegible] mora illa fortasse non [illegible] nulla nascerentur. [illegible]
[illegible] et more suo scriptura tamquam [illegible] loquitur et tamen innuit aliquid quod intelligunt qui valent
[illegible] etiam sic isto die paulo superius commemorato sequitur unum diem a deo factum et [illegible] demum
fecisse celum et terram cum facta est dies ut quo possemus cogitandum simul omnia deum fecisse quibus
superiorum vi dierum enarratio velut temporum intervalla ostendisse videtur [illegible] dixisset cum [illegible]
[illegible] deum fecisse omne viride agri antequam esset super terram. Nec erat homo qui operaretur terram. Tamquam
diceret. Non ea sic fecit deus quemadmodum nunc facit talia cum pluit et cum operantur homines. [illegible] iam per
morulas temporum fiunt que tunc non erant cum fecit omnia simul unde etiam tempora inciperent

Capitulum ix

Quod autem sequitur fons autem ascendebat de terra et irrigabat omnem faciem terre. Hinc iam arbitror, quantum
intimatur que fiunt per intervalla temporum ex illa prima conditione [illegible] ubi facta sunt omnia simul
[illegible] ab eo cepit exordio, ex quo cuncta que nascuntur et alimenta et herbarum et lignorum [illegible]
temporales [illegible] naturis [illegible] distributos. Omnia quippe primordia [illegible] sine unde [illegible]
[illegible] omnia fecit [illegible] humida sunt et ex humido [illegible] humore [illegible] et illis
[illegible] numero trahentes [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible] paruimus ex illis [illegible] operibus dei a quibus in die
septimo requievit.

Capitulum x. De illo fonte paradisi

Merito tamen quis ille sit fons ad irrigandam omnem terre faciem idoneus valde queri potest. Si enim fuit
et obstructus [illegible] vel siccatus [illegible] requirenda est. Nunc enim videmus nullum esse fontem qui irrigaret
omnem faciem terre. Fortassis ergo peccatum hominum hoc est pena [illegible], ut cum illius fontis repressa
largitate [illegible] terrae [illegible] fecunditate ut [illegible] augeretur labor [illegible] quibus nulla
[illegible] scriptura narravit afflictio [illegible] [illegible] nisi id [illegible] quod peccatum hominum cum pena laboris
imposita est post paradisi delicias exstitit. Paradisus autem habebat [illegible] fontem [illegible] [illegible]
pro locorum [illegible] loco. Ex uno capite [illegible] magna flumina et nota [illegible] manare narrantur.
Ubi ergo erat ille fons aut ista flumina quod ille unus [illegible] ascendebat de terra et irrigabat omnem
faciem terre. Certe et tunc non maior qui dicitur nilus unus ex illis [illegible] irrigabat egyptum quod
fons ascendebat de terra et non egyptum tantum sed omnem faciem terre [illegible]. An [illegible] deum voluisse [illegible]
est uno fonte maximo irrigare omnem terram ut ea [illegible] principali in ea [illegible] accepto [illegible] ad
[illegible] per [illegible] spatia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et post ea-
plantato paradiso repressisse illum fontem [illegible] fontibus [illegible] implevisse terram. De paradiso
autem uno fonte [illegible] [illegible] [illegible] ut et terra [illegible] [illegible] plena [illegible]
[illegible] temporum [illegible] [illegible] habere et flumina et paradisi loco [illegible] plantari
[illegible] illa flumina ex capite [illegible] fontis emitteret. Aut ex ipso uno fonte paradisi [illegible] longius
[illegible] per totam [illegible] terram [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] repressisse in eo loco [illegible] [illegible] [illegible] ut de [illegible] per

omnem terram capitibus fluminum ac fontium eam manaret ac deinde eam irrigaret illius fontis. Non enim
universam terram rigarent. Sed naturales plures esse illos inter flumina emitterent plantasse paradisum et
hominem quem fecerat collocasse. Omnia enim non omnia scripta sunt quemadmodum per illa primum creata sunt eo ordine quo
evenerunt; sed certe sunt administrationes creaturarum, quae primitus facte sexto die illo consummate sunt. Sed
quoniam satis indicavit spiritus qui erat in eo, quae non solum ad sensum et notitiam si etiam ad futuram
peregrinationem valent respiciens continuatim quid fieri potuit quod ille non respiciens praetermisit. Sed nos conatus
pro modulo nostro quantum adiuvamur efficere ne aliqua absurditas vel repugnantia putetur esse in scriptura sancta
quae opinionem lectoris offendat et durius existimet fieri non potuisse quod sancta eius scriptura commemorat ut re-
silat a fide vel non accedat ad fidem. **Capitulum XI De ffonte paradisi**

Proinde cum de isto fonte communi quo quod dictum est ascendebat de terra et rigabat omnem faciem terrae, non impos-
sibile videatur si ea quae diximus impugnata tuncquam videntur, curat ipse aliud quod tamen verum illa scriptura non
fateatur, quae procul dubio verax est etiam si non monstratur. Nam si argumentari volunt quod eam falsam esse convincat
aut ipse nulla vera de creaturarum conditione ac administratione dicturus est, aut si vera ista non intelligen-
do potius putabit, velut si crederet ideo non potuisse unum fontem omnem terrae faciem rigari quia si non
terram non rigabat non omnem terrae faciem rigari sed aut montes rigabat, non erat impetus fugiens. Sed di-
luvium inundatio. Cum si terra inundata erat totum mare erat arida et nudo discreta erat. Cum vide-
amus hic vicibus temporum posse fieri certo tempore per plana Egypti Nilus restagnat, et alio tempore ad ripas suas
redit. Aut si ille nescio cuius ignote ac longinque partis unde aquis ac primum hiemalibus am-
plissima creditur incrementa colligere unde decrescente ~~aliquo~~ altius cogitur; unde de quibusdam litoribus
quae late undantur fluctibus notissimum est oppositum; quid patet ut omittam quod de quibusdam fontibus mira vicissi-
tudine perhibetur, certo annorum intervallo sic eos inundare ut tota illa regio rigetur; cum alio tempore vix
ex altis puteis ad potandum sufficientem praebeant aquam. Cur sit ergo incredibile si ex uno capite abyssi alterna
inundatione fluente atque refluente tunc universa terra rigata est. Quod si ipsius abyssi magnitudinem
ea parte excepta quod mare dicitur et evidenti amplitudine aquam a maris fluctibus circumambit, ea sola
parte quam occultis sinibus terra continet; unde se omnes fontes amnesque diversis sinibus venis distri-
buunt, et pro suis quisque locis erumpunt; fontem voluit appellare, non fontes propter unitatem eius qui per
innumerabiles vias antrorum atque venarum ascenderet de terra et ubique dispertitus quam crebris irrigaret omnem
faciem terrae, non continua specie tamquam maris sive stagni, sed sicut videmus ire aquas per alveos fluminum
flexusque rivorum et eorum excessu vicina perfundere. Quis non accipiat nisi qui contentioso spiritu la-
borat. Potest quippe et ita dictum intelligi omnem terrae faciem irrigantem, sicut dicitur omnis vestis
facies colorata est si non continuatim sed maculatim fiat, praesertim quia tunc in novitate terrae, et si
non omnia plura tamen plana fuisse credibile est, quo latius possent erumpentia fluenta diffundi atque distendi.
Sed cum ipsius defectus fontis magnitudine vel multitudine, cum sive unde sunt aliunde erumptionem
sive per aliqua in terra occultis sinibus venirent vel omnes aquae per terram fluerent, cum fontium magnorum
atque parvorum unus fons dictus est per omnes disperses ascendens de terra et irrigans omnem faciem terrae
[illegible] quod est credibilius, quia non ait unus fons ascendebat de terra pro numero plurali posuit singu-
larem ut sic intelligamus fontes multos per universam terram loca vel regiones proprias irrigantes, sicut
dicitur miles et multi intelliguntur. Sicut dicta est locusta et rana in plagis quibus Egyptus percussa est cum es-
sent innumerabiles locustae atque ranae. Sed iam non diutius laboremus. **Capitulum XII**

Sed illud iam attendamus, utrum possit nobis per omnia constare sententia, qua dicebamus aliter operari
Deum in creaturas primae conditionis a quibus operibus in die septimo requievit, aliter ista quae admi-
nistrat quae usque nunc operatur. Nunc tunc omnia simul sine ullis temporalium morarum intervallis. Nunc autem
per temporum moras quibus videmus sidera moveri ab ortu usque ad occasum, caelum mutari ab aestate ad
hiemem, germina certis dierum momentis pullulare, grandescere, virescere, arescere, animalia quoque statutis
temporum metis et cursibus concipi et perfici, et nasci et per aetates usque in senium mortemque decur-
rere, et cetera huiusmodi temporalia. Quis ergo operatur ita nisi Deus? Et sine ullo tali motu illius
cum ipso accedit tempus. Sicut illa ergo opera Dei a quibus requievit in die septimo, et ista quae usque nunc
operatur quod eadem scriptura insinuans per narrationis articulum conexuit ut illa explicasse, et
ista cepit contexere. Illorum explicationes generatione sic facta est.

Hic est liber creaturae caeli et terrae, cum facta est dies, fecit Deus caelum et terram et omne viride
agri antequam esset super terram et omne fenum agri antequam exoriretur. Non enim pluerat Deus super ter-
ram et homo non erat qui operaretur terram. Istorum autem contexio sic coepit: Fons autem ascendebat de terra
et irrigabat omnem faciem terrae. Ab hac commemoratione fontis iam ea deinceps commemorantur quae
per moras temporum facta sunt, non omnia simul. Tamen ergo illud se habet omnium creaturarum rationes
incommutabiles in verbo Dei aliud illa eius opera a quibus in die septimo requievit, aliud et illa quae
ex ipsis usque nunc operatur. Horum trium hic quod extremum posui nobis utcumque notum est, per corpo-

Margin notes: Sagitta — quid fons dicitur — [illegible] — non bene de fonte pluviali — usque

sensuum et humane consuetudinis vite. Que vero illa remota a sensibus nostris et absunt cogitationis humane conspectu
divina auctoritate credenda sunt. Deinde per hec que nota sunt utrumque nostrorum quo quisque
magis minusve pro sue capacitatis modo divinitus adiutus interius eternisque rationibus ut possit. Capitulum xiii

De primis ergo illis divinis incommutabilibus eternisque rationibus quas ipsa dei sapientia per quam facta
sunt omnia priusquam fierent ea novit, sic scriptura testatur: In principio erat verbum et verbum erat apud
deum et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est
nichil. Quis ergo tam sit demens ut dicat non ea deum fecisse que novit. Porro si novit
ubi nisi apud seipsum, apud quem verbum erat per quod facta sunt omnia. Nam si extra seipsum ea noverat
quis eum docuit. Quis enim cognovit sensum domini aut quis consiliarius eius fuit aut quis prior dedit illi et retribuetur ei. Quoniam
ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Quamquam et ea que sequuntur in evangelio satis asserunt istam
sententiam. Adiungit enim evangelista et dicit: Quod factum est in ipso vita erat, et vita erat lux hominum, quia
scilicet rationales mentes in quo genere homo factus est ad ymaginem dei non habent veram lucem nisi ipsum verbum dei
per quod facta sunt omnia, cuius participes esse poterunt ab omni iniquitate et errore mundate. Non ergo ita
pronuntiari oportet: Quod factum est in illo vita erat, ut distinguamus: Quod factum est in illo, et deinde inferamus:
vita erat. Quid enim non in illo factum est, cum generationis illius multis enumeratis dicatur
in psalmo: Omnia in sapientia fecisti; dicat apostolus: Quoniam in ipso condita sunt omnia in celo et in terra
visibilia et invisibilia. Consequens ergo erit, si ita distinximus, ut et ipsa terra et quecumque in ea sunt
vita sit. Quam enim absurde dicantur omnia vivere, quanto absurdius ut vita sint. Presertim
quia distinguit de quali vita loquitur, cum addidit: et vita erat lux hominum.

Sic ergo distinguendum est, ut cum dixerimus: Quod factum est, deinde inferamus: in illo vita est; non in se,
hoc est in sua natura qua factum est, ut creatura et opus sit, sed in illo vita est, quia omnia que per illum
facta sunt noverat antequam fierent. Et in illo erant, non sicut creatura celi et terre que per hec non sunt
creatura quam fecit, sed sicut vita et lux hominum quod est ipsa sapientia et ipsum verbum unigenitus dei filius.
Eo modo ergo in illo vita est quod factum est, quo dictum est: Sicut pater habet vitam in semetipso sic dedit
filio habere vitam in semetipso. Nec pretermittendum quod emendatiores codices habent: Quod factum est in illo
vita erat, ut sic intelligatur vita erat quomodo in principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum.
Quod ergo iam factum est vita erat in illo, et vita non qualiscumque. Nam et pecora dicuntur vivere que
non possunt frui participatione sapientie. Sed vita erat lux hominum. Mentes quippe rationales eius purgate
gratia possunt pervenire ad eiusmodi visionem qua nec est superius quicquam nec beatius. Sed etsi hoc eligamus
et intelligamus: Quod factum est in illo vita est, invenitur ita factum ut id quod per ipsum factum est vita in illo
esse intelligatur, in qua vidit omnia quando fecit, et sicut fecit et sic vidit ea ita fecit. Nec preter
semetipsum videns, sed in seipso ita enumeravit omnia que fecit. Nec alia visio ipsius (ipsa) et patris, sed una sicut
una substantia. Nam et in libro Job de ipsa sapientia per quam facta sunt omnia predicatur: Sapientia vero inquit
unde inventa est, et quis est locus scientie? Ignoravit mortalis viam eius, nec invenitur in hominibus.
Et paulo post: Audivimus inquit gloriam eius. Dominus commendavit viam eius, et ipse novit locum eius.
Ipse enim omnem que est sub celo perspicit et novit que sunt in terra omnia que fecit, ventorum libramenta atque men-
suras. Quod fecit sic vidit et enumeravit. Huius atque huiusmodi testimoniis probatur quod hec omnia priusquam fi-
erent erant in notitia facientis, et utique ibi meliora ubi veriora, ubi eterna et incommutabilia.
Quamquam sufficere debeat ut quisque noverit vel indubitanter credat quod deus hec omnia fecit. Non opinor
eum esse tam excordem ut deum que non noverit fecisse arbitretur. Porro si novit ea priusquam fecit,
ea profecto priusquam fierent apud illum erant eo modo nota quo sempiterne atque incommutabiliter vivunt et
vita sunt, facta autem eo modo quo unaqueque creatura in genere suo est. Capitulum xiiii

Quamvis ergo ista eterna incommutabilis que non est quod deus est, hoc ipsum in se ut sit, sicut ait Moysi dicens: Ego sum
qui sum, longe sit aliter quam per ista que facta sunt. Aliud enim vere ac summe est quod eodem modo semper
est. Nec solum non mutatur sed mutari omnino non potest. Nichil horum que fecit existens et omnia
primitus habens sicut ipse est. Neque enim ea faceret nisi ea nosset antequam faceret. Nec nosset nisi
videret. Nec videret nisi haberet. Nec haberet ea que nondum facta erant nisi quemadmodum est
ipse non factus. Quamvis itaque illa substantia ineffabilis sit nec dici utcumque homini per hominem possit
nisi usurpatis quibusdam locorum et temporum verbis, cum sit ante omnia tempora et ante omnes locos,
tamen propinquior nobis qui fecit quam multa que facta sunt. In illo enim vivimus movemur et sumus.
Istorum autem pleraque remota sunt a mente nostra propter dissimilitudinem sui generis quia corporalia sunt.
Nec idonea est ipsa mens nostra in ipsis rationibus quibus facta sunt ipsa videre apud deum, ut per hec
sciamus quot et quanta qualiaque sint, etiamsi non ea videamus per corporis sensus. Remota quippe
sunt et a sensibus corporis nostri quia longe sunt, vel interpositis aut oppositis aliis a nostro contuitu
tamen separantur. Ex quo fit ut maior adsit inveniendi ista labor quam ad illum agno

facta sunt. Cum sit inseparabili felicitate praestantius illum ex contemplatione [illegible] pia mente sentire quam ea comprehendere universa. Unde recte culpantur in libro Sapientiae inquisitores huius saeculi. Si enim inquit tantum potuerunt valere ut possent aestimare saeculum, quomodo eius dominum non facilius invenerunt. Ignota enim sunt fundamenta terrae oculis nostris et qui fundavit terram propinquat mentibus nostris. Capitulum XV

Iam nunc consideremus ea quae fecit deus omnia simul a quibus in sex diebus consummatis requievit in septimo, post ea consideraturi opera eius quibus usque nunc operatur. Ipse enim ad saecula a saeculo ea diximus ex quo coepit saeculum sicut ipse mundus. Ipsi saeculo autem sunt ea quae insunt in mundo. Cum ergo scriptura dixisset omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, paulo post ait: In hoc mundo erat et mundus per eum factus est. De hoc opere dei alio loco scriptum est: qui fecisti mundum de materia informi. Hic mundus plerumque caeli et terrae nomine nuncupatur sicut iam commemoravimus deum fecisse, sicut scriptura dicit: Cum factus est dies. De quibus diebus iam quantum visum est disputavimus quemadmodum se haberet conditionem mundi ipsius. Et quia in sex diebus consummatus est cum omnibus quae in eo sunt, et quod tunc factus est cum factus est dies, ut et illud congruat quod creavit omnia simul. Capitulum XVI

Huius universae creaturae dei multa non novimus, sive quae in caelis sunt altius quam ut nostri sensus ea possint attingere, sive quae in ignotioribus terrae sint fortassis inhabitabilibus, sive quae deorsum latent in profundo abyssi vel in occultis sinibus terrae. Haec igitur antequam fierent utique non erant. Quomodo ergo nota erant deo quae non erant? Et rursus quomodo ea faceret quae sibi nota non erant? Non enim quicquam fecit ignorans. Nota ergo fecit, non facta cognovit. Proinde antequam fierent et erant et non erant: erant in dei scientia, non erant in sua natura. *(margin: non dei scientia)* At per hoc facta est dies ille cui utroque modo innotescerent, et in deo et in se ipsis, illa velut matutina sive diurna cognitione, haec vero vespertina. Ipsi enim deo alio modo non audeo dicere innotuisse cum ea fecisset quam illo quo ea noverat ut faceret, apud quem non est commutatio nec momenti obumbratio. Sequitur capitulum XVII

Non sane propter insuper scientiam indiget angelis, quasi per eos fiat scientior, sed illo simpliciter et mirabiliter novit omnia stabiliter atque incommutabiliter. Habet autem nuntios propter nos et propter ipsos, quia illo modo deo parere et assistere, ut eum de inferioribus consulant eiusque superius praeceptis et iussis obtemperent, bonum est eis in ordine propriae naturae atque substantiae. Nuntii autem graece angeli dicuntur, quo nomine generaliter universa illa superna civitas nuncupatur, quam primum diem conditum existimamus. *(margin: Nuntius id est angelus; primus dies)* Nam nec ipsos latuit mysterium regni caelorum quod opportuno tempore ~~[illegible]~~ revelatum est pro salute nostra, quo ex ista peregrinatione liberati eorum coetui congregemur. Neque enim hoc ignoraverunt quod semen ipsum, quod opportuno tempore advenit, propter eos dispositum est in manu mediatoris, id est in eius potestate qui dominus eorum est et in forma dei, et in forma servi. Dicit apostolus: Mihi minimo apostolorum data est gratia haec in gentibus annuntiare investigabiles divitias Christi, et illuminare quae sit dispensatio sacramenti quod fuit absconditum a saeculis in deo qui universa creavit, ut innotesceret principibus et potestatibus in caelestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei secundum propositum saeculorum quod fecit in Christo Iesu domino nostro. Sic ergo fuit hoc absconditum a saeculis in deo, ut tamen innotesceret principatibus et potestatibus in caelestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei. Quia ibi primitus ecclesia quo post [illegible] ecclesia congreganda est ut simus aequales angelis dei. Fuit ergo a saeculis innotuit. Quia [illegible] creatura non ante saecula sed a saeculis. Ab ipsa enim exorta sunt saecula et ipsa a saeculis, cuius initium saeculorum est, [illegible] ante saecula per quem facta sunt saecula. Unde et ex persona sapientiae dicitur: Ante saecula fundavit me, ut in ea faceret omnia cum deus est. Quomodo in sapientia fecisti, [illegible] non latuit angelos quod absconditum est in deo, hoc eis apparuit cum efficeretur atque propalaretur. Unde apostolus ita testatur: Et sine dubio magnum est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est in gentibus, creditum est in hoc mundo, assumptum est in gloria. Capitulum XVIII

Et nisi fallor mirum est, si non omnia quae dicit deus tamquam ad personam [illegible] facit sive ab angelis sive ab hominibus. Modus quippe loquendi cum proferretur [illegible] significaretur, creber est in scripturis sanctis, maxime cum de deo aliquid dicitur quod ei ad proprietatem loquendi [illegible] clamat. Capitulum XIX de operibus dei

Iam nunc discernamus opera dei quae usque nunc operatur ab illis operibus a quibus in die septimo requievit. Sunt enim qui arbitrantur tantummodo mundum ipsum factum esse a deo, cetera iam fieri ab ipso mundo sicut ille ordinavit et iussit, deum autem ipsum nihil operari. Contra quos profertur illa sententia domini: Pater meus usque nunc operatur. Et ne quisquam putaret apud se illum aliquid operari, non in hoc mundo: Pater in me manens ipse facit opera sua. Et sicut pater suscitat mortuos et vivificat, sic et filius quos vult vivificat. Deinde quia non solum magna atque praecipua verum etiam ista terrena et extrema ipse operatur, ita dicit ipse apostolus: Stulte, tu quod seminas non vivificatur nisi prius moriatur. Et quod seminas non corpus quod futurum est seminas sed nudum granum tritici aut alicuius ceterorum. Deus autem dat illi corpus

quod voluit, et utrumque seminum spiritus corporis. Sic ergo credamus vel si possumus etiam intelligamus usque nunc ope-
rari Deum, ut si conditis ab eo rebus operatio eius subtraheretur intercident. Si plane si aliquam creatu-
ram sic eum instituere putaremus ut genus eius sine illo suo conditore non inservirent. Ipse condiderat dicente
scriptura quod consummavit omnia sua opera die vi. Secundum id et ipsa in que primo condidit nova eius ultra
fieri quod tunc non fecit monstratur. Novum autem genus instituere credi iam non potest. Quam tunc omnia consu-
mavit. Movet itaque occultam potentiam universam creaturam suam. Eo quod motu illa distenta aut angeli iussa per-
ficiunt dum circumeunt sydera. Dum alternant venti de abyssis aquarum lapsibus et diversis eorum per aera conglo-
bationibus agitatur. De fructeta pullulant, suaque semina evolvunt. Dum animalia gignunt variosque appeti-
tus suos vitas agunt. Dum iniqui impios exercere permittuntur explicant secula que ille eum primo condita sunt
quasi plicata videntur. Que tamen in suos cursus non explicarentur si ea ille qui condidit provido
motu aliud ministrare cessaret. Admoneant autem nos omnia que in tempore formantur atque nascuntur, quomodo ista
considerare debeamus. Non enim frustra scriptum est de sapientia et attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit
et in omni prudentia ordinavit illa.

Capitulum XX

Nec omnino audiendi sunt qui putant sola superiora mundi ... hoc est a confinio tempestuosi aeris quod
et supra diuina providentia gubernari, haec autem ima partem terrena et humidi aeris qui terris vicinior qui co-
rporeis exaltationibus humescit, ingrato vero imbecilles consurgunt capitibus potius et fortuitis mo-
tibus agitari. Contra hos etenim loquitur psalmus qui cum explicasset laudes celestium, se convertit ad ista inferiora concinit
dicens: laudate Dominum de terra dracones et omnes abyssi. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, et respiratur
que faciunt verbum eius. Nichil etenim videtur tam casibus volui quam omnis ille procellose et turbulente conturbationes quibus
celi huius inferiora facies non immerito etiam nomine deputatur, sed faciunt varia et vertitur. Quam cum addidisset que
faciunt verbum eius, satis ostendit eorum ordinem dominio subditum imperio, latere nos potius quam universitati
deesse naturam. Quod autem de ore suo salvator dicit vivus passerem non cadere in terram sine voluntate Dei, et quod fenum agri
post paululum mittendum in clibanum ipse tamen vestitur, nonne confirmat non solum ista totam mundi partem rebus
mortalibus et corruptibilibus deputatam, verum etiam vilissimas eius abiectissimasque particulas divina providentia regi.

Et etiam ipsi qui hoc negant nec pertinentes eloquiis tante auctoritatis acquiescunt. Si in hac mundi parte
que putatur fortuitis motibus perturbari potius quam sapientia divina summitatis regi. Et ut hoc ipsum comper-
tum ibi assumunt argumento. Vel ut supra (?) quam de ingratitudine reperiuntur, vel de scelerate
infelicibus quod per iter multa accidunt, videntur tamen ordine quem in medicis carnis cunctis animalium ap-
parent. Non dico medicis qui id per artem suam, inter diligenter patefecerunt et dinumeraverunt. Sed sunt
si cuilibet mediocris cordis et ingenii hominum nonne clamaverit ne puncto quidem temporis dei agens, omnes
mensuras modorum omnis pulchritudo morum. Divine ordo ponderis ab eius gubernatione cessare. Quid
ergo absurdius, quid ineptius sentiri potest quam ea totam esse varia ... nutu et regimine providentie
cum ea extima et exigua videas tanta dispositione formari ut aliquanto attentius cogitata ineffabilem
inveniantur admirationis horrorem. Et cum anime natura corpus omne antecellat cuius est ? ? potentie nullam
esse divine providentie iudicium de moribus hominum. Cum in corpore carne tante sollerte elevata vel demonstret
industria. Sed quia hec minima in proprie sensibus nostris et eam facile investigationis elucet in eius ordo in celestia
que ordinem videre non possumus inordinate arbitrantur, quem esse non possent nisi id quod videre non possunt sunt
si putant tale quid putant quale videre consueverunt.

Capitulum XXI

Nos autem gratias ... ne in illud propterea incidamus. Cum divina providentia per sanctam scripturam regi
ex ipsis que operibus Dei cotidie admirari indigeamus conemur ut si que creavit cum a consummatis operibus
suis requievit. Cuncta simul per ordinem temporum usque nunc operatur. Consideremus ergo cuiuslibet arboris pulchritudinem in
robore, ramis, frondibus, pomis.
hec species non utique tanta ac talis exorta est. Sed quo ordine novimus surrexit et a
radice quam terre primum infixit, atque inde omnia ista formata atque distincta crevemus.
Porro illud genus ex semine. In semine ergo omnia ista primitus fuerunt non mole corporee magnitudinis
sed in potentia causali. Nam illa magnitudo copia terre humorisque congesta. Sed in illo exiguo
grano mirabilius praestantior est ubi qua quam valuit adiacens humor commixta terre. Tamen materiem
vertitur in lignum illius qualitate in ramorum diffusionem, in foliorum viriditatem, ac figuram, in fructuum
formas et opulentiam. Omnium quoque ordinatissimam distinctionem. Quid enim ab arbore illa surgit aut pendet
quod non ex occulto quodam thesauro seminis illius extractum atque depromptum est. At illud semen ex arbore, licet
illo data vetitum tacto futura erat secutura. Capitulum XI

Flumen autem exiit de Eden, quod irrigabat paradisum. Et inde divisum in quatuor partes. Et horum
unum nomen est Phison. Hic est qui circuit totam terram Evilath, ubi est aurum. Aurum autem il-
lius terre bonum, et ibi est carbunculus et lapis prasinus. Et nomen fluvii secundi Geon. Hic est qui
circuit totam terram Ethiopie. Flumen vero tercium Tigris. Hic est qui fluit contra Assirios. Flu-
men autem quartum Eufrates. De his autem fluminibus quid amplius satagam affirmare quam quod vera
sint flumina, nec figurate dicta, que non sint quasi tantummodo aliquid nomina ipsa significent?
Cum et regionibus per quas fluunt notissima sint, et omnibus fere gentibus disseminata.
Quinymo ex his eciam constat ea propria esse. Nam quedam eorum nomina vetustas mutavit,
sicut Tiberis flumen dicitur qui prius Albula vocatum. Geon quippe est qui nunc dicitur Nilus.
Phison autem ille dicebatur, quem nunc Gangem appellant. Duo vero cetera Tigris et Eu-
phrates antiqua eorum nomina tenuerunt. Nos autem admonet ceterorum quoque primitus ad spectare locutionem
accipere, non in eis figuratam locutionem putare, sed res ipsas quemadmodum narrantur, et esse et ea-
quidem esse figurate. Non quia non possit parabole locucio assumere aliquid de re quam non
proprie quis esse constat, sicut de illo dominus loquitur qui descendebat ab Jerusalem in Jericho, et incidit
in latrones. Quis enim hic non sentiat et plane videat esse parabolam locucionisque illam totam
esse figuratam? Verum due civitates que ibi nominate sunt hodie quoque in locis propriis demonstrantur.
Sic hec quoque acciperemus, et in ea ista flumina sed cetera que de paradiso narrantur non proprie sed figurate
accipere ulla veritatis cogeret. Cum vero nunc ea primitus proprie res ipsas intelligere nulla pro-
hibeat, cur non potius auctoritatem scripture simpliciter sequimur in narracione rerum gestarum,
res vere gestas primitus intelligentes? Tunc deinde quicquid aliud significent perscrutantes. Nec mo-
vebit quod de his fluminibus dicitur aliorum esse fontes notos, aliorum autem penitus incognitos,
et ideo non posse accipi ad litteram quod ex uno paradisi flumine dividuntur. Cum potius credendum
sit, quoniam locus ipse paradisi a cognicione hominum est remotissimus, inde in quatuor partes aquam
dividi sicut fidelissima scriptura testatur. Sed ea flumina, quorum fontes noti esse dicuntur, aliquibus
isse subterraneis, et per tractus prolixarum regionum locis aliis erupisse, ut tamquam in suis fontibus
sentiri ubi nonnulli prius eos currunt. Nam hoc solere nonnullas aquas facere, quis ignorat? Sed ibi hoc
et irrigabat paradisum, id est ligna omnia pulcra atque fructuosa que omnem terram regionis
illius opacabant. Capitulum XII

Et sumpsit deus hominem, quem finxit et posuit eum in paradiso ut operaretur et custodiret. Et
precepit dominus deus Ade dicens: Ab omni ligno quod est in paradiso esca edes, de ligno autem
cognoscendi bonum et malum non manducabitis de illo. Qua die autem ederitis ab eo morte
moriemini. Cum superius breviter dixisset deum plantasse paradisum et constituisse ibi hominem quem
finxerat, recapitulando ut narraret quomodo paradisus constitutus sit. Nunc ergo et illud recapi-
tulando commemorat, quod deus posuit ibi hominem quem finxit. Videamus itaque quid sit
quod dictum est ut operaretur et custodiret. Et quid operaretur, et quid custodiret. Numquid
forte agriculturam deus voluit operari primum hominem? An non est credibile quod eum ante peccatum
damnaverit ad laborem? Ita sane arbitraremur, nisi videamus cum tanta voluptate animi
agricolari quosdam, ut eis magna pena sit inde ad aliud avocari. Quicquid ergo delec-

rum hec agricultura, tunc utique longe amplius erat, quando nichil accidebat aduersi vel terre vel celo. Non enim erat laboris afflictio sed exhilaratio voluptatis, cum ea que deus creauit humani operis adiutorio letius feraciusque prouenirent. Vnde creator ipse uberius laudaretur, qui anime in corpore animali constitute rationem dedisset operandi ac facultatem, quantum animo volenti satis esset, non quantum inuitum indigentia corporis cogeret. Quod enim maius mirabiliusque spectaculum est, aut ubi magis cum rerum natura humana ratio quodammodo loqui potest, quam cum positis seminibus, plantatis surculis, translatis arbustulis, insitis malleolis, tamquam interrogatur quecumque uis radicis et germinis quid possit, quid vero non possit, unde possit, unde non possit, quid in ea valeat numerorum inuisibilis interior potentia, quid extrinsecus adhibita diligentia, ipsaque consideratione perspicere, quia neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Quia et illud operis quod accedit extrinsecus, per illum accedit quem nichilominus creauit, et quem regit atque ordinat inuisibiliter deus omnipotens.

Capitulum xiii · De mundo

Hinc iam in ipsum mundum velut in quandam magnam arborem rerum oculus cogitationis attollitur, atque in ipso quoque gemina operatio prouidentie reperitur, partim naturalis, partim voluntaria. Naturalis quidem per occultam dei administrationem, qua etiam lignis et herbis dat incrementum; voluntaria vero per angelorum opera et hominum. Secundum illam primam celestia superius ordinari, inferiusque terrestria, luminaria sideraque fulgere, diei noctisque vicibus agitari, aquis terram fundatam interlui atque circumlui, per aerem altius superfundi, arbusta et animalia concipi et nasci, et omnia crescere et senescere, occidere, et quicquid aliud in rebus interiore naturalique motu geritur. In hac autem alia signa dari, doceri et disci, agros coli, societates administrari, artes exerceri, et quecumque alia sive in superna societate aguntur, sive in hac terrena et mortali, ita ut bonis consulatur et per nescientes malos. In quo et ipso homine eandem geminam prouidentie vigere potentiam: primo erga corpus naturalem, scilicet eo motu quo fit, quo crescit, quo senescit; voluntariam vero quo illi ad victum, ad tegumentum, curationemque consulitur. Similiter erga animam naturaliter agit ut viuat, ut sentiat; voluntarie vero ut discat, ut consentiat. Sicut autem in arbore id agit agricultura forinsecus ut illud proficiat quod geritur intrinsecus, sic in natura corporis extrinsecus medicina. Item secundum animam ut natura beatificetur intrinsecus, doctrina administratur extrinsecus. Quod autem ad arborem colendam negligentia, hoc ad corporis medendi incuria, hoc ad animum discendi segnities. Et quod ad arborem humor inutilis, hoc ad corpus victus exitiabilis, hoc ad animam persuasio iniquitatis. Deus itaque super omnia, qui condidit omnia et regit omnia, omnes naturas bonas creat, et omnes voluntates iustas ordinat. Quid igitur abhorreat a vero si credamus hominem in paradiso ita constitutum ut operaretur agriculturam non labore seruili sed honesta animi voluptate. Quid enim hoc opere innocentius vacantibus, et quid plenius magna consideratione prudentibus?

Adam Agricola fuisset

Capitulum xiiii

Et custodiret. Quid autem custodiret? An ipsum paradisum? Contra quos? Nullus certe vicinus metuebatur inuasor, nullus limitis perturbator, nullus fur, nullus aggressor. Quid ergo intelligi sinimus corporalem paradisum ab homine corporali custodiri? Sed in scriptura dixit ut operaretur et custodiret paradisum. Dixit autem ut operaretur et custodiret. Quamquam si dicto diligentius aduertendo estimatur, ita scriptum est: Et sumpsit dominus deus hominem quem fecit et posuit eum in paradiso operari eum et custodire. Sed vero ipsum hominem posuit operari. Hoc enim sensit quod in scriptura est ut operaretur. An eundem paradisum operaretur, ut in paradiso operaretur, ambigue sonat. Et ut magis exigere locutio videtur, operaretur paradisum.

Capitulum xv

Sed in paradiso verentur ne forte sic dictum sit ut operaretur paradisum, sicut superius dictum est, Nec erat homo qui operaretur terram. Eadem quippe locutio est operari terram quam operari paradisum. Ambiguitatem sic habet ad utrumque tractemus. Si enim non est necesse ut accipiamus paradisum custodire, sed in paradiso, quid est in paradiso custodire? Non quid operari in paradiso iam ut visum est disseruimus, an ut quod operaretur in terra per agriculturam, in seipso custodiret per disciplinam, id est ut sicut ei ager obtemperat colenti se, ita et ipse preceptori domino suo, ut suscepto precepto obedientie fructum, non spinas inobedientie redderet. Denique quia similitudinem a se

cultu paradisi in seipso custodiendo perditus noluit, sibi agrum damnatus accepit. Spinas enim et tribulos pariet tibi. Quod si et illud intelligimus ut paradisum operaretur et paradisum custodiret, operari quidem paradisum posset sicut supra diximus per agriculturam. Custodire autem non adversus improbos aut inimicos qui nulli erant. Sed fortassis bestias. Quomodo ergo, vel quare? Numquid iam bestiae in hominem saeviebant? et nisi peccato non fieret. Ipse quippe bestiis omnibus ad se adductis, sicut post narratur, nomina imposuit; ipse etiam sexto die lege communi cum omnibus quibus escas attribuit. Aut si erat unde timeretur in bestiis, quonam pacto posset unus homo illum munire paradisum? Neque enim exiguus locus erat quem tantus fons irrigabat. Custodire quippe ille deberet, si posset, paradisum tali et tanta maceria communire ut eo serpens non posset intrare. Sed mirum si priusquam communiret omnes serpentes posset inde excludere. Proinde intellectum ad oculos cur permittimus? Positus quippe est homo in paradiso ut operaretur eundem paradisum, sicut supra disputatum est, per agriculturam non laboriosam, sed animi voluptate deliciosam, et menti prudenti magna atque utilia commonentem. Custodiret autem eundem paradisum ipse sibi, ne aliquid admitteret quare inde mereretur expelli. Denique accepit praeceptum, ut sit per quod sibi custodiat paradisum, id est quo conservato non inde proiceretur. Recte enim non dicitur custodisse rem suam, qui sic egit ut amitteret eam, etsi alteri salva sit quam ille vel invenit vel accipere meruit.

Capitulum XVI

Est et alius sensus in his verbis, quem puto non immerito praeponendum, ut ipsum hominem operaretur deus et custodiret. Sicut enim operatur homo terram, non ut eam faciat esse terram, sed ut cultam atque fructuosam, sic deus hominem multo magis quem ipse creavit ut homo sit, si homo ab illo per superbiam non abscedat. Hoc est enim apostatare a deo, quod initium superbiae scriptura dicit: Initium, inquit, superbiae hominis apostatare a deo. Quia ergo deus est incommutabile bonum, homo autem et secundum animam et secundum corpus mutabilis res est, nisi ad incommutabile bonum quod deus est conversus substiterit, formari ut iustus beatusque sit non potest. Ac per hoc idem deus qui facit hominem ut sit, ipse operatur hominem atque custodit ut et bonus beatusque sit. Quocirca sicut dicitur homo operari terram quae iam terra erat, ut ornata atque fecunda sit, ita dicitur deus operari hominem qui iam homo erat, ut pius sapiensque sit, eumque custodire, quod homo sua potestate in se quam illius super se delectatus, gubernationem eius contemnens, tutus esse non possit.

Capitulum XVII

Proinde nullo modo vacare arbitror, sed nos aliquid et magnum aliquid admonere, quod ab ipso divini libri huius exordio, ex quo ita coeptum est: In principio fecit deus caelum et terram, usque ad hunc locum nusquam positum est dominus deus, sed ubique deus. Nunc vero cum ad id ventum est ut hominem in paradiso constitueret, eumque per praeceptum operaretur et custodiret, ita scriptura locuta est: Et sumpsit dominus deus hominem quem fecit, et posuit eum in paradiso operari eum et custodire. Non quod superioribus creaturis dominus non esset deus, sed quia hoc nec propter angelos nec propter alia quae condita sunt, sed propter hominem scribebatur, ad eum admonendum quantum ei expediat habere dominum deum, hoc est sub eius dominatione obedienter vivere, quam licentiose abuti propria potestate, nusquam hoc prius poni voluit quam ubi ventum est ad eum in paradiso collocandum, operandum et custodiendum, ut non diceret sicut et continuatione superiorum: Et sumpsit deus hominem quem fecit, sed diceret: Et sumpsit dominus deus hominem quem fecit, et posuit eum in paradiso, operari eum ut iustus esset, et custodire ut tutus esset, ipsa videlicet dominatione sua quae non est illi sed nobis utilis. Ille quippe nostra servitute non indiget, nos vero dominatione illius indigemus, ut operetur et custodiat nos. Et ideo verus et solus dominus, quia non illi ad suam sed ad nostram utilitatem salutemque servimus. Nam si nobis indigeret, eo ipso non verus dominus esset, cum per nos eius adiuvaretur necessitas, sub qua et ipse serviret. Merito ille in psalmo: Dixi, inquit, domino, deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Nec ita sentiendum est, quod nos illi ad utilitatem salutemque nostram serviamus, tamquam aliud ab illo aliquid exspectemus quam ipsum, qui summa utilitas et salus nostra est. Sic enim eum gratis secundum illam vocem diligimus: Mihi autem adhaerere deo bonum est. Neque enim tale aliquid est homo ut factus, deserente eo a quo factus est, possit aliquid agere bene tamquam ex seipso. Sed tota actio eius bona est ad eum converti a quo factus est, et ab eo iustus, pius, sapiens, beatus semper fieri, et non fieri et recedere, sicut a corporis medico sanari et abire, quia medicus corporis operans fuit extrinsecus, serviens

Serpens

nectit nec intrinsecus operari posset deo qui operatur omnem salutem, geminus ille ope[re] proinde de quo supra
locuti sumus. Non enim se debet homo ita ad deum convertere ut cum ab eo factus fuerit iustus abscedat
sed ita ut ab illo semper fiat. Eo quippe ipso dum ab illo non discedit eius sibi presentia iustificatur et
illuminatur et beatificatur, operante et custodiente deo dum obedienti subditoque dominatur. Neque enim
sicut dixeramus homo operatur terram ita ut exculta et fecunda sit, qui cum fuerit operatus abscedit
relinquens eam vel aratam vel satam vel rigatam vel si quid aliud manente opere quod factum est cum operator
abscesserit, ita deus operatur hominem iustum, id est iustificando eum ut si abscesserit maneat in absente
quod fecit. Sed potius sicut aer presente lumine non factus est lucidus sed fit, quia si factus esset non autem
fieret, sed etiam absente lumine lucidus maneret, sic homo deo sibi presente illuminatur, absente autem continuo tenebratur,
a quo non locorum intervallis sed voluntatis aversione disceditur. Capitulum xviii

Ipse ergo ille operetur hominem atque custodiat, qui incommutabiliter bonus est. Semper ab illo fieri semperque
perfici debemus inherentes ei et in ea conversione que ad illum est permanentes, de quo dicitur
Mihi autem adherere deo bonum est. Et cui dicitur Fortitudinem meam ad te custodiam. Ipsius enim sumus figmentum
non tantum ad hoc ut homines simus sed ad hoc etiam ut boni simus. Nam et apostolus cum fidelibus ex impietate
conversis gratiam qua salvi facti sumus commendaret: Gratia, inquit, salvi facti estis per fidem, et hoc non ex
vobis, sed dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentum creati in Christo
Iesu in operibus bonis que preparavit deus ut in illis ambulemus. Et alibi cum dixisset: Cum timore
et tremore vestram ipsorum salutem operamini, ne sibi putarent tribuendum tamquam ipsi se facerent iustos
et bonos, continuo subiecit: Deus enim est qui operatur in vobis. Sumpsit ergo dominus deus hominem quem
fecit et posuit eum in paradiso operari eum, hoc est operari in eo, et custodire eum. Capitulum xix

Et precepit dominus deus Ade dicens: Ab omni ligno quod est in paradiso ad escam edes.
De ligno autem cognoscendi bonum et malum non manducabitis de illo; qua die autem ederitis
ab eo morte moriemini. Si aliquid mali esset lignum illud unde prohibuit hominem deus, eius
quasi mali non videretur venenatum ad mortem. Cum vero ligna omnia in paradiso bona plan-
taverit qui fecit omnia bona valde, nec ullum ibi non mali erat. Cum nusquam est malum ulla
natura, quod diligentius si dominus voluerit disseremus cum de illo serpente ceperimus dicere. Arbor ligni
quod malum non erat prohibitum est, ut ipsa per se precepti observatio bonum illi esset et transgressio malum.
Nec melius potuit et diligentius commendari quantum malum sit sola inobedientia, cum ideo reus factus
est iniquitatis homo, quia eam rem tetigit contra prohibitionem, quam si non prohibitus tetigisset, non utique
peccasset. Nam qui dicit verbi gratia: Noli tangere hanc herbam, si forte venenosa est, et mortem comminatur
si tetigerit, sequitur quidem mors contemptorem precepti, sed si et nemo prohibuisset atque
ille tetigisset, nichilominus utique moreretur. Illa quippe res contra salutem vitamque eius mo-
esset sive inde vetaretur sive non vetaretur. Item cum quisque prohibet eam rem tangi
que non quidem tangenti sed illi qui prohibuit obesset, velut si quisquam in alienam pecuniam
misisset manum prohibitus ab eo cuius erat ipsa pecunia, ideo esset prohibito peccatum, quia prohibenti
poterat esse dampnosum. Cum vero illud tangitur quod nec tangenti obesset si non prohiberetur,
nec cuiquam alteri quandoque tangeretur, cur prohibitum est nisi ut ipsius per se bonum obedientie et
ipsius per se malum inobedientie monstraretur? Denique a peccante nichil aliud appetitum est
nisi non esse sub dominatione dei, cum illud admissum est in quo ne admitteretur sola
deberet iussio dominantis attendi; que si sola attenderetur, quid aliud quam dei voluntas humane
voluntati preponeretur? Dominus quare iusserit viderit; faciendum est a serviente quod iussit, et
tunc forte videndum quare iusserit. Sed tamen ut causam iussionis huius non diutius
requiramus, si hoc ipsum magne est utilitatis homini quod deo servit, iubendo deus utile facit quicquid
iubere voluerit, de quo metuendum non est ne iubeat quod inutile esse possit. Capitulum xx

Nec fieri potuit ut voluntas propria non grandi ruine pondere super hominem caderet si eam
voluntati superioris extollendo preponeret. Hoc expertus est homo contempnens preceptum dei.
Et hoc experimento didicit quid interesset inter bonum et malum, bonum scilicet obedientie, malum inobedientie,
id est superbie et contumacie et perverse imitationis dei et noxie libertatis. Hoc autem in quo ligno
accidere potuit, ex ipsa re, ut iam supra dictum est, nomen accepit. Malum enim nisi experto

bonum obedientie
malum inobedientie

non sentiremus, quam nullum esset si non fecissemus. Neque enim illa natura malum est, sed amissio boni hoc nomen
accepit. Bonum quippe incommutabile deus est. Homo autem quantum ad eius naturam in qua eum deus
condidit pertinet, bonum est quidem, sed non incommutabile ut deus. Mutabile autem bonum quod est post incommutabile
bonum melius bonum fit cum bono incommutabili adheserit amando atque serviendo rationali et propria voluntate.
Ideo quippe et hec magni boni natura est, quia et hoc accepit ut possit summi boni adherere nature.
Quod si noluerit, bono se privat, et hoc ei malum est, unde per iusticiam dei etiam cruciatus consequitur.
Quid enim tam iniquum quam ut bene sit desertori boni? Nec ullo modo fieri potest ut ita sit, sed aliquando
amissi superioris boni non sentitur malum, cum habetur quod amatum est inferius bonum. Sed divina
iusticia est, ut qui voluntate amisit quod amare debuit, amittat cum dolore quod amavit, dum
naturarum creator ubique laudetur. Adhuc enim bonum est quod dolet amissum bonum. Nam nisi aliquid boni
remansisset in natura, nullius boni amissi dolor esset in pena. Capitulum xxi

Cui autem sine mali experimento placet bonum, id est ut antequam boni amissionem sentiat, eligat tenere
ne amittat, super homines predicandus est. Sed hoc nisi cuiusdam singularis laudis esset, non illi puero
tribueretur qui ex genere Israel factus Emanuel nobiscum deus reconciliavit nos deo, homo et dei
hominum mediator, Verbum apud deum, caro apud nos, verbum caro inter deum et nos. De illo propheta
quippe dixit: Priusquam cognoscat puer bonum aut malum, contemnet maliciam ut eligat bonum.
Quomodo quod nescit aut contemnit aut eligit, nisi quia hec duo sciuntur, alterum per prudentiam boni,
alterum per experientiam mali? Per prudentiam boni malum scitur et si non sentitur. Tenetur enim bonum
ne amissione eius sentiatur malum. Item per experientiam mali scitur bonum, quoniam quid amiserit sentit
cui de bono amisso male fit. Priusquam ergo sciret puer per experientiam aut bonum
quo careret aut malum quod boni amissione sentiret, contempsit malum ut eligeret bonum, id est no-
luit amittere quod habebat, ne perdendo sentiret amittendum quod amittere non debebat. Singulare exemplum obe-
dientie, quippe qui non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem eius a quo missus est. Non sicut
ille qui elegit facere voluntatem suam, non eius a quo factus est. Merito sicut per unius inobedientiam
peccatores constituti sunt multi, ita per unius obedientiam iusti constituuntur multi, quia sicut
in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur. Capitulum xxii

Frustra autem nonnulli acute obtusi sunt, cum requirunt quomodo potuerit appellari lignum dino-
scendi boni et mali antequam in eo transgressus esset homo preceptum, et ipsa experientia dinosceret
quid esset inter bonum quod amisit et malum quod admisit. Lignum enim tale nomen accepit ut eo
secundum prohibitionem non tacto caverentur, et eo contra prohibitionem tacto sentiretur. Neque enim quia
inde contra preceptum manducaverunt ideo factum est illud lignum dinoscendi boni et mali,
sed utique etsi obedientes essent et nihil inde contra preceptum usurparent, id recte vocaretur quod
ibi eis accideret si eo usurpassent. Tamquam si vocaretur ea arbor saturitatis, quod ex ea
possent homines saturari, numquid si nemo accessisset, ideo non illud esset congruum quod quando
tum accederent et saturarentur, tunc probarent quam recte illa arbor vocaretur. Capitulum xxiii

Et quomodo inquiunt intelligeret homo quod ei dicebatur lignum dinoscendi
boni et mali, quando ipsum malum quid esset omnino nesciebat? Hoc qui sapiunt parum attendunt
quemadmodum a contrariis notis sic pleraque intelligantur ignota, ut etiam rerum que non sunt nomina
in loquendo interponantur nullo caligante auditore. Hoc enim quod omnino non est nihil vocatur. Et has
duas sillabas nemo non intelligit qui latine audit et loquitur. Unde nisi quia id quod est intuetur,
id quod est velut eius privationem, quid sit quod non sit agnoscit. Sic et inane cum dicitur, intuendo corporis
plenitudinem privationem quasi eius tamquam contrarium, quid dicatur inane intelligimus. Sic et au-
diendi sensus non solum de vocibus verum et de silentio iudicaret. Sic ex vita quam inerat homini
posset eius contrarium, id est vite privationem, quam mortem vocamus. Et ipsam causam qua perderet quod habebat,
id est quolibet sillabarum sono, quo fieret ut amitteret vitam, quibuslibet sillabis appellaret, et quamvis
latine cum dicimus peccatum aut malum, tamen signum eius intelligeret quod mente discerneret. Nos enim
quomodo intelligimus cum dicitur resurrectio, quam numquam experti sumus? Nonne quia sentimus quid sit vivere
et eius rei privationem vocamus mortem, unde redire ad id quod sentimus resurrectionem appellamus? Et si quo
alio nomine in qualibet lingua id ipsum appellatur, animo utique signum eius insinuatur.

puer

arbor saturitatis

in voce loquendo qua sentire agnoscunt. quod est sine signo corporali. Utrum est illud quod in quibus homo animalium etiam incorpta vocabula? Quibus enim docent pecora domitores mores nisi ipsis vitae. Quibus parvulos pueros ad nostre vocabulo suo si etiam scut ex alto ratione dominatus. sit et quoddam ipse incipit. si tunc aliquem aliquid homo expertus sit. Sic ergo illis primis hominibus ea vita erat dulcis quam perfecto amore dominabantur. post ipsum quibuscumque modis vel signis figuris deus in se intelligere poterant. Nec aliter eis possit persuaderi potius nisi persuaderet eis ex illo fructo non esse morituros prius illud quod habebant in se habere gaudebant non amissuros. Unde pro loco loquendi est. Et dubitur itaque si quibus movet quomodo potuit intelligere in expertam nominando vel minantem deum. et videant nos cum incorpta non nisi ex ipsis quod ea communis si persuadendum sint sicut ex pluribus si ipse perit pure ville esse dubitatos agnoscere. Capitulum xxiiij

Nisi forte aliquis nos quod loquitur potuerit vel loqueretur intelligere qui non didicerunt vel crescendo inter loquentes vel aliquo magisterio. Et magnum fuit deo loquens eos docere. quos ita fecerat ut et possent ab hominibus discere si essent a quibus. Capitulum xxv

Nonne pene queritur utrum hoc praeceptum viro tantum dedit deus an etiam et femine. Sed nondum narratum est quomodo facta sit femina. An forte iam erat facta. Sed hoc quod gestum sit. quod prius erat gestum postea recapitulando narratum est. Verba enim scripture sic se habent. Et praecepit dominus deus ade dicens. Non dixit praecepit eis. deinde sequitur Ex omni ligno quod est in paradiso esca edes. non dixit edetis. Deinde adiungit De ligno autem cognoscendi bonum et malum non manducabitis de illo. Hic tamquam ad ambos pluraliter loquitur. plurali praeceptum finivit dicens. Qua die autem ederitis ab eo morte moriemini. Ut sciret quid et futurum erat utrique ita praecepit ordinatissime. ut per virum praeceptum domini ad feminam perveniret. Quam disciplinam servat apostolus in ecclesia ut si quid autem discere volunt domi viros suos interrogent. Capitulum xxvi

Item queri potest. quomodo nunc deus locutus sit ad hominem quem fecerat. Iam certe sensu ac mente praeditum ut audire et intelligere loquentem valeret. Neque enim aliter praeceptum posset accipere quo transgressor reus esset nisi hoc acceptum intelligeret. Quomodo ergo illi locutus est utrum intus in mente secundum intellectum id est ut sapienter intelligeret voluntatem dei ac praeceptum sine ullis corporalibus sonis vel corporalium similitudinibus rerum. Sed non existimo sine hoc primo homini locutum deum. Talia quippe scriptura narrat ut potius credamus sic esse deum locutum homini in paradiso sicut et postea locutus est patribus sicut abrahe et sicut moysi. id est aliqua specie corporali. Inde est quod audierunt vocem ambulantis in paradiso ad vesperam et absconderunt se. Capitulum xxvij

Locus itaque magnus nobis pro tempore promitur. ut intueamur quantum possumus quomodo ipse adiuvare dignatur. opus divine providentie duplicatum. quod superius cum de agricultura loqueretur transitoria quadam occasione perstrinximus. ut hinc iam incipere legentis animus assuescere torqueri. quod adiuvat plurimum ne quis indignum de ipsa substantia sentiamus. Dicimus itaque ipsam primam unam. unde est summum solum deum patrem et filium et spiritum sanctum. id est deum filium quoque cuius est trinitas. Ipsa summa trinitas neque compositum neque separatum deus qui solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem. quam nemo hominum vidit nec videre potest. Nec locorum vel finito spatio continetur. Nec temporum finito vel infinito volumine variatur. Neque enim aliquid est eius substantie quod breuius sit in parte quam in toto sicut necesse est esse que in locis sunt. Aut fuit in eius substantia quod iam non est vel erit quod nondum est sicut est in naturis que possunt temporis mutabilitatem pati. Hec ergo incommutabili eternitate vivens trinitas omnia simul creavit ex quibus currerent tempora et implerentur loca. temporalibus quoque et localibus rerum motibus secula volverentur. In quibus rebus quedam spiritalia. quedam corporalia condidit formans materiam quam nullius alius neque illa. sed omnino ipse informem ac formabilem instituit ut formationem suam non ipse sed origine preveniret. Spiritalem autem creaturam corporali prefecit quod spiritalis tantum per tempora mutari possit. Corporalis autem per tempora et loca. Exempli gratia per tempus movetur animus vel reminiscendo quod oblitus erat. vel discendo quod nesciebat. vel volendo quod nolebat. per loca autem corpus vel a terra in celum vel a celo in terram. vel ab oriente in occidentem vel si quid aliud simile. Omne autem quod movetur per locum non potest nisi et per tempus

---

Trinitas

alii dicunt deo creando in

simul moveri. Quae autem non omne quod non movetur per tempus necesse est etiam per locum moveri. Sic ergo corpus quod movetur per tempus et locum praecedit spiritus qui tantum per tempus. Ita etiam praecedit illa creatura quae nec per locum nec per tempus, quae per haec simul per tempus et locum movetur totus. Ipse tamen per tempus motus conditus spiritus ita per tempus movet conditum spiritum, ipse nec per tempus nec per locum motus conditor spiritus. Sed spiritus creatus movet seipsum per tempus et per tempus et locum corpus. Spiritus autem creator movet seipsum sine tempore ac loco, movet conditum spiritum per tempus sine loco, movet corpus per tempus et locum. Capitulum 28

Quo tamen quisquis intelligere conatur quomodo creator et aeternus et vere immortalis atque incommutabilis deus ipse, nec per tempus nec per locum motus moveat temporaliter et localiter creaturam suam, non eum puto posse assequi nisi prius intelligat quomodo anima, hoc est spiritus creatus, non per locum sed tantum per tempus motus moveat corpus per locum et tempus. Si enim quod in seipso agitur capere nondum potest, quanto minus illud quod supra se est. Affecta quippe anima carnali sensu consuetudine etiam seipsam cum corpore per locum moveri putat dum id per locum movet. Quae si posset diligenter inspicere cardines membrorum corporis sui quemadmodum articulatim dispositi sint, a quibus initia motionum vitaliter incipiunt, inveniret ea quae per spatia loci moventur nisi ab eis quae loco fixa sunt non moveri. Non enim movet solus digitus nisi manus fixa sit, a cuius articulo velut immoto cardine moveatur. Sic tota palma ab articulo cubiti, cubitus ab articulo humeri, sic humerus a scapula cum moventur stantibus cardinibus quibus motio innitatur id per loci spatium quod movetur. Sic planta in talo est articulus quo stante moveatur. Sic crus in genu et totus pes in coxa, et nullus motus membri omnino est quem voluntas movet, nisi ab aliquo articulari cardine quem nutus eiusdem voluntatis primitus figit, unde id quod movendum est per loci spatium agi valeat. Denique nec in ambulando pes levatur nisi alius fixus totum corporis pondus ferat, donec ille qui movetur a loco unde fertur ad locum quo fertur suo articulo sui cardine innitatur. Porro si in corpore nullum membrum voluntas per locum movet nisi ab eo membri articulo quod non movet, cum et illa pars corporis quae movetur et illa quae fixa est ut moveatur corporeas habeant quantitates suas, quibus occupent spatia locorum suorum, quanto magis ipsa anima cuius nutibus membra deserviunt, ita ut ubi placuerit figatur unde id quod movetur innitatur, cum anima non sit natura corporea nec locali spatio corpus impleat, sicut aqua utrem vel spongiam, sed miris modis ipso incorporeo nutu commixta sit vivificando corpori, quo et imperat corpori quadam intentione non mole, quanto magis nequaquam nutu ipso voluntatis, cum non per locum moveatur, quando totum corpus per locum movet, nec alicubi loco movet nisi per illas partes quas non per locum movet. Quod si intelligere difficile est, credat quod verum est, et quod creatura spiritualis non per locum moveat totum corporum, et quod deus nec per tempus motus moveat creaturam spiritalem. Quod si de anima quisquis non vult hoc credere, quod quidem sine dubio non solum credere verum etiam intelligere si tamen possit perutile est in corde cogitare, non moveatur quod per loci spatia non distenditur. Cum tamen non facile occurrat quod per locum non moveatur quod per loci spatia non distenditur, tamquam aut per loci spatia distenditur corpus [illegible] si de anima hoc quisquis non vult credere, non minus urgendus est. Sed ut dicit Augustinus, de deo nisi credat nec per tempus nec per locum motum [illegible] incommutabilem credit. Capitulum XXIX

Verum quia omnino incommutabilis est illa natura trinitatis, et ob hoc ita aeterna ut ei aliquid coaeternum esse non possit, ipsa apud seipsam et in seipsa sine ullo tempore ac loco movet tamen per tempus et locum sibi subditam creaturam, naturas creante bonitate, voluntates ordinans potestate, ut in naturis nulla sit quae non ab illo sit, in voluntatibus autem bonis nulla sit quae ab illo non adiuvetur, in malis nulla mala sit qua bene uti non possit. Sed quia non omnibus naturis dedit voluntatis arbitrium, illae autem quibus dedit potentiores ac superiores sunt, ille naturae quae non habent voluntatem subditae sint necesse est illis quae habent, et hoc ordinatione creatoris, qui ita neminem punit voluntate mala ut non perimat dignitatem. Cum igitur omne corpus et omnis anima irrationalis non habeat voluntatis arbitrium, subdita sunt ista eis naturis quae praedita sunt arbitrio voluntatis, nec tamen omnia omnibus, sed sicut distribuit iustitia creatoris. Ergo dei providentia cuncta administrans universam creaturam et naturas et voluntates, naturas ut sint, voluntates ut nec infructuosae bonae nec impunitae malae sint, subdidit primitus omnia sibi, deinde creaturam corporalem creaturae spiritali, irrationalem rationali, terrestrem caelesti, femineam...

de motu corporis

non dignum

inquietudine agunt volentes valuaon. Indignationi corporis. In voluntatibus quoque bonis sibi Creatoris vero ipsas suaves sibi ut non peccent voluntatibus mala quoque commissa dicit sunt bona sine propter ipsum. Sine peccata in rebus contrarietate quae naturae sunt quoque malis voluntatibus subditae in temporibus. Nam in principio malae voluntatis quae caritate eam cadere poena pro eadem ipsam iniquitate sua. Ac per hoc sublimibus angelis deo subditis servientibus, et deo bene servientibus subdita est omnis mutabilis natura. Omnis voluntas et infima non prima ut hic de subditis vel dependentibus agitur quod nec ordo possit in omnibus, inhaerere illi cui subiecta sunt omnia. Capitulum xxx

Praebendo illi in illa veritate incommutabili videt. Et si enim suis dignus voluntatibus sunt ergo illi praecipiens veritatis, et intellectus voluntates eius perficiens sine tempore et loco movent aut eius imperio creaturas corporales illo non corporaliter moto. Nec tamen ut ab eius contemplatione desistant, quae desinat si quod et illud sine loco ac tempore contemplantur, et eius in inferioribus iussa perficiunt, movent se per tempus corpora autem per tempus et locum conformiter contemplationem agunt actionem. Et ideo deus qui bipertito providentiae sine opere posse unumquodque naturae/naturas ut faciat voluntas et sine ullo nuntio vel ministerio melius faciat. Non tamen ideo ministeriis corporalibus non adiuvat exterioribus corporalibus. Neque tamen est quidem eorum ullo corporali. Aliquid non est ministris interioribus non adiuvaret intellectus deo id agere ut quod sit natura, cum ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia, per eos vero eius ministeria et interius incorporalia adiuvant ut potius fiant ut hic sunt et exterius corporalia quod se melius habent sicut alia quae agricultura, medicina et quaecumque ad ornatum sunt ut non solum saliores ac fecundiores verum etiam decentiores sunt. Spiritualis tamen natura si perfecta est ut talis sunt angelorum, quantum attinet ad scientiam quae sit sapiens et sit, non nisi interius corporali adiuvatur. Intus ei quippe loquitur deus, miro et ineffabili modo, vel per scripturam talibus instrumentis affixam, neque per voces corporales auribus insonantes, neque per corporum similitudines quales in spiritu imaginali fiunt sicut in somnis, ut in aliquo excessu spiritus quod graece dicitur extasis sunt et quae animo per sensus corporis nuntiantur, sed quia simile est visionum species inter fuit quam ab eis, aut omnino non possit quam esse rex et vilissime possit. Et quia ex tunc est quaedam [illegible] ad in ipsa incommutabili veritate [illegible] causales et intellectuales intuetur in ea quae luce de [illegible] omnibus incidunt, in ea quae ex tunc sunt arbitror esse deponenda. Creatura ergo spiritualis in ipsa quo sit, sapiens ac beata sit, non nisi interioribus adiuvatur, quantum attinet ad securitate eorum. Exterioribus vero si adiuvari dicenda est, eo fortasse solo adiuvatur quod se invicem vident, et de sua societate gaudent in deo, et quod perfectis etiam in perfectis omnibus creaturis [illegible] agit laudat quae conversorum eorum. Nunc attinet ad creaturae ipsa exterioribus adiuvante, et per illa visa quae similia sunt corporibus et per ipsa coelitus quae angelice subiacent petitioni. Haec tamen ita sunt, cum deus [illegible] et omnia tenet incommutabili aeternitate non per tempus creatura spirituali movet, et per locum et tempus creatura corporale ut eo motu naturas quas interioribus substituit et exterioribus administret et pro voluntate sibi subditas quas per tempus et per tempus et locum sibi subditas, aliter vel voluntatibus subdita quae per tempus et locum movet eo tempore et loco. Cum vero in ipso deo vita est sine tempore et loco. Cum ergo tale aliquid deus agere non debemus opinari eius substantia quia deus est temporibus locisque mutabilem aut per tempora et loca mobilem. Sed in opere divinae providentiae ista cognoscere non illo opere quo naturas creat sed in illo quo interioribus operatur etiam exterioribus administrat, cum sit ipse nullo locorum vel intervallo vel spatio incommutabili excellentia potentiae, et interior omni re, quia in ipso sunt omnia, et exterior omni re quia ipse est super omnia. Item nullo tempore vel intervallo vel spatio incommutabili aeternitate, et antiquior est omnibus, quia ipse ante omnia, et novior omnibus, quia ipse est idem post omnia.

Cum ergo eius ordinem secutus scriptura et praeceptum domini deus dedit dicens: De omni ligno quod est in paradiso edes escam, de ligno autem cognoscendi bonum et malum non manducabitis de illo, qua die autem ederitis ab eo morte moriemini. Sed mirandum quomodo ista locutus fuerit deus homini, quod ipse

a nob[is] ipse comprehendi non potest. Certissime tamen tenendum est deum aut per suam substantiam loqui aut per subditam sibi creaturam. Sed per substantiam suam non loqui nisi ad creandas omnes naturas spirituales vero atque intellectuales non solum creandas, sed etiam illuminandas cum iam possunt capere locutionem eius. qualis est in verbo eius quod in principio apud deum erat, et deus erat verbum per quod facta sunt omnia. Illis autem qui eam capere non possunt cum loquitur deus, non nisi per creaturam loquitur, aut tantum spiritualem sive in somnis sive in extasi in similitudine rerum corporalium aut etiam per ipsam corporalem dum sensibus corporeis. vel alia specie apparet vel insonuit verbis. Capitulum xxxi et ii

Si ergo adam talis erat ut posset capere illam locutionem dei, quam mentibus angelicis prebet per propriam substantiam, non dubitandum est quod eius mentem per tempus movit miro et ineffabili modo non motu ipse per tempus. Et quod utile ac salubre preceptum mentis inspexit ut si transgressori pena deberetur, eam ipsam ineffabilem veritatem monstravit sicut audiuntur vel videntur omnia bona precepta in ipsa incommutabili sapientia. Quae certis sed transisse in animas ex aliquo tempore, cum ipsam nullo potest motu in tempore. Sed autem adhuc modo adam infirmum ut ei adhuc opus esset aliqua ... creature per ... auctoritate ... cognosceret dei voluntatem. atque inspectus sit nobis ... sicut ipsis angelis. Et ... ambigamus per aliquam ... cum moti creatura ei esse locutum deum talibus vocum signis que intelligere posset. Illud enim quod postea scriptum est cum peccassent eos audisse vocem dei ambulantis in paradiso, quia non per ipsam dei substantiam, sed per subditam creaturam ei factum esse nullo modo dubitet qui fidem catholicam sapit. Capitulum xxxiii octavi libri no[n]i

Ad hunc et aliquanto latius de hac re disserere volui, quia nonnulli heretici putant substantiam filii dei nulla assumpta creatura per seipsam esse visibilem. Et antequam corpus ex virgine acciperet visum esse patribus opinantur tamquam dederit solem patri deus sit, quem nemo hominum vidit, vel videre potest. Quia solus visus sit ad accepta sua forma et per ipsam suam substantiam, cum impietas penitus a catholicis mentibus repellenda est. Sed hoc plenius aliis si deus placuerit disserendum. Nunc terminato isto volumine id quod sequitur quomodo sit intellectus ex verbis suis late ... sperandum est.

Sequitur liber nonus in salbato domince palmarum anno domini millesimo cccc. lxviii° frigo[rum] erato

Et dixit dominus deus Non est bonum esse hominem solum faciamus ei adiutorium simile ipsi. Et finxit deus adhuc de terra omnes bestias agri et omnia volatilia celi, et adduxit ea ad adam ut videret quid vocaret illa. Et omne id quodcumque vocavit adam animam vivam hoc est nomen eius. Et vocavit adam nomina omnibus pecoribus et omnibus volatilibus celi et omnibus bestiis agri. Ipsi autem adae non est inventum adiutorium simile ei. Et immisit deus extasim in adam et obdormivit. Et accepit unam costarum eius, et adimplevit carnem in loco eius. Et edificavit dominus deus costam, quam accepit de adam in mulierem. Et adduxit eam ad adam. Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro ex carne mea. Hec vocabitur mulier quoniam ex viro suo sumpta est. Et propterea relinquet homo patrem et matrem et agglutinabitur ad uxorem suam et erunt duo in carne una. Si aliquid admonent lectorem. quod libri superiores ... sunt ... non deum in hoc ... quo finxit adhuc deus de terra omnes bestias agri et omnia volatilia celi. Certe iam dictum fuerat adhuc id est per suum conditionem creaturarum in dictis sex diebus ... que tunc perfecta sunt causaliter et inchoata, ut deinde ad effectus suos tempore producentur. Ista quidem potuimus in precedentibus intimavimus. Et si quis ... alio ... potuit ... attendat ea omnia quo ut hic ... Et si probabilius ... potuit ... clerare sunt non solum ... non demus. Sed ... Capitulum 2m

Si quid autem monet, quia non dixit finxit deus adhuc de terra omnes bestias agri et de aquis omnia volatilia celi. Sed tamquam utrumque que de terra finxit. Et finxit deus adhuc de terra omnes bestias agri et omnia volatilia celi. Videamus quo modo esse intelligendum. Aut terram esse vult unde finxit volatilia celi, quia et terram potest

orirentur, ut non de terra utrumque accepisse dicatur quod fuisse significatum est: bestiae agri et volatilia celi. Sic tacite scriptura intelligenda videtur suggerere, velut qui sciamus in summa talium rationem conditionum ex aquis esse producta, ut terra utrumque sic appellata sicut cum aquis quod appellata est cum in psalmo ille psalmus ubi celestibus laudibus terminatis ad terram sermo conversus est. Sic intuens: Laudate dominum de terra, dracones et omnes abyssi etc. Nec postea dicit laudate dominum de aquis ubi enim sunt omnes abyssi que tamen de terra laudant deum. Ibi etiam reptilia et volatilia pennata que nichilominus de terra laudant deum. Secundum istam vero appellationem terre secundum quam etiam de toto mundo dicitur deus qui fecit celum et terram, sive de arida sive de aquis quecumque creata sunt de terra creata veraciter intelliguntur. Capitulum [XIII]

Nunc iam videamus quid adiciendum sit quod dixit deus: Non est bonum esse hominem solum, faciamus ei adiutorium secundum ipsum. Utrum temporalibus vocibus atque syllabis editum sit hoc quod dixit deus, an ipsa voluntas conveniens [?] est que in verbo dei primitus erat ut sic femina fieret, cuius rationis etiam tunc suscipiebat scriptura cum diceret: Et dixit fiat, an aliud quod primitus omnia condebantur. An forte in mente ipsius hominis hoc dixit deus sicut loquitur quibusdam servis suis ex quorum genere servorum etiam erat ille etiam qui dixit in psalmo: Audiam quid loquatur in me dominus deus. An aliquo de hac re ipsi homini in ipso homine per angelum facta est revelatio in similitudinibus vocum corporalium quales tradit scriptura visa in sompnis aut in extasi ita ut fieri hec solent. An aliquo modo alio sicut revelatur prophetis unde id est: Dixit michi angelus qui loquebatur in me. An per corporalem creaturam vox ipsa sonuerit sicut de nube: Hic est filius meus dilectus. Aliud ergo ex hiis omnibus factum sit ad liquidum comprehendere non valemus, firmum tamen certissime teneamus et dixisse hoc deum et si corporali voce, vel spiritualiter expressa similitudine vocis dixit, non eum propria substantia, sed per aliquam impositam subditam divisse creaturam. Sicut in libro precedente tractavimus. Ita visus est deus etiam per ea similitudinem viris aliquibus capite albo sicut lana, aliquibus inferiore parte corporis sicut auricalcum, aliquibus aliter atque aliter, quod tamen illis visionibus hominibus per substantiam quod ipse est. Sed per hoc subditum quod tamen eum probavisse et per similitudinesque formarum vocum que corporalium quod volunt audisse ac dixisse certissimum est eis qui substantiam trinitatis incommutabilem creaturam nec per tempora nec per locum moveri et per tempora et per locum movere, vel fideliter credunt, vel etiam excellenter intelligunt. Capitulum [XIIII]

Non ergo iam quid eius dixit deus queramus sed potius intelligamus quid dixit. Adiutorium quippe hominis secundum ipsum fuisse faciendum etiam ipsa vidit que per quam creata sunt omnia. Et in ea hoc audit qui potest in ea cognoscere quid quia creatum sit. Sed autem queritur ad quam rem fieri oportuit hoc adiutorium michi non probabiliter occurrit quam propter filios procreandos sicut adiutorium semen in terra est ut vigultum ex utroque nascatur. Hoc enim et in ipsa rerum conditione dictum erat: Masculum et feminam fecit eos, et benedixit eos deus dicens: Crescite et multiplicamini et implete terram, et dominamini eius. Que vero conditio et coniunctio masculi et femine atque benedictio nec post peccatum hominisque penam deseruit. Ipsa enim est secundum quam terra nunc hominibus plena dominantibus eius. Capitulum quintum De propagacione filiorum Adam

Quamquam et iam emissi de paradiso convenisse [?] et genuisse [?] referantur [?], tamen non video quid prohibere potuerit ut essent etiam eis honorabiles nuptie in paradiso et thorus immaculatus hoc deo prestante iuste fideliterque viventibus eique obedienter sancteque servientibus ut sine ullo inquieto ardore libidinis sine ullo labore ac dolore pariendi fetus ex eorum semine gignerentur non ut morientibus parentibus filii succederent sed ut illis qui genuissent in aliquo forme statu manentibus et ex ligno vite quod ibi plantatum erat corporalem vigorem sumentibus, et illi qui gignerentur ad eundem producerentur statum donec certo numero impleto si iuste omnes obedienterque viverent tunc fieret illa conmutatio ut sine ulla morte alia corpora conmutarentur [?] alia qualitate eo quod ad omnem nutum regenti se spiritui deservirent et solo spiritu vivificante sine ullis alimentis corporalibus sustentaculis viverent et spiritualia vocarentur, potuit hoc fieri si non preceptum transgressio mortis supplicium meretur. Cui et hoc fieri potuisse non credunt nichil aliud quam consuetudinem naturae iam post peccatum penamque humanam secundum attendunt. Non autem in eorum genere nos esse debemus, qui non credunt nisi quod videre consueverunt. Cui et dubitet hominum obedientem et pie viventi prestari potuisse quod dignum

tum ad dubitem vestibus consiliarii instituendo et quidam in suo genere statum ut parem obsequio
veritatis detinentium non pateret. **Capitulum vj de creatione [sine] mulieris**

Cur ergo non coierunt nisi cum exissent de paradiso. Cito responderi potest, quia mox facta muliere
priusquam coiret facta est illa transgressio, qua in morte destinati, de loco illius
felicitatis exciderunt. Non enim scriptura expressit quantum ibi fuerint inter eos factos, et exacta na-
m in terram potest eis dici, quia nondum deus iusserat ut coiret. Cur enim non ad hoc expectaretur divina
permissio auctoritatis, ubi nulla concupiscentiae stimulus inobedientis urgebat. Ideo autem hoc
non iusserat deus, quia omnia praescientia sua per ordinem disponebat, in quo eorum casum procul dubio praecesserat,
unde iam mortale genus propagandum esset humanum. **Capitulum vij de gignendis filiis ad**

Aut si ad hoc adiutorium gignendi filios non est facta mulier viro, ad quid ergo ad adiutorium fa-
cta est. Si quia simul operaretur terram, nec dum erat labor, ut adiutorio indigeret, et si
opus esset, melius adiutorium masculus fieret. Hoc et de solatio dici potest, si solitudinis for-
te tedebat. Quanto enim congruentius ad convivendum et colloquendum duo amici pariter
viri et mulier habitarent. Quod si oportebat alium iubendo, alium obsequendo pariter vivere, ne con-
trarie voluntates pacem cohabitantium perturbarent, nec ad hoc retinendum ordo defuisset, quo prior
alter posterior, maxime si posterior ex priore crearetur, sicut femina creata est. An aliquis
dixerit de costa hominis deum feminam tantum, non etiam masculum, si et hoc vellet, facere potuisse.
Quapropter non invenio ad quod adiutorium facta sit mulier viro, si pariendi causa subtrahitur.

Capitulum viij

Nam si parentes filiis suis cederent, ex hac vita oporteret, ut ita omne genus
humanum per decessiones et successiones in multitudine impleretur. Potuerunt ergo homines genitis filiis
perfecto humani officii munere hinc ad meliora transire, non per mortem, sed per aliquam
commutationem, aut illa summa, quae recepto corpori fient sanctis sicut angeli in caelo, aut si illa
fieri non debet nisi omnibus simul in saeculi fine, aliquem inferiorem illa erit, quam tamen huic
melioris statu corporum ut hoc terrenum habet, vel ita eos quomodo primitus facta sunt, viri et limo terre
et mulieres ex viri carne. Neque enim arbitrandum est helias vel sic esse ita sicut erunt sancti, quod
vitam non dum complevit, et sicut quidam fuit homines cum exit
melius hic quam in hac vita posset, quamvis non deus haberet quod ex hac vita recte gesta
fine transiret. Si probati enim inobedientia perdiderunt, ne sine nobis perfecti perficerentur,
saeculum si quis fuerit, hic helia mereri non potuisse, si deduxisset uxorem filiosque pro-
mundanorum in quibus fuit, aliquibus autem sanctorum vivunt hec [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible]
[illegible]. Sed tractata questione illa qua queritur utrum sui casus prescius numquam cadet fuit, ne
sine beatitudine [illegible] esse vel aliquando fuisse angelos dicamus, non sine causa putare posse
dixi diabolum ab ipso [illegible] hic est ab ipso vel [illegible] vel sue condicionis initio cecidisse
nec aliquando in veritate stetisse, unde non nulli enim non in hanc maliciam liberum arbitrium voluntatis esse
deflexisse. Sed in hac omnino creatum putant, quamvis a deo summo et vero [illegible] eum tamen.
Adhibent ergo testimonium de libro Iob, cum ibi scriptum est, cum de illo sermo esset: Hoc est initium fi-
gmenti domini quod fecit ut illudatur ab angelis eius. Cui sentencie congruit quod in psalmo scriptum est:
Draco hic quem finxisti ad illudendum ei, nisi quod hic quem finxisti dixit, non autem
sic hic est initium figmenti domini. Tamquam in initio eum ita finxisset ut malus

Hec opinio quomodo non sit adversa ei quod scriptum est: Fecit deus omnia
bona valde, ubi veniret diabolus non propria voluntate depravatus
Sed ab ipso domino deo factum malum valde. Quomodo conveniat videre
nec ingenii est vel ineruditi apparet, ~~[illegible]~~. Non tamen
condicione prima sed eis nunc depravatis sua voluntatibus [illegible]
summa eo omnia que creata sunt in universum omnia creatura bonum

ut seductor
ut invidus
ut eo diabolus esset
non voluntate depravatus
sed ita creatus

esse valde. Non quod bona sint in ea mali sed quod non efficiant maliciam sua ut subditi ad
inspiratoris nimio [illegible] sepia deus, et orde universitatis aliquam ex parte turpetur
sive turbetur, eo sunt quamvis ipsi voluntatibus eorum malis tribuant etiam et congruentia li-
mites prestitum et pondera rerum ut eum ipsis convenienter iuste quod ordinetur uni-
versitatis pulcra sit. Tamen quod tunc occurrit et verum est atque manifestum iusticie ipsi con-
venit ut nullo prodire in [illegible] hic ipsum in ignem deus dampnet, quod in eo ipse cadat. Certa
quod et evidentibus dampnatus diabolus et angelorum eius ex eterno veniant, ubi sic dicturum
dominus pronunciat eos qui a sinistris sunt: Ite in ignem eternum qui paratus est diabolo et angelis
eius. Nullo modo in eo natura quam deus creavit, sed mala propria voluntas pena ignis
eterni plectendam esse credendum est. Hec enim nature esse figmenta quod dictum est: Hoc est
initium figmenti domini quod fecit ut illudatur ab angelis eius. Sed illud potius accipiunt quod tali
voluntati convenienter aptatur vel ipsam ordinacionem in qua eum fecit eius nolentem utilem bonis

tria mem[illegible]
et in [illegible]

[illegible]

dyabolus cecidit

draco hic

Providencia angeli secundum gen. ad l.

Vel quod presciens ipsa voluntate malum futurum fecit eum non abstrahens voluntate sua in prebendo vim [illegible] futuram, et noxie voluntati simul providens quanta de illo bona ipse esset ipsa mirabili bonitate ac potestate facturus. Iuxta autem figmentum domini dictum est quod fecit ut illudatur ab angelis eius. Non quia primitus ipsum condidit vel iniciavit malum [illegible] Sed quod cum fecit eum ad hoc ipsa voluntate malum futurum ut bonis noceret, creavit eum ad hoc ut de illo bonis ipse deserviret. Hoc est ut illudatur ab angelis eius cum sic illuditur cum sibi presunt temptaciones eius, quia eos dampnare conatur ut malum in qua ipse esse voluit eo nolente sit utile sanctis. Sed quia hoc providens eum finxit, ideo initium ad illudendum [illegible] Unde temporali habet vasa eius dyabolus et tamquam capitis corpus, et omnes intelligi deus malos futuros providens creavit eos ad utilitatem bonorum. Simul illuduntur et ipsi nocere voluntates preceptum [illegible] et eorum tempore cautela et prudencia sub deo humilitatis et intelligencie gratia et exercitatis ad tolerandos malos et probato ad diligendos inimicos. Sed ille est inicium figmenti, quod sic illuditur, quia precedunt istos et ipsis antecedit et preparat malum. Hoc autem deus per sanctos facit illo ope providentie quo creatus non [illegible] erat perhibens in angelos malos angeli boni ut malorum impietas non excedere ... in quantum sunt possit. Nec tam angelorum [illegible] eciam hominum donec iste [illegible] quod vivunt ex fide ... in hominibus patiet [illegible] in iudicium ut possint et ipsi [illegible] solo xii tribus Israel sed eciam angelos iudicabunt. Sed quod putant uniusquisque dyabolus in veritate stetisse numquam cum angelis beatum duxisse vitam sed ab ipso sue condicionis inicio cecidisse, non sic accipiendum est ut non ipsa voluntate depravatus sed malus a deo bono creatus putetur, alioquin non ab inicio cecidisse diceretur. Neque enim cecidit si talis factus est.

Sed factus tamquam se a luce veritatis avertit superbia tumidus et ipse propriae delectacionis corruptus vim beate atque angelice vite dulcedinis non gustavit, quia non utique acceptam fastidivit sed nolendo accipere deseruit et amisit, proinde nec sui casus presciens esse potuit quia sapientia pietatis est fructus. Ille autem continuo accepit quod acquireret et mitteretur eciam non ex eo quod acceperat cecidit sed ex eo quod acciperet si subditus esse voluisset deo. Et ideo quia noluit et ab eo quod acciperet creatura erat cecidit et Praeterea illius sub quo esse noluit non evasit effectum quod in illo est pondere maiori ut nec iustitie possit libere delectari nec ab eius sua libera. Et quod per ysaiam prophetam de eo dicitur quomodo cecidit de celo lucifer mane oriens, tamquam in [illegible] quod intelligit ad omnes [illegible] Tu autem dixisti in corde tuo in celum ascendam super sydera celi ponam thronum meum et sedebo in monte excelso super montes excelsos qui sunt ad aquilonem, ascendam super nubes et ero altissimo. Nunc autem ad inferos descendes. Et cetera que in figura regis ... babilonis in dyabolum dicta intelliguntur, plura in eius [illegible] conveniunt quod ex corpore humano quod congregat. Et in eos maxime qui per superbiam ei cohaerent apostatando mandatis dei. Sic et qui erat dyabolus homo dictus est in evangelio. Inimicus homo hoc fecit. Ita qui homo erat dyabolus dictus est in evangelio. Nonne ego xii vos elegi et unus ex vobis dyabolus est. Et sic corpus christi quod est ecclesia dicitur christus. Sic illud dictum est Vos autem estis semen Abrahe, cum paulus superius dixisset Abrahe dicte sunt promissiones et semini eius. Non dicit in seminibus tamquam in multis sed tamquam in uno et semini tuo qui est christus. Et utique sicut illi corpus unum est et multa habet membra. Omnia autem membra corporis cum sint multa unum est corpus. Ita christus et non et corpus dyaboli cuius caput est dyabolus, id est ipsa impiorum multitudo maxime eorum qui a christo vel ecclesia sic de celo cadunt dicitur dyabolus. Et in ipsum corpus multa figurate dicuntur, quod tamen tam capiti quam corpori membrisque conveniunt. Ita et lucifer qui mane oriebatur et cecidit potest intelligi apostatarum genus vel a christo vel ab ecclesia, quod ita convertitur ad tenebras amissa luce quam portabat, sicut qui convertuntur ad deum a tenebris ad lucem transeunt, id est qui fuerunt tenebre lux fiunt. Item in figura principis Thiri per Ezechielem prophetam in dyabolum dicta intelliguntur et sigillum similitudinis et corona decoris in deliciis paradisi dei fuisse, omni lapide precioso ornatus est. Et cetera que non tam ipsum principem conveniunt quam in corpus eius dicta conveniunt paradisum. Item dicitur in ecclesia sic legitur in Cantico Canticorum Ortus conclusus, fons signatus, puteus aque vive, paradisus cum fructu pomorum

[illegible]

Inde accidunt ut apta corporali separatione omnis heretici ut occulti et spirituali [illegible]
ea corporaliter esse videantur omnes conversi ad vomitum suum tu per vim passionem peccatorum suorum pau-
lulum ambulasset in via iustitie, in quibus secuta sunt posteriora deteriora prioribus. Et quibus non
expediebat cognoscere viam iustitie, quam cognoscentibus retrorsum reflecti a tradito sibi sancto
mandato. [illegible]

[illegible]

Capitulum viii de dyablo

[illegible]

Capitulum ix capitulum de Serpente

[illegible]

spiritui rerum tamen ex illo naturali ordine subiciatur vel quod eius voluntatibus malis potentissima potestas permittat
ut hoc magis habeat usus perfectus movendi carnalibus hominibus quam illud aliud genus alium. Ac-
si et non parva est teste nominis fama hominum serpentis seductione esse colloquio. Gaudent etiam de-
mones hanc sibi potestatem dari ut ad imitationem hominum serpentes moveant ut quoslibet non fallat quod
puniat. Hoc autem permittuntur ad primi facti memoriam quoddam commendandam quod eis sit quedam cum hominibus genere fami-
liaritas. Porro ipsum primum factum ad hoc permissum est ut per talem serpentis locutionem figuraret-
tur quomodo hominem tunc erudiendo his gesta gentibus oportebat omnes diabolicas temptationes sentiendo et appa-
ret eum in serpente per serpentem cepisse. Deinde prudentissimus omnium bestiarum hic est astu-
tissimus ita dictus est serpens propter astutiam diaboli qui in illo et de illo agebat dolum quemadmodum
dicitur astuta lingua, quam prudentem vel astutum movet ad aliquid prudenter astute quod sua-
dendum. Non enim est hec vis seu virtus membri corporalis quod vocatur lingua, sed utique
mentis que utitur ea. Ita etiam dictum est stilus mendax scribarum. Neque enim mendax
esse pertinet nisi ad viventem et sentientem. Sed stilus mendax dictus est quod per eum mendax men-
daciter operatur. Quemadmodum si et ille serpens mendax diceretur quod eo diabolus tamquam stilo men-
dacie uteretur. Hoc ideo commendandum putavi ne quispiam existimans animalia hominis capta-
tionem habere intellectum vel in animal rationale repente mutari, seducantur in illam opinionem et no-
xiam revolutionis vel hominum in bestias vel in homines bestiarum. Sic ergo locutus est serpens
homini sicut asina in qua sedebat Balaam locuta est homini, nisi quod illud opus fuit diabolicum,
hoc angelicum. Habent enim quedam boni et mali angeli opera similia, sicut Moyses et magi Pharao-
nis, in quibus etiam boni angeli potentiores sunt. Que tamen nec mali angeli ex talium operum quicquam
possunt nisi quod per bonos angelos permisit deus, ut retribuat unicuique secundum cor eius vel se-
cundum gratiam dei vere atque iuste ac benigne per altitudinem divitiarum sapientie et scientie dei. Cap. x. de serpente.

Dixit ergo serpens mulieri. Quid quia dixit deus, non edetis de omni ligno paradisi.
Et dixit mulier serpenti. A fructu ligni quod est in paradiso edemus. De fructu autem ligni quod est
in medio paradisi dixit deus non edetis ex eo neque contingetis illud ne forte moriamini.
Ideo prius interrogavit serpens, et respondit hoc mulier, ut prevaricatio esset inexcusabilis neque
ullo modo dici posset id quod preceperat deus oblitam fuisse mulierem. Quamquam et oblivio precepti
maxime et unius et tam necessarii ad maximam culpam damnabilis neglegentie pertinet. Verumtamen et
transgressio eius cum in memoria retineretur et tamquam in illo deus assisteret presens contempneretur,
unde magis fuit eius dictum per psalmistam et memoria retinentibus mandata eius ut
faciant ea. Multi enim memoria retinent ut contemnant eas prevaricationes maius peccato ubi
oblivionis nulla est excusatio. Dixit ergo serpens mulieri. Non morte moriemini. Sciebat
enim deus quia quo die manducaveritis de eo aperientur vobis oculi et eritis sicut dii scien-
tes bonum et malum. Quando hiis verbis crederet mulier a bona atque utili re divinitus fuis-
se prohibitos, nisi iam inesset menti amor ille proprie potestatis et quedam de se superba pre-
sumptio, que per illam temptationem fuerat convincenda et humilianda. Denique verbis non contenta
serpentis consideravit lignum vidit quod bonum ad escam et decorum ad aspectum. Et non cre-
dens posse inde se mori, arbitror quod putavit deum alicuius significationis dixisse
si manducaveritis morte moriemini. Atque ideo sumpsit de fructu eius et manducavit. Dedit
et viro suo secum, fortassis cum verbo suasorio quod scriptura tacens intelligendum relinquit.

An forte nec suaderi iam opus erat viro, quando eum — Cap. xi.
illo cibo mortuam non esse cernebat. Ergo ederunt et aperti sunt oculi amborum.
Ad quid nisi ad invicem concupiscendum. Ad penam peccati carnis ipsius morte concepta, ut iam
esset corpus non animale tantum quod poterat si obedientiam servasset in meliorem spiritalem habitum
sine morte mutari, in quo lex in membris repugnaret legi mentis. Neque enim clausis o-
culis facti erant et in paradiso oberrabant tamquam palpitando et oberrabant ut vetitum lignum
et nescientes attingerent palpantesque fructus prohibitos ignorando decerperent. Quomodo autem alia
et volatilia adducta ad Adam ut videret quid ea vocaret si non videbat. Et quomodo
ipsa mulier ad virum adducta est quando facta est ut de illa quod non videbat diceret
hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea etc. Postremo quomodo vidit

Eva

obediencia

mulier quod bonum esset lignum in escam et quia placet oculis ad videndum, et decerpsit, et cognoscere si clau-
si erant oculi. Nec tamen unius verbi translatione totum figurate accipiendum est.
Videat tamen quemadmodum dixerit serpens: aperientur vobis oculi. Hoc et cum scriptor ubi dixisse
narravit. Iam quid vero significaverit vel quid dixerit lectori considerandum permisit. Hoc
autem quod dixit: Et aperti sunt oculi eorum et cognoverunt quia nudi erant, ita scriptum est, quemadmodum
omnia que gesta narrantur. Nec tamen ideo in allegoricam narrationem nos debent ducere. Neque enim et evan-
gelista narrator dicta cuiusquam figurata ex eius persona inserebat, ac non ex propria sua que fuerunt
gesta narrabat, cum diceret de illis duobus quorum unus erat Cleophas, quod cum fregisset eis
panem aperti sunt oculi eorum et cognoverunt eum quem in via non cognoverant. Non utique clausis
oculis ambulaverant, sed eum cognoscere non valebant. Sic ergo ibi, sic nec isto loco non figurata
est, quamvis translato verbo scriptura usa sit ut apertos diceret oculos, que et antea patebant,
apertos utique ad aliquid intuendum et cogitandum quod antea numquam adverterant. Ubi et ad transgredi-
endum preceptum audax curiositas mota est, avida experiri latentia, quid fieret tacto vetito, et
noxia libertate ~~habendi~~ habenas prohibitionis rumpere delectata, probabiliter existimans non esse
mortem quam timuerant secuturam. Tale quippe pomum credendum est fuisse in illa arbore, cuius-
modi poma iam in aliis arboribus innoxia senserant, unde magis credebant deum posse pecca-
tibus facile ignoscere quam patienter tulerant non cognoscere quid esset vel cur eos inde cibum
sumere vetuisset. Mox ergo ut preceptum transgressi sunt, intrinsecus gratia deserente omnino nudati,
quam typho quodam et superbo amore sue potestatis offenderant, in sua membra oculos iniecerunt,
eaque motu eo quo non noverant concupierunt. Ad hoc ergo aperti sunt oculi ad quod antea non
patebant, cum tamen ad alia paterent. Hec mors eo die accidit quo factum est quod deus vetuit. Amisso quippe
statu mirabili corpus ipsorum cui ~~et~~ statim etiam de ligno vite virtute mystica prebebatur, per quam
nec morbo temptari nec mutari etate potuissent, ut hoc in corpore carnis quibus adhuc anima-
li et in melius postea commutanda iam tamen significaretur per escam ligni vite, quod de ipso spi-
rituali alimento sapientie, cuius sacramentum illud lignum erat, sicut angeli per eternitatis partici-
pationem ut in eternum non mutentur. Hoc ergo amisso statu corpus eorum duxit morbidam
et mortiferam qualitatem, que inest etiam pecorum carni, ac per hoc etiam eundem motum quo fit
in pecoribus concumbendi appetitus, ut succedant nascentia morientibus. Sed tamen ipsa, ea pena sue
contemptus index anima rationalis bestialem motum in membris sue carnis erubuit eique incus-
sit pudorem, non solum quia hoc ibi sentiebat ubi numquam antea tale aliquid senserat, verum etiam
quia ille pudendus motus de precepti transgressione veniebat. Ibi enim senserunt qua prius gratia ve-
stirentur, quando in sua nuditate nichil indecens patiebantur. Ibi completum est: Domine, in volun-
tate tua prestitisti decori meo virtutem, avertisti faciem tuam et factus sum conturbatus. Denique in
conturbatione ad folia ficulnea cucurrerunt, succinctoria consuerunt, et quia gloriam deseruerant
pudenda texerunt. Nec arbitror eos cogitasse aliquid in hiis foliis quod talibus congruenter co-
tegi iam membra pruritum sentientia, sed occulto instinctu ad hoc illa conturbatione compulsi sunt ut etiam
talis pene sue significatio a nescientibus fieret, que peccatores facta convinceret et conscripta legentes doceret.
Et audierunt vocem domini dei ambulantis in paradiso ad vesperam. Ea quippe hora tales con-
venerat visitare qui defecerant a luce veritatis. Fortassis cum aliis interioribus vel ineffabilibus
modis deus cum illis antea loquebatur, sicut etiam cum angelis loquitur, ipsa incommutabili veri-
tate illustrans mentes eorum, ut intelligant nosse simul cuncta que per tempora non simul fiunt,
fortasse inquam sic cum eis loquebatur, etsi non tanta participatione divine sapientie quantam capiunt
angeli, tamen pro humano modulo quamvis minus, sed ipso genere visitationis et locutionis. Fortassis
etiam illo quod fit per creaturam, sive in extasi spiritus corporalibus ymaginibus, sive ipsis sensibus corporis aliqua
specie presentata vel ad videndum vel ad audiendum, sicut in angelis solet videri deus vel sonare per
nubem. Nunc tamen quod audierunt vocem ambulantis dei in paradiso ad vesperam, non nisi per creaturam
visibiliter factum est, ne substantia illa invisibilis et ubique tota, que est patris et filii et spiritus sancti, corporali-
bus sensibus locali et temporali motu apparuisse credatur. Et absconderunt se Adam et mulier
eius a facie domini in medio ligni quod est in paradiso. Cum deus averteret interius faciem suam,
et sic illo conturbati. Non miremur hoc fieri quod similiter sunt [illegible] pudorem

pomum quod comedit eva

aperti sunt oculi ade et eve

et

et tandem illo quod oculis instructi non quiescerent, ut ea nescirent facerent quae aliquid significarent
quibus saltem posteris propter quos illa scripta sunt. / Et capitulum xii

Et vocavit dominus deus Adam et dixit ei: Ubi es? Increpantis vox est, non ignorantis. Et hoc sane
ad aliquam pertinet significationem, quod sicut praeceptum viro datum est per quem perveniret ad feminam, ita
vir prior interrogatur. Praeceptum enim a domino per virum usque ad feminam, peccatum autem a diabolo
per feminam usque ad virum. Haec mysticis significationibus plena sunt, non eo agente in
quibus facta sunt, sed de his eo agente potentissima sapientia dei. Non autem significata reseranda
sed gesta defendenda suscepimus. Respondit ergo Adam: Vocem tuam audivi in paradiso et timui, et abscondi
me. Satis probabile est solere deum per creaturam tali actioni aptam vel forma humana primis illis
hominibus apparere. Quos tamen numquam permisit advertere nuditatem suam, corporis intentionem ad superna
extollentes, nisi post peccatum pudendum in membris motum poenali membrorum lege sensissent.
Sic ergo affecti sunt, ut solent affici homines sub oculis hominum. Et talis affectio de peccato poena
erat, cum latere vellent quem latere nihil potest, et ab eo carnem occultare qui cordis inspector est.
Sed quid mirum si superbi, esse volentes sicut dii, evanuerunt in cogitationibus suis et obscuratum est
insipiens cor eorum. Dicentes quippe se esse sapientes in abundantia sua, et illo auferente facie
stulti facti sunt. Etenim quos ipsos pudebat erga seipsos, unde sibi et succinctoria fecerant,
multo vehementius ab illo etiam sic succincti videri verebantur, qui tamquam familiari quodam tempera-
mento ad eos videndos per creaturam visibilem velut humanos oculos afferebat. Sic enim se per
creaturam apparebat, ut ad homines tamquam cum homine loqueretur, quemadmodum ad Abraham ad quercum
Mambre. Illa ipsa quae amicitia pudorem auferebat ante peccatum, quae fiduciam dabat ante peccatum,
nec iam illam nuditatem audebat videre talibus oculis, quae displicet et sibi. Deus ergo volens iam
peccatores more iustitiae interrogare, primo, ampliusque cum iam esset prima poena de qua illum rogabat con-
fiteri: Quis nuntiavit inquit tibi quia nudus es, nisi quia a ligno quod praeceperam tibi tantum ne
ex eo manducares ab eo edisti? Hinc enim mors concepta per dei sententiam. Cum sic fuit com-
minatus, fecit advertere concupiscentialiter membra, ubi dicti sunt aperti oculi, et secutum est quod pudendum.
Et dixit Adam: Mulier quam dedisti mecum, haec mihi dedit a ligno et edi. Numquid dixit
peccavi? Superbia habet deformitatem confusionis, et non habet confessionis humilitatem. Ad hoc illa con-
scripta sunt, quia et ipsae interrogationes nimirum factae sunt, ut veraciter et utiliter scriberentur,
quia si mendacia non utiliter ut audiremus quo morbo superbiae laborant homines
hodie non nisi in creatorem conantes referre si quid egerint mali, cum sibi velint tribui
si quid egerint boni. Mulier, inquit, quam dedisti mecum, ut esset mecum, haec dedit mihi a ligno
et edi. Quasi ad hoc data sit, ut non ipsa potius obediret viro et ambo deo. Et dixit
dominus mulieri: Quid hoc fecisti? Et dixit mulier: Serpens seduxit me et manducavi. Nec
ista confitetur peccatum, sed ad alterum refert, impari sexu, pari fastu. Ex his tamen natis defluxit ad omnes perlata
imitatio est. Et plane pluribus malis exercitatus quod dixit et dicit usque ad eum peccator:
Ego dixi domine miserere mei, sana animam meam quia peccavi tibi. Quanto melius sic et isti. Sed adhuc
cervices peccatorum non contriverat deus; restabant labores, dolores mortis, et omnis contritio saeculi,
et gratia dei, qua tempore opportuno subvenit hominibus, quos afflictos docuit non de seipsis
debere praesumere. Serpens inquit seduxit me et manducavi. Quasi cuiusquam suasio praecepto
dei debeat anteponi.

Capitulum xiii De primis parentibus et correctione eorum.

Et dixit dominus deus serpenti: Quia fecisti hoc, maledictus tu ab omnibus pecoribus et ab
omnibus bestiis quae super terram sunt. Super pectus tuum ambulabis et terram edes omnibus
diebus vitae tuae. Et inimicitias ponam inter te et mulierem, et inter semen tuum et semen
eius. Ipsa tibi servabit caput et tu servabis eius calcaneum. Tota ista sunt figurata et
de deo et scriptoris fide narrantisque veracis, nisi ne illa dicta fuisse dubitetur.
Nec aliud de ea ... haec exigenda sunt
ut proposita est. Et dixit dominus deus serpenti: Iam certa verba dei sunt quae libere lectoris intellectui
per figuras. Haec ergo verba de serpente ... ut figurate accipi debeant, sicut in exordio voluminis huius me-
minimus ... ac ... cur serpens cur haec fecerit non est interrogatus, sic videri, quia ...
exploratum sit ...

In forma humana loquitur deus primis parentibus

Superbia

quercum

sententia

ipse usque in suam mentem et voluntatem ferat. Sed diabolus de illo et pulvis et in illo fuit operatus, qui-
cum ex peccato impietatis ac superbie sive igne destructus fuerit sempiterno. Tamen ergo quod serpenti
dicitur et ad illum qui per serpentem operatus est usque vestrum per eundem figuratum est. Nam in hiis verbis
temptator ille describitur qualis generi humano futurus esset. Id genus humanum propagari tunc cepit.
Que hec in diabolo est tamquam in serpente prolata sunt. Hec itaque via [illegible] figuris ex parte acci-
pienda sunt. Et in illis duobus adversus manicheos editis libris de genesi contra potius
disseruimus. Et si quid diligentius et congruentius alias poterimus deo adiuvante ut speramus. Nunc
tamen intentio in aliud tendit. Et dixit multiplicabo tristicias tuas et gemitum tuum. In
tristiciis paries filios et ad virum tuum conversio tua, et ipse tui dominabitur. Hec quoque in mulieribus dici va-
let figurate ac prophetice multo congruentius intelliguntur. Verum tamen quia nondum pepererat femina, nec do-
lor et gemitus parientis nisi ex corpore mortis est, quod in [illegible] tunc [illegible]. Si si [illegible] [illegible]
non usque moriturus, et alio quodam statu felicioris etatis donec per vitam bene gesta in
melius mutari mererentur. Sic iam supra pluribus locis insinuavi. Ipsa [illegible] pena et ad conversio-
nem inpositum est et id quod dictum est, et ad virum tuum conversio tua et ipse dominabitur tui, videndum
est quo modo proprie possit accipi. Neque enim et ante peccatum aliter factam fuisse decet credere mulierem nisi
ut ei vir dominaretur, et ad eum ipsa serviendo converteretur. Sed recte accipi potest hanc servitutem si-
gnificatam, que cuiusdam conditionis est potius quam dilectionis, ut et ipsa talis servitus qua homines hominibus
subiecta esse sunt postea de pena peccati reperiatur exorta. Dixit quidem apostolus servire invicem. Sed
nequaquam diceret invicem dominamini, possunt itaque coniuges per caritatem servire invicem. Sed mulierem
non permittit dominari in virum. Hec et in viro potius sententia domini detulit, et maritum habere dominum
meruit mulier, non natura sed culpa. Que tamen nisi servetur depravabitur amplius natura et augebitur
culpa. Dixit ergo et ad virum eius. Quia audisti vocem mulieris tue, et edisti de ligno de quo
preceperam tibi de hoc solo non edere, maledicta terra in operibus tuis. In tristiciis edes illam cunctis
diebus vite tue, spinas et tribulos edet tibi et edes fenum agri. In sudore faciei tue
edes panem tuum, donec convertaris in terram de qua sumptus es, quia terra es et in terram ibis. [illegible]
Hos esse in terra labores humani generis quis ignorat? Et quia non essent si felicitas que fuit in pa-
radiso teneretur, non est usque dubitandum. Et propterea etiam proprie verba hec accipere primitus ne pigeat.
Servanda tamen est et expectanda significatio prophetica quam maxime intendit hic dei loquentis intentio.
Neque enim et frustra et ipse Adam miro quodam instinctu tunc vocavit nomen mulieris sue vita,
addens subiciens est quia ipsa est mater omnium viventium. Nam et hec non scriptoris narrantis vel
affirmantis, sed ipsius primi hominis verba intelligenda sunt, ut deceret quia hec est mater omnium viventium,
tamquam nominis a se impositi causam insereret cur eam vocaverit vitam. Capitulum xiiii de Adam et Eva de tunicis corii

Et fecit deus Ade et mulieri eius tunicas pelliceas, et induit eos.
Et hoc significationis gratia factum est, sed tamen factum, sed illa que significationis gratia dicta sunt, sed tamen
dicta sunt. Hoc enim sepe dixi, nec me sepius piget dicere, a narratione rerum gestarum
exigendum est ut ea narret facta que facta sunt, ea dicta esse que dicta sunt. Sicut autem in factis
queritur quid factum sit, et quid significet, ita in verbis quid dictum sit et quid significet.
Sive et figurate sive proprie dictum sit, quod dictum esse narratur, dictum tamen esse non est putare si-
gnificatum. Et dixit deus Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis in cognoscendo bonum et
malum. Quod hoc quocumque et quolibet dictum sit, deus tamen dixit non aliter intelligendum est quod ait
unus ex nobis nisi propter trinitatem numerus pluralis accipiat. Sic dictum est faciamus hominem,
sicut et dominus de se et patre veniemus ad eum et mansionem apud eum faciemus. Replicatum est ergo
in caput superbi, quo exitum concupierunt quod a serpente suggestum est. Eritis sicut dii. Ecce inquit
Adam factus est tamquam unus ex nobis. Verba et sunt hec dei non tam huic insultantis quam ceteros ne
ita superbiant deterrentis, propter quos illa conscripta sunt, factus est inquit tamquam unus ex nobis
in cognoscendo bonum et malum. Quod aliud intelligendum nisi exemplum timoris incutiendi esse
propositum, quia non solum non factus est qualis voluit, sed nec illud quod factus fuerat conservavit.
Et nunc inquit deus ne aliquando extendat manum et sumat de ligno vite et edat et vivat

non dixit [illegible] serpentibus

in celum. Et dimisit illum dominus deus de paradiso voluptatis operari terram ex qua sumptus est. Corporea vero
dicta sunt, hec autem facta sunt secundum ipsa verba facta sunt. Exulavimus [?] autem a vita non solum a vita quam
fuerit si preceptum servasset cum angelis accepturus, sed ab illa etiam quam ducebat in paradiso felici
quodam corporis statu. Separari utique debuit a ligno vite, sive quod ex illo illi subsisteret felix
ille corporis status ex re visibili virtute invisibili, sive quod in eo esset sacramentum visibile invisibilis
sapientie, alienandus inde utique fuerat vel iam moriturus, vel etiam tamquam excommunicatus, sicut
etiam in hoc paradiso, id est ecclesia, solent a sacramentis altaris visibilibus homines disciplina ecclesiastica
removeri. Et eiecit Adam et collocavit eum contra paradisum voluptatis. Et hoc significanter gestum est,
sed tamen gestum, ut contra paradisum quo beata vita etiam spiritualiter significabatur habitaret peccator utique in miseria.
Et ordinavit cherubim et flammeam romphaeam que vertitur custodire viam ligni vite. Hec per celestes
utique potestates etiam in paradiso visibili etiam facta esse credendum est, ut per angelicum ministerium esset illic
quedam ignea custodia; non tamen frustra factum esse, nisi quia significat aliquid etiam de spirituali paradiso, nec
utique dubitandum.

Ada[m] excomunicat[us]

Capitulum XV De impressione [?] ade et eve

Non autem ignoro quibusdam esse visum festinatione illos homines presumpsisse appetitum scientie boni et
mali et dilatorio tempore parare quod eis dilatum opportunius servabatur. Ideoque egisse temptatorem
ut preoccupando hoc sibi usurparent, ut de talibus quasi compendio offenderent deum. Et ab eius rei utilitate aliena-
rentur exclusi, ad quam si suo tempore quo deus volebat accederent, possent capere
salubriter. Propterea, sive forte lignum illud non ad proprietatem, ut verum lignum et vera poma eius, sed
ad figuram velint accipere, habent exitum aliquem recte fidei veritati est probabile. Visum est etiam qui-
busdam, duos illos primos homines nuptias suas furtim fuisse furatos, et ante miscuisse se co-
ncubitu quam eos creator coniungeret, quod vocabulo ligni fuisse significatum, unde prohibiti
erant donec opportuno tempore iungerentur. Quasi vero in ea etate facti esse credendi sint ut
expectanda esset eis invitatio pubertatis, aut non illud tunc legitimum erat cum primum fieri potuisset,
non utique fieret. Nisi forte erat a patre tradenda et expectanda ad votorum solemnitas
et convivii celebritas et dotis estimatio et conscriptio tabularum. Ridiculum illud est preterquam
a gestarum in proprietate discedat, quam suscepimus defendendam et quantum deus donare voluit asserendam.

Capitulum XVI

Illud magis movet si iam spiritualis erat Adam, quamvis mente non
corpore, quomodo potuit credere quod per serpentem dictum est, ideo deum prohibuisse ne fructum illius ligni ve-
scerentur, quia sciebat eos si fecissent futuros ut deos per cognitionem boni et mali,
et tamquam hoc tantum bonum creature sue creator invideret. Hoc mirum si homo spiritali men-
te preditus credere potuisset. An quia hoc credere ipse non posset propter mulier adiecta est, que parum intellectus
esset et adhuc fortasse secundum sensum carnis, non secundum spiritum mentis viveret. Et hoc ideo eam apostolus non tribuit
imaginem dei. Sic enim ait: Vir quidem non debet velare caput cum sit imago et gloria dei, mulier autem gloria
viri est. Non quo mens femine eandem gloriam imaginis capere non possit, cum in illa gratia nos
dicat neque masculum esse neque feminam. Sed fortassis id huc modum preferat quod sit in agnitione dei
et viro regente et disponente paulatim faciendi perperam. Neque enim frustra est illud quod apostolus
ait: Adam prius formatus est deinde Eva, et Adam non est seductus, mulier autem seducta in prevari-
catione facta est, id est ut per illam etiam vir prevaricaretur. Nam et ipsum dicit prevaricatorem, ubi ait: In
similitudine prevaricationis Ade, qui est forma futuri. Seductum tamen negat. Nam et interrogatus
non ait: Mulier quam dedisti mecum seduxit me et manducavi, sed: Ipsa, inquit, dedit mihi
a ligno et manducavi. Illa vero: Serpens, inquit, seduxit me. Sicut Salomon vir tante sapientie, numquid
ita credendum est quod in simulacrorum cultu crediderit esse aliquid utilitatis? Sed mulierum a-
mori ad hoc malum trahenti resistere non valuit, faciens quod sciebat non esse faciendum, ne
suas quibus deperibat atque defluebat mortiferas delicias contristaret. Ita et Adam, postea-
quam de ligno prohibito seducta mulier manducavit eique dedit ut simul ederent, noluit
eam contristare, quam credebat posse sine suo solatio contabescere si ab eius alienaretur animo, et omnino
illa interire discordia. Non quidem carnis victus concupiscentia, quam nondum senserat in resistente
lege membrorum legi mentis sue, sed amicabili quadam benevolentia, qua plerumque fit
ut offendatur deus, ne homo ex amico fiat inimicus. Quod eum facere non debuisse
divine sententie iustus exitus indicavit. Ergo alio modo quodam etiam ipse deceptus est, sed dolo illo

prud[en]t[er] [?]

serpentino quo mulier seducta est, nullo modo illum arbitror potuisse seduci. Hanc autem proprie seductionem appel-
lavit apostolus, qua id quod suadebatur, cum falsum esset, verum esse putatum est, id est quod deus ideo lignum illud
tangere prohibuerit, quia sciebat eos si tetigissent velut deos futuros, tamquam eis divinitatem
invideret qui eos homines fecerat. Sed etsi virum propter aliquam mentis elationem, quae deum interiorum scientem
latere non potuit, sollicitavit aliqua experiendi cupiditas, cum mulierem videret accepto illo cibo non
esse mortuam: sed ita seductum, ut quod serpens dixerat, illud tunc cum arbitror spiritualis mente praeditus ullo modo
credere potuisse, quod eos deus ab esca illius ligni invidendo prohibuisset. Sed quid plura? Peccatum
per illud peccatum. Sic persuaderi talibus possit conscriptum est autem sic legi ab omnibus oportet.
Et si paucis hoc intelligentibus, scire oportet.

Sequitur duodecimus liber augustini super genesim ad litteram

In exordio scripturae sanctae quae inscribitur Genesis, usque ad eum locum ubi homo primus de paradiso dimissus
est, undecim libris, sive asserendo ac defendendo quae certa nobis sunt, sive inquirendo ambigen-
doque de incertis quae potuimus et ut potuimus disseruimus, non tam praescribentes
de rebus obscuris quid quisque sentiat, quam nos docendos in quibus dubitavimus ostendentes,
et temeritatem affirmandi amovendo a lectore, ubi non valuimus explere sciendi firmitatem.
Iste autem duodecimus liber, ea cura expeditior, quae nos premebat textus sacrarum litterarum, occupabit
liberius atque prolixius quaestionem de paradiso. Ne putemur vitasse quod videtur apostolus in tertio caelo
insinuare paradisum, ubi ait: Scio hominem in Christo ante annos quattuordecim, sive in corpore nescio, sive
extra corpus nescio, deus scit, raptum huiusmodi usque in tertium caelum. Et scio huiusmodi hominem, sive in
corpore sive extra corpus nescio, deus scit, quia raptus est in paradisum, et audivit ineffabilia
verba quae non licet homini loqui. In his verbis primo quaeri solet quid dicat tertium caelum;
deinde utrum illic velit intelligi paradisum, an postea quam raptus est in tertium caelum, raptus etiam
in paradisum, ubicumque sit paradisus. Non ut hoc sit rapi in tertium caelum quod in paradisum,
sed prius in tertium caelum, et postea inde in paradisum. Quod ita sic ambiguum est, ut non mihi videa-
tur posse dissolvi, nisi aliquibus non ex apostoli verbis, sed ex aliis forte scripturarum
locis vel rationibus perspicuis inveniatur aliquid quo doceat sive in tertio caelo esse paradisum,
sive non esse. Cum et ipsum tertium caelum quid sit non liquido appareat, utrum in rebus corporalibus
an forte in spiritualibus intelligendum sit. Posset quidem dici non nisi in locum corporalem hominem rapi
potuisse cum corpore. Sed quia et hic ita posuit ut nescire se dixerit utrum in corpore an extra corpus
raptus sit, quis audeat dicere se scire quod se nescire apostolus dixit? Verumtamen si neque spiritus sine corpore
ad loca corporalia rapi potest, nec corpus ad spiritualia, hic eius ipsa dubitatio velut cogit intelligi.
Quisquis de seipso hoc eum scripsisse nemo ambigit, sic tale fuisse illud quo raptus est, ut quod utrum
corporale an spirituale esset, sic ignoret, discerni quod non possit. Cum enim et in somnis et in ecstasi
corporum exprimuntur imagines, non discernuntur omnino a corporibus, nisi cum homo redditus sensibus corporis
recognoscit in illis se fuisse imaginibus, quas non per sensus corporis hauriebat. Quis enim, cum a somno
evigilaverit, non continuo sentiat imaginaria fuisse quae videbat, quamvis, cum ea videret dormi-
ens, a vigilantium corporalibus visis discernere non valebat? Quamquam mihi accidisse scio, et ob hoc
etiam aliis accidere potuisse vel posse non dubito, ut in somnis videns sentirem me in somnis videre
sentirem, illasque imagines quae ipsam nostram consensionem ludificare consueverunt, non esse vera cor-
pora, sed in somnis ea praesentari firmissime etiam dormiens tenebam atque sentirem. Sed tamen fallebar aliquando
quod amico meo, quem pariter in somnis videbam, idipsum persuadere conabar, non esse illa corpora quae
videbamus, sed esse somniantium; et ipse utique inter illa pariter mihi apparebat quomodo illa. Et ei tamen
et hoc dicebam, nec id verum esse quod pariter loqueremur, sed et ipsum tunc aliquid videre dormientem.
Et utique ego illa videns omnino non sentirem. Verumtamen etiam cum ipsi persuadere moliebar quod ipse non esset,
adducebar et ex parte ipsum putare esse, cum quo profecto non loquerer, si omnino hoc esse sentirem quod
ipse non esset. Itaque non potuit anima mirabiliter vigilans dormientis nisi seduci rerum
similibus corporum, tamquam si ipsa corpora essent. In ecstasi autem tum audire potuit, et eam rursus
vix voluntas est quod sciebat exprimere, qui et vigilans se sciret et videre quid non oculis

Celum tertium
paradisum
Solutio
de somnii visione

liber xii super gen

corporis. Nam ut eius verba quantum recolere possum, anima mea signum videbat cum non oculi mei
non tamen sciebat utrum corpus esset an imago corporis. Non enim erat talis ut ista discerneret, utcumque
simpliciter fidelis ut cum sic audirem ac si illud quod se vidisse narrabat ipse vidissem. Hoc per
hoc si predictum paulus ita audit ut apparuit ille discussus submissus e celo ut Johannem quasi
in apocalipsi se vidisse conscripsit, ut Ezechiel campus ille cum ossibus mortuorum, et illa corporis non, ut
ysaias sedens deus in conspectu aut eius Seraphim et ara, unde carbo assumptus prophete labia mundavit
quam si cum ignorare potuisse, utrum in corpore aut extra corpus ea videret. Sed si extra corpus visa sunt
et corpora non fuerunt. Sed hic qui profitemur imagines corporum fuerint, an ea specie que nullam corporis
similitudinem gerit sicut deus, sicut ipsa mens hominis, vel intellectus vel ratio, sic virtutes, prudentia
et innumerabilia alia sunt virtutes que intelligendo aut cogitando cernimus, discernimus, dif-
finimus, non utique lineamenta eorum aut colores, aut quo sonent aut quid oleant, aut
quid in ore sapiant, aut quid contrectantibus de calore seu frigore, mollitudine seu
duritia, lenitate seu asperitate renuntient. Sed alia quadam visione, alia luce, alia
rerum evidentia, et ea longe ceteris prestantiore atque certiore. Rursus igitur ad eadem ipsa apostoli verba
redeamus, et ea diligentius perspiciamus, ut sine dubitatione primitus constituto inter magis certa
incorporabiliter amplius apostolum scripsisse quod de incorporeo, corporeum esse non nobis ut sciamus, ut cunctis
teneamus. Sed ergo sciebat spiritualia per corpus, corporalia extra corpus videri omnino non posse. Cur non
per ea ipsa que videre quo esset potuit unde discerneret. Si enim certum erat illa visa esse spiritualia
scilicet non consequenter extra corpus ea se vidisse certum michi erat. Si autem corporalia esse videbat
sine nomine non nisi per corpus videri potuisse. Cur non et non monet, unde ergo dubitat, an
in corpore an extra corpus ea videret. Nisi forte eo dubitet utrum illa corpora an similitudines corporum
fuerint. Primo itaque videamus quid sit in verbis istius contextionis quod non dubitet, an non re-
manserit. Unde dubitat, fortissime certus de quibus non dubitat. Cum in illud dubium apparebit
Scio inquit hominem in Christo ante annos xiiii sive in corpore nescio sive extra corpus nescio, deus scit raptum
huiusmodi usque ad tertium celum. Scit ergo hominem in Christo ante annos xiiii raptum hominem usque ad tertium ce-
lum. Hoc ergo alio non dubitat. Nec nos ergo debemus. Sed utrum in corpore vel extra corpus, dubitavit. Unde
illo dubitante, quis nostrum certum esse audeat. Num forte hinc et illud sequitur ut etiam tertium
celum fuisse dubitetur quo raptum hominem dixit. Si enim res ipsa demonstrata est, tertium celum de-
monstratum est. Si vero aut imago aliqua corporalium rerum facta est, non erat id tertium celum. Sed illa
ostensio sic ordinata est, ut videretur primum ascendisse in celum super quod videtur ad alium
celum rursus ascendens tertium alium videt supra, quo cum pervenisset posset dicere se in tertium ce-
lum raptum. Sed illud quod tertium celum esset quo raptus est, neque dubitavit, neque dubitare
nos voluit. Sed hic et principium sermonis, et tunc incepit, ut id quod se scire apostolus dixit, solus ille non
credat verum esse, qui non credit apostolo. Scit ergo hominem raptum esse usque in tertium celum
unde illud quo raptus est vere tertium celum est, non signum aliquod corporale, quod eius audetur
Moyses usque adeo sentiebat ipsum esse dominum, aliud visibilem creaturam, quem se deus videre
ius et talibus corporibus putabat, ut diceret ostende mihi temetipsum, nec alia imago re-
corporalis quam eius Johannes videt in spiritu conquerebat quid esset ei quod videbat, ut cunctis
vel apostolo sunt, vel aliquid aliud. Cum videt ille bestiam, et mulierem, sive aquas sive q
huiusmodi. Scio inquit raptum hominem in tertium celum. Quod si spiritualem imaginem corpo-
similem celo apparere voluisset, sic erat ei imago corporis eius in quo ille raptus esse
deberet. Sic ergo et suum corpus appellare corporis imaginem et illud celum quo sibi videri
genere celi neque curavit discernere quid sciret et quid nesciret. Quia sciret raptum hominem
usque ad tertium celum, nesciret autem utrum in corpore an extra corpus. Sed simpliciter narraret visionem
rerum nominibus appellaturus illa quod videt quasi essent similia. Nam et nos dicimus cum somnia nostra
narramus, et aliquid in ipsis vidisse dicimus, vidi montem, vidi flumen, vidi hominem et
quod hominis ea nomina ymaginibus res ipse similes erant. Apostolus
autem illud inquit scio, illud nescio. Aut si vere quod ymaginaliter apparuit, vere quod per-
sciret, sciret nescitum. Sed autem ipsum celum, et ideo sciret quod potuit ymaginaliter corpus
illum hominem apparere. Nam si celum corporeum videbat, quare latebat an corporis oculis
videretur. Si autem incertum erat, utrum oculis corporeis an spiritu videretur, et ideo dicit
sive in corpore sive extra corpus nescio, cum non incertum esset illud vere non corporeum celum

Comparat visiones pauli aliis

prudentia
iustitia
castitas
caritas
pietas

nota

videretur an ymaginaliter ostenderetur. Quamquam si spiritualia et incorporea videbantur non aliqua ymagine corporis
sed sicut videtur iustitia sapientia. Et si quid huiusmodi, et hoc erat celum, id quoque manifestum est proprium oculis
corporis videri aliquid tale non posse. Et per hoc si aliquid tale se vidisse sciebat non per corpus
se vidisse dubitare non poterat. Sed ideo usque hodie in christo ante annos xiiii hic pro nemo dubitet
qui mecum credit. Sive in corpore sive extra corpus nescio deus scit. Quod ergo solus quid discernebat
ab eo quod nescit, ne credentes fallantur. Raptum dicit eundem hominem usque in tertium celum. Sed illud celum
aut corporale erat aut spirituale. Si corporale erat et corporeis oculis visum est, cur illud sciret
et in corpore visum esse nesciret? Si autem spirituale erat sive corporis ymaginem exhibuit et tamen
incorporeum visum erat, vel corporis similitudine sicut sic visum est quod
videri mente spiritualiter sine ullis ymaginibus corporum, et nullo modo dici non potest
visum per corpus. Sive ergo certus est certum est, sive incertus, sive quo certum quod visum est
proprium aut per quod visum est, si manifestum est eum incorporea mente ab eo videri non potuisse.
Corpora vero etsi possunt videri sine corpore, non tamen sic videntur per corpora.
Sed longe alius dispar modus est si quis cum sit. Unde mirum si possit apostolus tanquam plurimum fallere
aut ad dubitationem cogere, sicut si corporeum celum incorporeis oculis videri incertum sibi esse
diceret, utrum in corpore aut extra corpus id viderit. Restat ergo fortasse ut quod intueri non posset
apostolus quem tanta cura egit ut quod possit discerneret. Et quod nescit hoc ipsum eum ignorasse
intelligamus, utrum quando ad celum tertium raptus est in corpore fuerit, sicut est anima in corpore cum corpus vivere
dicitur, sive vigilantis sive dormientis, sive in extasi a sensibus corporis alienata, sive omnino de
corpore exierit ut mortuum corpus iaceret donec peracta illa demonstratione membris mortuis anima
redderetur, et non quasi dormiens evigilaret, aut extasi alienatus denuo rediret in sensus, sed omnino
mortuus revivisceret. Quod in eo quod videt raptus usque ad tertium celum quod et se scire confirmat, proprie
vidit non ymaginaliter. Sed quia ipsa avocatio [deleted] a corporeis sensibus vel omnino mortuum corpus relinquit
sive alio quodam modo quodam vivens corpus ubi anima sit, sed mens eius ad videnda vel
audienda ineffabilia illius visionis accepta sit, hoc incertum erat. Ideo fortasse dixit sive in cor-
pore sive extra corpus nescio deus scit. Ergo autem non ymaginaliter si proprie videntur et non per corpus videri
hoc cum in visione videntur, quomodo certius separat. Hec ego ut aliis duabus quantum me deus adiuvit ex-
plicare curabo. Que dicte et quot visiones sint ostendit per exemplum hic diliges proximum capitulum 2m

Ecce in hoc uno precepto cum legitur diliges proximum tuum tanquam te ipsum, tria visionum genera occurrunt.
Unum per oculos quibus ipse littere videntur. Alterum per spiritum hominis quo proximus et absens cogi-
tatur. Tertium per contuitum mentis quo ipsa dilectio intellecta conspicitur. In tribus his
generibus illud primum manifestum est omnibus. Per hoc enim videtur celum et terra et omnia que in eis con-
spicua sunt oculis nostris. Nec illud alterum quo absentia corporalia cogitantur insinuare difficile
est. Ipsum quippe celum et terram et ea que in eis videre possumus etiam in tenebris cogitantes nobis intus
videmus oculis corporis, quamvis tamen corporales ymagines intuemur, sive vera sicut ipsa corpora vidimus
et memoria retinemus, sive ficta sicut cogitatio ymaginatione formare potuit. Aliter enim cogitamus
Cartaginem quam novimus, aliter Alexandriam quam non novimus. Tertium vero illud quo dilectio
intellecta conspicitur eas res continet que non habent ymagines sui similes que non sunt quod ipse. Nam
homo vel arbor vel sol et quecumque alia corpora sive celestia sive terrestria et presentia videntur in
suis formis, et absentia cogitantur ymaginibus animo impressis. Et fiunt duo genera visorum,
unum per sensus corporis, alterum per spiritum quo ille ymagines continentur. Dilectio autem numquid aliter
videtur presens in specie qua est et aliter absens in aliqua ymagine sui simili? Non utique.
Sed quantum mente cernitur, pro capabilitate magis et alio minus ipsa cernitur. Si autem aliquo
corporali ymaginis cogitatur non ipsa cernitur. Hec sunt tria visionum genera de quibus et in
superioribus libris aliquanta diximus, sed rerum postulare videbatur. Nec tamen carptim numerum com-
memoravimus. Et nunc breviter eis insinuatis quod suscepta questio flagitat, ut de hiis
aliquanto uberius disseramus. Debemus ea certis et congruis signare nominibus, ne appetere
circumloquendo morarum faciamus. Primum ergo appellamus corporale quod per corpus percipitur et corporis
sensibus exhibetur. Secundum spirituale, quicquid enim corpus non est et tamen aliquid est, recte
iam spiritus dicitur. Et utique non est corpus quamvis corpori similis sit ymago absentis corporis, nec

37 [margin]

[illegible] et [illegible] ab alio [illegible] ab alio ad se [illegible] exponere vel [illegible]
[illegible] ante [illegible] possim adhuc vel nosse vel docere non possum. Sed quod etiam
[illegible] singulorum quorum sunt diversa, [illegible] aliud alio gradatim superius [illegible]
[illegible] sicut autem in illa corporali celo quod superius [illegible] luminaria clarent et
sidera, que corpore longe sunt meliora terrestribus. Sic in illo genere spirituali in quo videntur
corporum similitudines luce quadam interiori ac sui sunt quedam excellentia et merito divina que
demonstrant angeli miris modis [illegible] visa sunt facili quadam et potenti motione vel co-
niunctione etiam [illegible] esse [illegible] aut [illegible] que [illegible] in spiritu [illegible] inferiore [illegible]
[illegible] et difficilis propterea et difficilior dicere [illegible]. Sunt autem alia visa superiora et [illegible]
que sine corpore [illegible] existimant [illegible] probabiliter suggerunt [illegible]
vel carne vel animo. Non solum enim [illegible] ut homines curiosi [illegible] ver-
[illegible] in similitudinibus corporum [illegible] hec sepe [illegible] somniant quo indigent. Nam
et negotia sua gerunt ex animi cupiditate et epulis poculisque inhiant [illegible] si forte
[illegible] dormiunt. Que omnia puto comparata illis angelicis demonstrationibus [illegible]
habenda, desique in illa natura corporum [illegible] celestibus comparentur. Sic etiam in illo genere cele-
[illegible] visorum alia sunt quam in ipsa anima videntur, velut virtutes quibus vivitur sunt [illegible]
sive prudentie vel pietatis, sive valeas hic vite et pacata et futura. [illegible] fides qua cre-
dimus ea que non videmus, et spes qua futura cum patientia expectamus, et ipsa patientia qua
omnia toleramus adversa donec quo volumus veniamus. Iste quippe et huiusmodi virtutes que nunc
[illegible] peregrinationi valde necessarie sunt, non erunt in illa vita propter quam adipi-
scendam sunt necessarie. Et tamen etiam ipse intellectualiter videntur. Neque enim corpora sunt aut
species habent similes corporum. Aliud autem est ipsum lumen quo illustratur anima ut omnia vel in se
vel in illo veraciter intellecta conspiciat. Nam illud ipse Deus est, hoc autem creatura quamvis
rationalis et intellectualis ad eius imaginem facta. Que cum conatur lumen illud intueri pal-
pitat infirmitate et minus valet. Non est tamen quomodo intelligit sed ut cum quo illuc
rapitur et a carnalibus subtracta sensibus illi visioni expressius presentatur, non spatiis loca-
libus sed modo quodam suo etiam [illegible] videt illud quo adiuta videt quidquid in se
intelligendo videt. *Sequitur capitulum xi*

Si autem queritur cum anima de corpore exierit utrum ad aliqua loca corporalia feratur an ad incorpora-
lia corporalibus similia an vero nec ad ista sed ad illud quod etiam corporibus et similitudini-
bus corporum est excellentius. Cito quidem responderim ad corporalia loca eam vel non ferri nisi
cum aliquo corpore vel non localiter ferri. Iam vero utrum habeat aliquod corpus cum de hoc corpore
exierit ostendat qui potest. Ego autem non puto. Ad spiritualia vero pro meritis fertur aut ad
loca penalia similia corporibus qualia sepe demonstrata sunt hiis qui rapti sunt a
corporis sensibus et mortuis similes iacuerunt. Et infernales penas viderunt cum et
ipsi in seipsis gererent quandam similitudinem corporis sui per quam possent ad illa ferri et
talia similibus sensibus experiri. Neque enim video cur habeat similitudinem sui corporis cum iacente
sine sensu ipso corpore non tamen penitus mortuo videt talia qualia multi ex [illegible]
vitae redditi narraverunt, et non habeat cum perfecta morte penitus de corpore exierit. Aut

Margin: Tercium celum

Margin: virtutes — fides / spes / pacientia

Margin: supra ~~/~~ se videt

Margin: quo / quomodo — de anima

corporis ad illa fieri potuisset aut ad alia visa similia corporalibus, nec ibi poenarum sed quietis atque gaudii? Neque enim et recte dici potest vel illas falsas esse poenas vel illam falsam requiem atque laetitiam. Cum et haec falsa sint quae per opiniones errantium aliter se habentia putantur. Neque enim et Petrus non solum cum discum illum videbat, et in eo non similitudines corporum sed corpora putabat, in hoc utique fallebatur, verum etiam cum alio tempore ab angelo solutus a vinculis ibat in corpore ambulans et praesentibus corporalibus formis et putabat se visum videre, in eo fallebatur. Nam et illa in disco erant spiritales formae corporalibus similes, et illa corporalis expressio soluti de vinculis per miraculum spiritali similis erat, et fallebatur anima in utrisque non tamen cum alia pro aliis apparerent. Quamvis ergo non sint corporalia sed similia corporalibus quibus animae corporibus exutae afficiuntur seu bene seu male, cum et ipsae corporalibus suis similes sibimet appareant, tamen et vera laetitia est et vera molestia de substantia spiritali. Nam et in somnis magni interest utrum in laetis an in tristibus simus. Unde quibusdam in rebus quas concupiscunt contra iustitiam se evigilasse dolent. Et rursus quidam terroribus aut cruciatibus agitati aut vexati cum experrecti essent, dormire timuerunt ne in eadem mala redirent. Et utique dubitandum non est quod expressiora fuerint illa quae infra dormiunt atque ab his vehementius sentiantur. Nam et quidam subtracti a sensibus corporis amplius quam qui mortui iacentur, sed tamen amplius quam si dormirent, expressiora se vidisse narraverunt quam si somnia narravissent. Est ergo profecto inferorum substantia, sed eam spiritalem arbitror esse non corporalem. Nec audiendi sunt qui affirmant inferos in hac vita explicari nec esse post mortem. Viderint enim quemadmodum poetica figmenta interpretentur; nos ab auctoritate divinarum scripturarum, quibus solis de hac re fides adhibenda est, recedere non debemus. Quamquam possimus ostendere illorum quosque sapientium de inferis sententiam numquam dubitasse quod post hanc vitam excipit animas mortuorum. Unde autem per terras dicantur inferi, si corporalia loca non sunt, aut unde inferi appellentur si sub terris non sunt, merito quaeritur. Animam vero non esse corpoream non me putare sed plane scire audeo profiteri. Tamen habere posse similitudinem corporis et corporalium omnium membrorum quisquis negat, potest negare animam esse quae in somnis videt vel ambulare se vel sedere vel huc atque illuc gressu atque volatu ferri aut referri, quod sine quadam similitudine corporis non fit. Proinde si hanc similitudinem apud inferos gerit, non corporalem sed corpori similem, ita etiam in locis videtur esse non corporalibus sed corporalium similibus, sive in requie sive in doloribus. Quamquam et illud me nondum invenisse fateor inferos appellatos ubi iustorum animae requiescunt. Et Christi quidem animam venisse usque ad ea loca in quibus peccatores cruciantur, ut eos solveret a tormentis quos esse solvendos occulta nobis sua iustitia iudicabat, non immerito creditur. Quomodo enim accipiendum sit aliter quod dictum est: Quem deus suscitavit ex mortuis solutis doloribus inferorum, quoniam non poterat teneri ab eis, non video, nisi ut quorundam dolores apud inferos eum solvisse accipiamus ea potestate qua dominus est, cui se flectit omne genu caelestium terrestrium et infernorum, per quam potestatem etiam illis doloribus quos solvit teneri non potuit. Neque enim et Abraham vel ille pauper in sinu eius, hoc est in secreto quietis eius, in doloribus erant, inter quorum requiem et illa inferna tormenta legimus magnum chaos firmatum, si nec apud inferos esse dicti sunt. Contigit enim mori inopem illum et deferri ab angelis in sinum Abrahae; mortuus est autem dives et sepultus est. Et cum apud inferos in tormentis esset etc. Videmus utique inferorum mentionem non esse factam in requie pauperis sed in supplicio divitis. Illud etiam quod Iacob dicit ad filios suos: Deducetis senectutem meam cum tristitia ad inferos, videtur magis hoc timuisse ne nimia tristitia sic perturbaretur ut non ad requiem beatorum sed ad inferos peccatorum iret. Neque enim et parvum animae malum est tristitia, cum et apostolus quendam tanta sollicitudine timuerit ne maiore tristitia absorberetur. Unde, ut dixi, nondum inveni et adhuc quaero, et mihi non occurrit alicubi inferos in bono posuisse scripturam, dumtaxat canonicam. Non autem in bono accipiendum sinum Abrahae et illam requiem quo ab angelis pius pauper ablatus est, nescio utrum quisquam possit audire; et ideo quomodo eam apud inferos credamus esse non video. Verum haec dum quaerimus et aut invenimus aut non invenimus, urget nos longitudo libri quem cum aliquando claudere. Quapropter quia de paradiso sermo institutus est per illud quod apostolus ait, scire se raptum hominem usque in tertium caelum, nescio autem sive in corpore sive extra corpus, et quia raptus est in paradisum et audivit ineffabilia verba quae non licet homini loqui, non temere affirmamus utrum in tertio caelo sit paradisus an et in tertio caelo et inde rursus in paradisum raptus sit. Si enim primo quid nemorosi loci significet verbo, aut est spiritalis quasi regio ubi animae

De inferno

quod hic per similitudinem corporum

ubi sinus Abraham et Lazarus pauper

De paradiso celesti

Eccha

Sinus abrahe

latronis

Celum 1m 2m 3m

paradisus paradisorum

[illegible] est inter paradisum dici potest. nec solum tertium celum quemcumque illud est quod perfecto magnum [illegible]

[illegible] est in ipsa homine leticia quedam bone conscientie paradisus est. Unde et ecclesia [illegible] tempore [illegible] paradisus vere dici potest affluens gratia. castis deliciis [illegible] quando et in tribulationibus gloriatur de ipsa potius pluribus gaudens [illegible] multitudinem dolorum in corde [illegible] dei locundat animam eius. Quanto magis ergo post hanc vitam [illegible] sinus ille abrahe paradisus dici potest. ubi iam nulla temptatio, ubi tanta requies post omnes dolores vite huius. Neque enim et lux ibi non est propria quedam et sui generis et profecto magna, quam dives de tormentis et tenebris inferorum, tamen usque de longinquo cum magnum chaos esset in medio sic tamen vidit. ut ibi illum quondam contemptum pauperem agnosceret. Quod si ita sit ideo sub terris dici inferi aut creduntur [illegible] quod per illas corporales similitudines [illegible] demonstrant ut [illegible] defunctorum anime inferis digne carnis amore peccaverunt. hoc est per illas corporum similitudines exhibeant quod ipsa caro mortue solet in sepulcro recondari. Deinde inferi eo quod infra sint [illegible] latine appellantur. Et autem secundum corpus si ponderis sui ordinem tenent inferiora sunt omnia graviora ita secundum spiritum inferiora sunt omnia tristiora. Unde et in greca lingua origo nominis quo et appellant inferi ex eo quod nihil suave habeant sonare perhibetur. Nec tamen ipsum redemptorem partem in salvator mortuus pro nobis visitare contempsit ut inde solveret quos esse solvendos secundum divinam secretam iusticiam ignorare non poterat. Quapropter [illegible] illius latronis cui dixit. Hodie mecum eris in paradiso, non utique inferos senserit ubi pene sunt peccatorum, sed aut illum requiem sinus abrahe. Non enim alicubi non est ipse, cuius est sapientia attingens ubique propter suam mundiciam. sive illud paradisum sive in tertio celo sive utrumque alibi est. quo per tertium celum raptus apostolus. Sed tamen [illegible] aliquid unum est diversis nominibus appellarum, ubi sunt anime beatorum. Capitulum ultimum quid sit tertium celum

Sed ergo celum primum recte accipimus hoc autem corporeum generali nomine quicquid est super aquas et terram. Secundum est quod celum terrestre quod animas [illegible] cernuntur. Secundum autem similitudinem corporis quod spiritu cernitur sicut illud unde alis plenum in extasi petro discus ille submissus est. Tertium vero quod mente conspicitur ita secreta et remota et abrepta a sensibus carnis atque mundata ut ea que in illo celo sunt et ipsam dei substantiam [illegible] dici [illegible] sancta per animam in caritate spiritus sancti ineffabiliter valeat videre et audire non ingeniose arbitramur. Et illuc apostolus et ibi raptum fortassis esse paradisum omnibus melioribus et si dici oportet paradisum paradisorum. Si enim anime bone leticia in rebus bonis est in omni creatura, quid est leticia [illegible] quam in verbo dei est, per quod facta sunt omnia. Sed si quem movet quid opus sit spiritibus defunctorum corpora sua in resurrectione recipere. [illegible] post eos sine corporibus summa illa beatitudo prebeatur dicitur quid aspro est quam ut expedire possit hic sermone finiri. Sed tamen nullo dubitandum est et raptam hominis a carnalibus sensibus mentem. Et post mortem ipsa carne deposita transcensis etiam similitudinibus corporalibus non sic posse videre incommutabile sanctum ut sancti angeli vident sive alia latiore causa. Sive ideo quia inest ei naturalis quidam appetitus corpus administrandi quo appetitu retardatur quodammodo, ne tota intentione pergat in illud summum celum quamdiu non subest corpus cuius administratione appetitus ille conquiescat. Porro autem si tale sit corpus, cuius sit difficilis et gravis administratio sicut hec caro que corrumpitur et aggravat animam de propagine transgressionis exorta multo magis avertitur mens ab illa visione summi celi. Unde necessario abripienda erat ab eiusdem carnis sensibus ut ei quo capere posset illud ostenderetur. Proinde cum hoc corpus iam non animale, sed per futuram commutationem spirituale receperit angelis adequata perfectum habebit nature sue modum et obediens et imperans vivificata vivificans tam ineffabili facilitate ut sit ei glorie quod sarcine fuit. Nimirum enim erunt, et tunc illa tria genera visionum sed nulla falsitate pro alio aliud approbabitur, nec in corporalibus, nec in spiritualibus visis multo minus in intellectualibus quibus ita presentatur et perspicuis perfruetur ut longe minore evidentia nunc nobis adiacerunt ille species corporales quas sensu carnis attingimus. Et eis multi ita sunt dediti ut solas esse arbitrentur. Ceteraque tale non est putant non esse omnino. Sapientes autem ita sunt in hiis corporalibus visis ut quamvis eis preciora videantur certiores tamen sint in illis que preter corporis speciem. preter quasdam corporis similitudines intelligendo utcumque conspiciunt quamvis ea non valeant

mente conspicere ut hoc esse corporis intuitum. Sed tamen vel angeli et homines celestibus indicandis aut administrandis
possunt presunt. Nec eo tamen quod presentibus similitudinibus inclinantur et cum spiritualibus similitudinibus
in spiritu non distinguntur et tamen potentia quadam non carent ut eas possint etiam hominum spiritui re-
velando miscere. Et ille in commutabilibus rebus ita certius assurgunt ut visiones aliorum animae et eam
comparant omnibus et pectus eius indicet in omnibus et in eis digerunt ut agant. Et ex ea diiudicet quod
agunt. Denique quando abreptus apostolus est a carnalibus sensibus in tertium celum et paradisum hic ipsum esse
defuit ad plenam perfectamque cognitionem ut que angelis inest. Quod sive in corpore sive extra corpus esset
nesciebat. Hoc utique non deerit cum receptis corporibus in resurrectione mortuorum corruptibile hoc indu-
erit incorruptionem et mortale hoc induerit immortalitatem. Omnia enim evidentia sine ulla falsitate sine
ulla ignorantia suis ordinibus distributa et corporalia et spiritualia et intellectualia in natura integra
et beatitudine perfecta. Sed quidam contendunt [illegible] qui scripturas sanctas aut nobis in fide catholica tri-
tractatus laudantur eis sic exposuisse quod aut apostolus aut tertium celum vel corporalis
dicunt accipi vellent. Aliud ad illud incorporalis ut genus excellentis ¶ et animalis
per evidentia contemplandum esse apostolum raptum quod genus est in illis ¶ et spiritualis homines hic
vita spirituales homines sunt cuius rebus diligunt eo quod perfectum concupiscunt.
Ego autem intellectuale spirituale et intellectuale dicere quod ille fortasse animale et spirituale dixerunt ut excede-
rent alia tamen modo paucis noverit sicut in similibus hominis libris pluribus non dissensisse possent.
Cum si vere parvo modulo disseruimus sunt spiritualis lector hic approbaverit quod in te per
spiritualis agnoverit sensu pro aliquando ex illa libris perficit ¶ Et nunc iam finem huic operi quod
in voluminibus continetur imponimus. Amen. Feria 3a post [illegible] 1.2.6.8 [illegible]

Liber b. Augustini in Genesim contra Manicheos
Primum solent nobis facere questionem qui Examero appellatur

Si eligerent Manichei quos deciperent, eligeremus et nos verba quibus eis responderemus. Cum vero illi et doctos litteris et indoctos errore suo persequantur, et cum promittunt veritatem a veritate conentur avertere, non ornato polito quasi sermone, sed rebus manifestis convincenda est vanitas eorum. Placuit enim mihi quorundam vere christianorum sententia, qui cum sint eruditi liberalibus litteris, tamen alios libros nostros quos adversus Manicheos edidimus cum legissent, viderunt eos ab imperitioribus aut non aut difficile intelligi, et me benivolentissime monuerunt ut communem loquendi consuetudinem non desererem, si errores illos tam perniciosos ab animis etiam imperitorum expellere cogitarem. Hunc enim sermonem usitatum et simplicem etiam docti intelligunt, illum autem indocti non intelligunt.

Solent enim Manichei scripturas veteris testamenti quas non noverunt vituperare, et ex ea vituperatione infirmos et parvulos nostros non invenientes quid illis respondeant irridere ac decipere, cum nulla scriptura sit que non apud eos qui illam non intelligunt facile possit reprehendi. Sed ideo divina providentia multos diversi erroris hereticos esse permittit, ut cum insultant nobis et interrogant nos ea que nescimus, vel sic excutiamus pigritiam et divinas scripturas nosse cupiamus. Propterea et apostolus dicit: Oportet multas hereses esse, ut probati manifesti fiant inter vos. Hii enim probati deo sunt qui bene possunt docere. Sed manifesti hominibus esse non possunt nisi cum docent. Docere autem nolunt nisi eos qui querunt. Sed multi ad querendum pigri sunt, nisi per molestias et insultationes hereticorum quasi de somno excitentur, et de imperitia sua erubescant sibi et de ea imperitia periclitari se sentiant. Cum homines si bone sunt fidei non cedunt hereticis, sed quid eis respondeant diligenter inquirunt. Nec eos deserit deus, ut petentes accipiant et querentes inveniant et pulsantibus aperiatur. Cum autem desperant se posse in catholica disputatione invenire quod querunt, attendunt errores. Et si presumunt inquirere ad ipsos fontes aberrantes, per magnos labores [illegible] parentes et pene mortui revertuntur. Primum ergo librum veteris testamenti qui inscribitur Genesis sic solent Manichei reprehendere. Quod scriptum est: In principio fecit deus celum et terram,

querunt in quo principio, et dicunt: Si in principio aliquo temporis fecit deus celum et terram, quid agebat antequam faceret celum et terram? Et quid ei placuit subito facere quod numquam antea fecerat per tempora eterna? Quibus respondemus: deum fecisse in principio celum et terram, non in principio temporis, sed in Christo, cum verbum esset apud patrem, per quod facta et in quo facta sunt omnia. Dominus enim noster Iesus Christus cum eum Iudei quis esset interrogassent, respondit: Principium, qui et loquor vobis. Sed et si in principio temporis deum fecisse celum et terram credamus, debemus utique intelligere quod ante principium temporis non erat tempus. Deus enim fecit et tempora. Et ideo antequam faceret tempora non erant tempora. Non ergo possumus dicere fuisse aliquod tempus quando deus nondum aliquid fecerat. Quomodo enim erat tempus quod deus non fecerat, cum omnium temporum ipse sit fabricator? Et si tempus cum celo et terra esse cepit, non potest inveniri tempus quo deus nondum fecerat celum et terram. Cum autem dicitur quid ei subito placuit, sic dicitur quasi aliqua tempora transierint quibus deus nihil operatus est. Non enim transire poterat tempus quod nondum fecerat deus, quia non potest esse operator temporum nisi qui est ante tempora. Certe et ipsi Manichei legunt apostolum Paulum et laudant et honorant, ac eius epistolas male interpretando multos decipiunt. Dicant ergo nobis quid dixerit apostolus Paulus agnitionem veritatis que est secundum pietatem dei in spem vite eterne quam promisit non mendax deus ante tempora eterna. Eterna enim tempora quid ante se habere potuerunt? Hoc ergo cogantur exponere ut intelligant se non intelligere, cum temere volunt reprehendere quod diligenter querere debuerunt. Sed cum hec dicunt, quid placuit deo subito facere celum et terram, et tollant inde subito, ut hoc tantum dicant, quid placuit deo facere celum et terram? Non enim coeternum deo mundum istum dicimus, quia non eius eternitatis est hic mundus cuius eternitatis est deus. Mundum quippe deus fecit, et sic cum ipsa creatura quam fecit deus tempora esse ceperunt. Et ideo dicuntur eterna tempora. Non tamen sic sunt eterna tempora quomodo eternus est deus, quia deus est ante tempora, qui fabricator est temporum. Sicut omnia que fecit deus bona sunt valde, sed non sic bona sunt quomodo bonus est deus, quia ille fecit, hec autem facta sunt. Nec ea genuit de seipso ut hoc essent quod ipse est, sed ea fecit de nichilo, ut non essent equalia nec ei a quo facta sunt nec filio eius per quem facta sunt. Iustum enim est. Si ergo isti dicunt: quid placuit deo facere celum et terram, [et si quadra voluntas fa...] respondendum est eis ut prius discant vim voluntatis humane, qui voluntatem dei nosse desiderant. Causas enim voluntatis dei scire querunt, cum voluntas dei omnium que sunt ipsa sit causa. Si enim habet causam voluntas dei, est aliquid quod antecedat voluntatem dei, quod nephas est credere. Qui ergo dicit [querit] quare fecit deus celum et terram, respondendum est illi: quia voluit.

Margin: Eterne deus permittit diversos errores hereticorum. i. Cor. xi°
Margin: Primus liber veteris testamenti
Margin: questio
Margin: Eterna tempora
Margin: voluntas divina

luit. Voluntas vero dei causa est celi et terre. Et ideo maior est voluntas dei quam celum et terra. Qui autem dicit
quare voluit facere celum et terram, maius aliquid querit quam est voluntas dei. Nichil autem maius inve-
niri potest. Compescat ergo se humana temeritas, et id quod non est, non querat, ne id quod est non inve-
niat. Et si voluntatem dei nosse quis desiderat, fiat amicus dei, quia si voluntatem hominis nosse
vellet, cuius amicus non esset, omnes eius impudenciam aut stulticiam deriderent. Non autem quisque
efficitur amicus dei nisi purgatissimis moribus, et illo fine precepti de quo apostolus dicit: Finis autem
precepti est caritas de corde puro et consciencia bona et fide non ficta. Quam isti si haberent non essent
heretici. Quod autem scriptum est in libro Geneseos: Terra autem erat invisibilis et incomposita,
sic reprehendunt manichei ut dicant: Quomodo fecit deus in principio celum et terram, si iam terra erat
invisibilis et incomposita. Ita enim volunt scripturas divinas prius vituperare quam nosse, ut etiam res ap-
ertissimas non intelligant. Quid enim manifestius dici potuit quam hoc dictum est: In principio fecit deus
celum et terram. Terra autem erat invisibilis et incomposita, id est in principio fecit deus celum et terram, terra autem ipsa quam
fecit deus invisibilis erat et incomposita antequam deus omnia suis formandis locis et sedibus sub ordinata di-
stinctione disponeret, antequam diceret: Fiat lux, et fiat firmamentum, et congregetur aqua, et appareat arida,
et cetera que in eodem libro per ordinem sic exponuntur ut parvuli possint ea capere. Que omnia tam
magna misteria sunt, ut quicumque ea didicerit, aut hereticorum vanitate doleat, quod homines sunt,
aut derideat quam superbi sint. Sequitur in eodem libro: Tenebre erant super abissum.
Hic manichei reprehendunt dicentes: In tenebris ergo erat deus antequam ~~faceret~~ lucem faceret. Vere ipsi sunt
in tenebris ignorancie, et ideo non intelligunt lucem in qua deus erat antequam faceret istam lucem.
Non enim noverunt istam lucem nisi quam carneis oculis vident. Et ideo istum solem quem nobiscum non solum
cum bestiis minoribus sed etiam cum muscis et vermiculis cernunt, ita se colunt ut particulam dicant
lucis illius esse in qua habitat deus. Sed nos intelligimus aliam esse lucem in qua deus habitat,
unde est illud lumen de quo in ewangelio dicitur: Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.
Nam solis istius lumen non illuminat omnem hominem, sed corpus hominis et mortales oculos, in quibus nos vincunt
aquilarum oculi, qui solem istum multo amplius quam nos dicuntur aspicere. Illud autem lumen non ir-
racionabilium avium oculos pascit, sed corda pura eorum qui deo credunt et ab amore visibili-
um et temporalium se ad eius precepta implenda convertunt, quod omnes homines possunt si velint,
quia illud lumen omnem hominem illuminat venientem in hunc mundum. Ergo tenebre erant super abissum
antequam lux ista fieret, de qua consequenter hoc loco dicitur: Et dixit deus: Fiat lux. Quia ubi lux non
est tenebre sunt, non quia aliquid sunt tenebre, sed ipsa lucis absencia tenebre dicuntur.
Sicut silencium non aliqua res est, sed ubi sonus non est, silencium dicitur. Et nuditas non ali-
qua res est, sed in corpore ubi tegumentum non est, nuditas dicitur. Et inanitas non est
aliquid, sed locus ubi corpus non est, inanis dicitur. Sic tenebre non sunt aliquid, sed ubi lux
non est tenebre dicuntur. Hoc ideo diximus quia solent dicere: Unde erant ipse tenebre super
abissum antequam deus faceret lucem? Quis illas fecerat vel genuerat? Aut si nemo fecerat vel ge-
nuerat, eterne erant tenebre, quasi aliquid sint tenebre. Sed ut diximus, lucis absencia hoc
nomen accepit. Sed quia ipsi fabulis suis decepti credidere esse gentem tenebrarum, in qua
et corpora et formas et animas in illis corporibus fuisse arbitrantur, ideo putant quod tenebre
aliquid sint. Et non intelligunt nec sentire tenebras nisi cum non videmus, sicut non sen-
tire silencium nisi cum non audimus. Sicut autem silencium nichil est, sic et tenebre nichil
sunt. Sic autem isti dicunt gentem tenebrarum contra dei lucem pugnasse, sicut si alii similiter vani-
tate dicerent gentem silenciorum contra dei vocem pugnasse. Sed illas vanitates non hoc suscepimus refellere atque
convincere. Nunc enim ea que in veteri testamento reprehendunt suscepimus defen-
dere, quantum vires domino prestare dignare. Et in eis ostendere quantum virtutem dei verbi valere
hominum cecitate. Quod autem scriptum est:
Et spiritus dei superferebatur super aquam, hic solent manichei reprehendere, ut etiam ipsa contineant spiritum
dei. Totum continet ... mente putare et exerceant maliciam suam. Cum enim dicimus solem
superferri super terram, numquid hoc intelligi volumus quod in terra sol videtur et terra solem continet.
Et nunc non sic spiritus dei superferebatur super aquam sicut superfertur sol super terram, sed alio quodam
modo intelligendum. Non enim per spacia locorum superferebatur aque ille spiritus, sicut dicitur sol

superferebatur. Sed per hoc invisibile publicum [?]. Dicunt autem nobis isti: quo habitabat rebus que fabricande sunt
superferebatur voluntas fabri. Sed quia hec humana et quotidiana non comprehendunt, timeant Deum
et simplici corde quod non intelligunt credant, ne cum volunt usque pervenire corde inutili quomodo
videri non potest, videant illum [?] in errorem. Nam illa contentio non potest quod incommutabiliter manet.
Sed quemadmodum plage in illa cum ipse fuerint reperiuntur et medicinam revideant [?] ... corde au-
dent quod credere debeant ut intelligere mereantur. Deinde querunt et impellendo interrogant unde
erat ipsa aqua super quam ferebatur spiritus Dei. Similiter et superius fecerunt cum quod dixit aquam fecit. Hec
... querere inveniunt quemadmodum intelligendum est. Non enim aqua sic appellata est hoc loco ut hec
a nobis intelligatur que videtur et tangi possunt. Quemadmodum terra que invisibilis et incomposita dicta
est. In principio fecit Deus celum et terram, celi et terre nomine universa creatura significata est quam fecit et condidit
Deus. Ideo autem nominibus visibilium ut hec appellata sunt, propter parvulorum infirmitatem qui minus idonei
sunt invisibilia comprehendere. Prima ergo materia facta est confusa et informis unde omnia
fierent que distincta atque formata sunt, quod credo a Grecis Chaos appellari. Sic enim et alio loco legimus
dictum in laudibus Dei: qui fecisti mundum de materia informi, quod aliqui codices habent de materia invisa. Et ideo
Deus rectissime creditur omnia de nichilo fecisse, quia etsi omnia formata de ista materia facta
sunt, hec ipsa tamen materia de omnino nichilo facta est. Non enim debemus esse similes istis qui omnipotentem
non credunt Deum aliquid de nichilo facere potuisse, cum considerant fabros et quoslibet artifices non opifices
non posse aliquid fabricare nisi habuerint unde fabricent. Sic lignum et adiuvat fabrum et argentum
adiuvat argentarium, et aurum aurificem, et terra figulum adiuvat ut possit perficere opera sua. Si enim
non adiuventur ea materia unde aliquid faciunt, nichil possunt facere cum materiam ipsam non ipsi faciunt.
Non enim faber lignum, sed aliquid de ligno facit. Sic et ceteri omnes huiusmodi opifices.
Omnipotens autem Deus nulla re adiuvandus erat, quam ipse non fecerat ut quod volebat efficeret. Si enim adiuvabatur
rebus quas facere volebat adiuvabatur cum aliqua re quam ipse non fecerat, non erat omnipotens, quod sacri-
legum est credere. Informis ergo illa materia quam de nichilo Deus fecit appellata est primo celum et terra.
Et dictum est In principio fecit Deus celum et terram, non quia iam hoc erat, sed quia hoc esse poterat. Nam et celum
scribitur postea factum. Quemadmodum si semen arboris considerantes dicamus ibi esse radices et ro-
bur et ramos et fructus et folia, non quia iam sunt, sed quia esse potuerunt. Nam et celum scribitur
postea factum. Quemadmodum si inde futura sunt. Sic dictum est In principio fecit Deus celum et terram
quasi semen celi et terre, cum in confuso adhuc esset celi et terre materia. Sed quia certum erat
inde futurum esse celum et terram, iam et ipsa materia celum et terra appellata est.
Isto genere locutionis Dominus utitur loquendi cum dicit: Iam non dicam vos servos, quia servus nescit
quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia que audivi a patre meo nota feci vobis.
Non quia iam factum erat, sed quia certissime futurum erat. Nam post paululum dicit illis: Adhuc multa
habeo dicere vobis, sed non potestis portare modo. Ut quid ergo dixerat omnia que audivi a patre meo nota
feci vobis, nisi quia sciebat hoc esse facturum. Sic ergo celum et terra potuit dici materia
unde nondum erat factum celum et terra. Sed tamen non aliunde futurum erat. Innumerabiles huiusmodi locutiones
in scripturis divinis inveniuntur, sicut in consuetudine sermonis nostri cum id quod certissime futurum speramus
dicimus iam esse factum. Hanc autem adhuc informem materiam etiam terram invisibilem atque incom-
positam voluit appellare, quia inter omnia elementa mundi ista videtur minus speciosa. Ipsam ergo terram
invisibilem autem dixit propter obscuritatem et incompositam propter informitatem. Eandem ipsam materiam etiam
aquam appellavit super quam ferebatur spiritus Dei, sicut superfertur rebus fabricandis voluntas ar-
tificis. Quod et si paucorum intelligentia potest attingere, humanis tamen verbis nostro vitio vel apud
homines possit exponi. Preterea vero non absurde est aqua dicta ista materia, quia omnia
que in terra nascuntur, sive animalia sive arbores vel herba et siqua similia, ab humore
incipiunt formari atque nutriri. Hec autem nomina omnia sive celum et terra sive terra
invisibilis et incomposita et abyssus cum tenebris, sive aqua super quam spiritus ferebatur, omnia per
nomina informis materie, ut res ignota notis vocabulis insinuaretur imperitioribus. Et non
uno vocabulo sed multis, ne si unum esset, hoc esse putaretur quod consueverant homines in illo
vocabulo intelligere. Dictum est ergo celum et terra, quia inde futurum erat celum et terra. Dicta
est terra invisibilis et incomposita, et tenebre super abyssum, quia informis erat et nulla specie
cerni aut tractari poterat. Etiam si esset homo qui videret aut tractaret. Dicta est aqua que

Marginalia: que — Aqua unde erat; nota; materia prima; creatura [?]; nota; Terra — invisibilis, incomposita; unde — Celum, Aqua, terra, abyssus — nota, materia informis; Ratio que [?]

similis et quaelibet subiacebat operanti ut de illa omnia formarentur. Et per haec omnia quibus nominibus materia
erat inmissa et informis de qua deus condidit mundum. Et dixit deus fiat lux. et facta est lux.
Hic non solent reprehendere Manichei. Sed illud quod sequitur. Et vidit deus lucem quia bona est.
Dicunt enim. Ergo non noverat deus lucem. aut non noverat bonum. Miseri homines quibus displicet
quod deo placuerunt opera sua. Cum videant etiam hominem artificem verbi gratia lignarium fabrum quamvis in
comparatione sapientie et potentie dei pene nullus sit. tamen tamdiu lignum cedere ac tractare do-
lando asciando planando et tornando ac poliendo. quousque ad artis regulas perducat quantum
potest et placeat artifici suo. Numquid ergo quia placet ei quod fecit ideo non noverat bonum. prorsus
noverat intus in animo ubi ars ipsa pulchrior est quam illa que arte fabricantur. Sed quod videt
artifex intus in arte hoc foris probat in opere. Et hoc est perfectum quod artifici suo placet. Vidit
ergo deus lucem quia bona est. Quibus verbis non ostenditur eluxisse deo insolitum bonum. sed pla-
cuisse perfectum. Quanto si dictum esset miratus est deus lucem quia bona est. quantum clamarent. quantum
litigarent. Admiratio enim de rebus insperatis nasci solet. Et tamen legunt isti et laudant
in evangelio dominum nostrum Ihesum Christum admiratum esse fidem credentium. Quis autem in illis fecerat ipsam
fidem nisi ipse qui eam mirabatur. Quod si et alius eam fecisset ut quid miraretur qui prescius erat.
Si solvunt Manichei questionem istam videant quia et illam solvere possent. Si autem non solvunt quid ista re-
prehendunt que ad se nolunt pertinere. cum illa que ad se pertinere dicunt non noverint. Quod enim miratur dominus
nobis mirandum esse significat quibus adhuc opus est sic moveri. Omnes ergo tales motus eius non perturbati
animi sunt signa. sed docentis magisterium. Sic sunt et illa in veteri testamento que non deum infirmum docent sed nostre
infirmitati blandiuntur. Nihil enim de deo digne dici potest. non tamen ut nutriamur et ad ea perveniamus
que nullo humano sermone dici possunt. ea dicuntur que capere possumus. Et divisit deus inter lucem et tenebras.
Et vocavit deus lucem diem. et tenebras vocavit noctem. Hic non dictum est fecit deus tenebras. quia
tenebre sicut supra dictum est lucis absentia est. Distinctio tamen facta est inter lucem et tenebras. Sicut et
nos clamando facimus vocem. silentium autem non sonando facimus. quia cessatio vocis silentium est.
Distinguimus tamen aliquo modo inter vocem et silentium. Et illud vocamus vocem. illud silentium. Quemadmodum
ergo recte dicimus facere silentium. sic recte multis divinarum scripturarum locis deus dicitur facere tenebras. quia
lucem quibus vult temporibus et locis vel non dat. vel retrahit. Hoc autem totum ad intellectum nostrum dictum est.
Quaeritur in qua lingua vocavit deus diem lucem. et tenebras noctem. utrum hebrea an greca an latina an
aliqua alia. et cetera omnia que vocavit queri potest qua lingua vocavit. Sed apud deum purus intellectus
est sine strepitu et diversitate linguarum. Vocavit autem dictum est vocare fecit. quia sic di-
stinxit omnia et ordinavit ut discerni possent et nomina accipere. Sed propria suo loco congruentius
usque vere sic est accipiendum. quia vocavit deus. quia quantum accipimus in scripturis et in eis
asserimus tantum nobis locutores esse incognitum. Sic et dicimus. ille pontifex edificavit istam
domum. id est edificari fecit. et multa talia per plurimos libros divinarum scripturarum invenies.
Et factum est vespere. Et factum est mane dies unus. Et hic calumniantur Manichei quod putant ita
dictum esse quasi a vespera dies cepit. Non intelligunt operationibus illam qua lux facta est. et di-
visum est inter lucem et tenebras. Et vocata est lux dies et tenebre nox. Hanc ergo totam operationem
non ad diem intelligunt pertinere. Post hanc autem operationem transactam finito die facta est vespera.
Sed quia etiam nox ad diem suum pertinet non dicit transisse diem unum nisi etiam nocte transacta
cum factum est mane. Sic deinceps reliqui dies computantur a mane usque ad mane. Nunc
enim quod factum est mane et transactum est unus dies. incipit operatio que sequitur. Ab ipso mane
quod iam factum est. Et post ipsam operationem fit vespera. deinde mane. et transit alius dies.
ac ita deinceps ceteri dies transeunt. Et dixit deus fiat firmamentum in medio aque
et sit divisio inter aquam et aquam. Et sic est factum. et fecit deus firmamentum. et divisit deus inter
aquam que est super firmamentum et inter aquam que est sub firmamento. Et vocavit deus firmamentum celum.
Et vidit deus quia bonum est. Hoc non movent manicheos solent reprehendere. Tamen quod divisit inter aquam et aquam ut
alie essent super firmamentum alie sub firmamento. quia materiam illam dicebam nunc aquam appellatam
credo firmamento celi materiam corporalem a visibilibus fuisse discretam. Nam et sic celum corpus
pulcherrimum omnium visibilium creatura ... est pulchritudine celi. Et ideo fortasse supra
celum dicuntur esse aque invisibiles que a paucis intelliguntur. non locorum sedibus sed dignitate

Vocavit deus

Mane
vespera

Firmamentum quid intelligatur

Spine
tria — herbe venenose
arbores infructuose

nem superare celum. Quamvis multum temere de hac re affirmandum est. obscura est et et remota a sensibus humanis. Si quoquomodo se habeat angelum intelligatur tenendum est. Et factum est vespere et factum est mane dies 2ª.
Jam hec omnia que repperimus sic superius intelligenda atque tenenda sunt. Et dixit deus congregentur aque
que sub celo sunt in congregationem unam et appareat arida. et sic est factum. Et congregata est aqua que erat sub celo in congregationem
unam et apparuit arida Et vocavit deus aridam terram et congregationes aque vocavit maria. Et vidit deus quod
bonum esset. In isto loco manichei dicunt. Si totum aquis plenum erat, quo potuerunt aque congregari
in unum. Sicut iam ut superius dictum est, nomine aque materia ista appellata est super quam ferebatur spiritus
domini, unde erat cuncta formaturus. Nunc vero quod dicit congregentur aque que sub celo sunt in congregationem unam
hoc dicit ut illa materia corporalis formetur in eam speciem quam habent iste aque visibiles. Ipsa enim con-
gregatio in unum ipsa est species aquarum formatio istarum quas videmus et tangimus. Omnis enim forma
ad unitatis regulam cogitur. Et quod dicit appareat arida. Quid aliud dici intelligendum est nisi
ut illa materies accipiat formam visibilem quam nunc habet terra ista quam videmus et tangimus.
Superius ergo quod nominat terram invisibilem et incompositam materie confusio et abscuritas nominabatur.
Et quod nominabatur aque super quam ferebatur spiritus dei eadem rursus materia nominabatur. Nunc vero aqua
ista et terra formantur ex illa materia que ipsis nominibus appellabatur antequam formas istas quas
nunc videmus acciperet. Sane dicit in hebrea lingua omnem aquarum congregationem sive salsam
sive dulcem mare appellari.
... Et dixit deus germinet terra herbam
pabuli facientem semen secundum suum genus et similitudinem et lignum fructiferum cuius semen sit in se
secundum suam similitudinem. Et sic est factum. Et eiecit terra herbam pabuli ferentem semen secundum se et similitudinem
secundum genus super terram. Et lignum fructiferum faciens fructum cuius semen in se est similitudinem secundum
genus super terram. Et vidit deus quia bonum esset. Et facta est vespera et factum est mane dies tercius
Hic solent dicere. Si deus iussit nasci de terra herbam pabuli et lignum fructiferum. quis iussit nasci
tantas herbas vel spinosas vel venenosas. que ad pabulum non proficiunt. Et tam multa ligna que fructum
nullum ferunt. Quibus sic respondendum est. Dictum est [illegible] ut nulla indigentibus appareant vestra. Nos credimus
in quorum figura facta sunt ista que dicta sunt. Ergo dicendum est quod per peccatum hominis terra maledicta
sit ut spinas pariat. Non ut ipsa penas sentiret, que sine sensu est, sed ut peccati humani crimina
semper hominibus ante oculos poneret. Quo admonerentur aliquando avertere a peccatis et ad dei precepta converti.
Herbe autem venenose ad penam vel exercitationem mortalium create sunt. Et hoc totum propter peccatum. quia
mortales post peccatum facti sumus. Per infructuosas vero arbores insultatur hominibus ut intelli-
gant quam sit erubescendum sine fructu bonorum operum esse in agro dei. hoc est in ecclesia Et timeant
ne deserat illos deus. Quia et ipsi in agris suis infructuosas arbores deserunt. nec aliquam
culturam eis adhibent. Ante peccatum ergo hominis non est scriptum quod terra protulit nisi herbam pabuli et
ligna fructuosa. Post peccatum autem videmus multa horrida et infructuosa de terra nasci. Credo propter
causam istam quam diximus. Sic enim dixit ad primum hominem post peccatum maledicta terra erit
tibi in omnibus operibus tuis. In tristicia et in gemitu edes ex ea omnibus diebus vite tue. Spinas
et tribulos eiciet tibi et edes pabulum agri tui. In sudore vultus tui edes panem tuum donec rever-
taris in terram de qua sumptus es. quia terra es et in terram ibis. Et dixit deus fiant sidera in fir-
mamento celi. Sic ut luceant super terram et dividant inter diem et noctem. Et sint in signa et tempora
et in dies et in annos et sint in splendore in firmamento celi sic ut luceant super terram Et sic est
factum. Et fecit deus duo luminaria magna et minora. luminare maius in inchoationem diei. Et luminare
minus in inchoationem noctis. Et stellas. Et posuit eas deus in firmamento celi sic ut lucerent super terram
et preessent diei et nocti. et dividerent inter diem et noctem. Et vidit deus quia bonum esset. Et factum est
vespera et factum est mane dies quartus.
sol et
Hic primo querunt quomodo quarta die facta sunt sidera id est luna et stelle. Tres dies superiores quomodo esse
sine sole potuerunt. cum videamus nunc solis ortu et occasu diem fugari. Noctem vero fieri
nobis solis absentia sed ab alia parte mundi ad orientem redire. Quibus respondemus potuisse fieri
ut tres superiores dies singuli per tantam moram temporis computarentur per quantam moram
circuit sol ex quo recedit ab oriente quousque rursus ad orientem revertatur. Hanc enim moram et lon-
gitudinem temporis possent sentire homines etiam si in speluncis habitarent ubi ortum et occi-
dentem solis videre non possent. Sed ita sentitur potuisse ipsam moram fieri etiam

sine sole. Augustinus: sol factus est ad ipsam moram in illo triduo per singulos annos comparatam.
Nos ergo videmus nisi [illegible] quod ibi dicitur: Et factum est vespera, et factum est mane, quod nunc sine
solis cursu videmus fieri non posse. Restat ergo ut intelligamus in ipsa quadam mora temporis ipsas
distinctiones operum sic appellatas: vesperam propter transactam consummationem operis, et mane propter inchoationem
futuri operis, de similitudine scilicet humanorum operum, quia plerumque a mane incipiunt et ad vesperam
desinunt. Habet enim consuetudinem divina scriptura de rebus humanis ad divinas res verba transferre.
Deinde queritur quomodo dictum sit de sideribus: et sint in signa et tempora. Numquid enim tres illi dies sine
temporibus esse potuerunt, aut ad temporis spacia non pertinent? Sed in signa et in tempora dictum est, ut per
sidera tempora distinguerentur et ab hominibus dinoscerentur. Quia si curreret tempora et nullis distinguerentur
articulis, qui articuli per siderum cursum notantur, posset quidem currere tempora atque preterire,
sed intelligi et discerni ab hominibus non posset. Sicut hac quando nubilis diebus est, transcurrunt quidem
et sua spacia peragunt, sed distinguere a nobis et notare non possunt. Quod autem dictum est: Et fecit
deus duo luminaria, luminare maius in inchoationem diei, et luminare minus in inchoationem noctis, pro
dicto est quod dicitur in principatum diei et in principatum noctis. Non enim sol inchoat [illegible]
diem, et ideo eum peragit et finit. Luna vero aliquando incipit nocte, vel in fine noctis ad nos
perducit. Sed ergo ille noctes quibus hoc facit non ab ista inchoantur, quod in inchoationem noctis
facta est. Sed autem per inchoationem principium intelligimus, et per principium principatum, manifestum est
quia per diem sol principatum tenet, luna vero [illegible]. Quia et si tota sidera tunc appareant,
illa tamen suo fulgore omnia superat. Et ideo principatum tenere recte dicitur. Quod autem dictum est
et dividat inter diem et noctem, potest hic fieri calumnia, ut dicatur quod deus iam diviserat superius
inter diem et noctem, sed hic quarto die sydera fecit. Sic ergo hic dictum est dividat inter
diem et noctem, tanquam si diceret: Sic inter se dividant diem et noctem, ut soli dies detur,
nox vero lune et ceteris sideribus. Quia duo iam genera erant, sed non divisa inter
sidera, ut iam certum esset de pluribus [illegible] quod per diem et quod per noctem appareret hominibus.

Et dixit deus: Educant aque reptilia animarum vivarum et volatilia volantia super terram sub firmamento celi. Et sic est factum. Et fecit deus cetos magnos et omnem animam animalium et reptilium quas eiecerunt aque secundum genus suum, et omne genus volatilium pennatum secundum genus suum.
Et vidit deus quia bona sunt, et benedixit illa deus dicens: Crescite et multiplicamini et replete
aquas maris, et volatilia multiplicentur super terram. Et factum est vespera et factum est mane dies quintus.
Hic solet respondere querentibus vel potius calumniantibus quare volatilia non solum ea que in aquis [illegible] sunt et de aere producta
sunt. Sed etiam et que in aere volitant, et omnia pennata de aquis, scriptum sit: Educant sine producant aque reptilia animarum vivarum [illegible]
Sciunt enim quos hic movet istum aerem nebulosum et humidum in quo aves volant [illegible]
a doctissimis hominibus qui hoc diligenter inquirunt cum aquis solere deputari. Concrescit
enim et crassior invenitur sive efficitur exalationibus et cum vaporibus maris et terre, et de ipso humore
pinguescit quodammodo ut volatum avium portare possit. Ideo per noctes etiam
serenas rorat, cuius roris gutte mane in herbis inveniuntur. Nam mons ille Macedonie
qui Olympus vocatur tantum altius esse dicitur, ut in cacumine eius nec ventus sentiatur
nec colligantur se nubes, quia excedit altitudine sua totum istum aerem humidum in quo aves
volant. Et ideo nec ibi aves volare asseverant. Quod ab eis proditum dicitur qui per singulos
annos nescio quorum sacrificiorum causa montem illum conscendebant et aliquas literas in
pulvere scribebant, quas alio anno integras inveniebant. Quod fieri non posset si ventum aut
pluviam locus ille pateretur. Deinde quod tenuitas aeris illius qui ibi est non eos inspirabat,
durare ibi non poterant, nisi spongias humectas naribus applicarent, unde crassiorem et con-
suetum spiritum ducerent. Hii ergo indicaverunt etiam se nullam avem in eo loco aliquando vidisse.
Isto itaque dicto, non solum pisces et cetera que in aquis sunt animalia, sed aves etiam de aquis
natas esse fidelissima scriptura commemorat. Quia pisces adhuc volare [illegible] qui de maris et
terre [illegible] surgit. Et dixit deus: Educat terra animam vivam secundum genus suum, genus
quadrupedum et serpentium et bestiarum terre. Et sic est factum. Et fecit deus bestias terre
secundum genus, et pecora secundum genus, et serpentia eius terre secundum genus. Et vidit deus quia
bona sunt.
Solent etiam ista sermone manichei questionem facere, dicentes: Quid opus

Olympus mons
sine vento
sine nube

... quia multa animalia deus fecerit que vel necessaria non sint vel etiam perniciosa sint et timenda. Sed cum ista dicunt non intelligunt quemadmodum omnia pulchra sint conditori et artifici suo qui omnibus utitur ad gubernationem universitatis sue summa lege regnantis. Si enim in alicuius opificis officinam imperitus intraverit, videt ibi multa instrumenta quorum causas ignorat et si multum est insipiens superflua putat. Iam vero si in fornacem incautus ceciderit aut ferramento aliquo acuto cum id male tractat se ipsum vulneraverit, etiam perniciosa et noxia existimat ibi esse multa, quorum tamen usum quia novit artifex insipientiam eius irridet et verba inepta non curans officinam suam instanter exercet. Et tamen tam stulti sunt homines ut in artifice homine non audeant vituperare quod ignorant, sed cum ea viderint credant esse necessaria et propter aliquos usus instituta. In hoc autem mundo cuius conditor et administrator predicatur deus audent multa reprehendere quorum causas non vident, et in operibus atque instrumentis omnipotentis artificis volunt se videri scire quod nesciunt.

Ego vero fateor me nescire mures et rane quare create sint aut musce aut vermiculi. Video tamen omnia in suo genere pulchra esse quamvis propter peccata nostra multa nobis videantur adversa. Non enim alicuius animalis corpus et membra considero ubi non mensuras et numeros et ordinem inveniam ad unitatem concordie pertinere. Que omnia unde veniant non intelligo nisi a summa mensura et numero et ordine que in ipsa dei sublimitate incommutabili atque eterna consistunt. Quod si cogitarent isti loquacissimi et ineptissimi non nobis tedio fuerint, sed omnes pulchritudines et summas et infimas considerando omnium artificem deum laudarent. Et si quid eos offenderet non in ipsius vitio sed nostre mortalitatis merito imputarent. Et tamen omnia animalia aut utilia sunt nobis aut perniciosa aut superflua. De utilibus non habent quod dicant. De perniciosis autem vel penis nostris vel exercemur vel terremur, ut non istam vitam multis periculis et laboribus plenam sed aliam meliorem ubi summa est securitas diligamus et desideremus, et ut nobis presentis vite gravia ... De superfluis vero quid nobis est querere? Si tibi displicet quia non prosunt, placeat quia non obsunt; quia etsi domui nostre non sunt necessaria, eis tamen completur huius universitatis integritas que multo maior est quam domus nostra et multo melior. Hanc enim multo melius administrat deus quam unusquisque nostrum domum suam. Nostra ergo utilia, cave perniciosa, relinque superflua. In omnibus tamen mensuras et numeros et ordinem vide, artificem quere. Nec alium invenies nisi ubi summa mensura et summus numerus et summus ordo est, id est deum, de quo verissime dictum est quod omnia in mensura et numero et pondere disposuit. Et fortasse uberiorem fructum capies cum deum laudas in humilitate formice quam cum transis flumen in alicuius iumenti altitudine. Et dixit deus:

Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, et habeat potestatem piscium maris et volatilium celi et omnium pecorum et ferarum et omnis terre et omnium reptilium que repunt super terram. Et facta est vespera et mane quo completur dies sextus. Istam maxime solent questionem Manichei loquaciter agitare et insultare nobis quod hominem credamus factum ad imaginem et similitudinem dei. Attendunt enim figuram corporis nostri et infeliciter querunt utrum habeat deus nares et dentes et barbam et membra etiam interiora et cetera que nobis sunt necessaria. In deo autem talia ridiculum est immo impium credere, et ideo negant hominem factum esse ad imaginem et similitudinem dei. Quibus respondemus membra quidem ista in scripturis plerumque nominari cum deus insinuatur audientibus parvulis, et hoc non solum in veteris testamenti libris sed etiam in novi. Nam et oculi dei commemorantur et aures et labia et pedes, et ad dexteram dei patris sedere filius evangelizatur. Et ipse dominus dicit: Nolite per celum iurare quia sedes dei est, nec per terram quia scabellum est pedum eius. Et item dicit quod in digito dei eiciebat demonia. Sed omnes qui spiritualiter scripturas intelligunt non membra corporea per ista nomina sed spirituales potencias accipere didicerunt, sicut galeam et scutum et gladium et alia multa. Sed hoc ipsi heretici discant, quia imprudenter et ... vetus testamentum calumniantur, cum et in novo hec posita videant. Hec fortasse non viderunt et ... longius abeunt. Et tamen in catholica disciplina spirituales fideles non credunt deum forma corporea definiri. Et quod homo ad imaginem dei factus dicitur secundum interiorem hominem dicitur ubi est ratio et intellectus; unde etiam habet potestatem piscium maris et volatilium celi et omnium pecorum et ferarum et omnis terre et omnium reptilium que repunt super terram. Nam cum dixisset faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, statim addidit: et habeat potestatem piscium maris et volatilium celi etc., ut intelligeremus non propter corpus dici hominem factum ad imaginem dei sed propter eam potestatem qua omnia pecora superat. Omnia enim animalia subiecta sunt homini non propter corpus sed propter intellectum quem nos habemus et illa non habent, quamvis ...

Marginal notes: mures rane et cetera; in mensura et numero et pondere disposuit

corpus non sit fabricatus vt inde a nobis meliores esse videantur quam bestie, comparata deo similes
[illegible] et aliam corpora sive que in aquis sive in terra vivunt, sive que in aere volitant inclinata sunt
ad terram et non sunt erecta sicut hominis corpus. Quo significatur et animum nostrum in superna sua id est
in eterna spiritualia erectum esse debere. Ita intelligitur per animam maxime attestante et erecta
corporis forma homo factus ad ymaginem et similitudinem dei. Aliquid etiam solent dicere manichei.
Quam accepit homo potestatem piscium maris et volatilium celi et omnium pecorum et ferarum cum videamus
a multis feris homines occidi et a multis volatilibus noceri que volumus vel vitare vel capere
et plerumque non possumus. Quid ergo in hec accepimus potestatem. Hic illos primo docendum est quod
multum errent cum post peccatum considerant hominem. cum in huius mortalitate damnatus est et amisit
perfectionem illam qua factus est ad ymaginem dei. Sed si damnatio ista tantum valet vt tamen multis
pecoribus imperet. quamvis et a multis feris propter fragilitatem corporis possit occidi. a nullis tamen
domari possit. cum ipse tam multas et pene omnes domet. Sed ego homo dominus tam valde
quam de regno eius cogitandum est quod ei benedictione et divina voce promittitur.

Quod autem scriptum est masculum et feminam fecit illos et benedixit illos deus dicens Crescite et multiplicamini
et implete et replete terram. Potentissime querit quemadmodum accipienda sit coniunctio masculi
et femine ante peccatum. Et ista benedictio qua dictum est Crescite et multiplicamini et implete
et replete terram vtrum carnaliter an spiritualiter accipienda sit. Licet enim et nobis etiam spiritualiter accipere
vt in carnalem fecunditatem post peccatum conversa esse credatur. Erat enim prius casta coniunctio masculi et feminine
masculi ad regendum, illius ad obtemperandum accommodata, et spirituales fetus intelligibilis et
immortalis gaudii replebant terram, id est vivificabant corpus et dominabantur ei, id est ita subiectum habebant
vt nullam ex eo adversitatem, nullam molestiam paterentur. Et ideo sic credendum est, quia nondum
erant filii seculi huius antequam peccarent. Filii enim huius seculi generant et generantur. Sic dominus
dicit cum comparatione future vite que nobis promittitur talem istam generationem contemnendam
esse demonstravit. Et quod eis dictum est Habete potestatem piscium maris et volatilium celi et re-
pentium omnium que repunt super terram. Sano quidem intellectu quo manifestum est animalibus his omnibus
hominem ratione dominari. Sed etiam intelligi et spiritualiter potest, vt omnes affectiones et motus animi
quos habemus istis animalibus similes subditos habeamus et eis dominemur per temperantiam et
modestiam. Cum enim non reguntur isti motus, erumpunt et rapiunt in foedissimas consuetudines
et in diversas perniciosasque delectationes nos rapiunt et faciunt similes omni generi bestiarum.
Cum autem reguntur et subiciuntur omnino mansuescunt et nobiscum concorditer vivunt. Non enim
alieni a nobis sunt motus animi. unde passionibus etiam nobiscum regentibus rationem et
mos optimus et vita conveniens tamquam herbis seminalibus et lignis fructiferis et herbis vi-
ridibus. Et hec est hominis vita beata atque tranquilla. Cum autem motus eius rationi
consentiunt et veritati gaudent et amores sunt casti et boni. Si autem non consentiunt dum
negligenter geruntur conscindunt et dissipant animum et faciunt vitam miserrimam et vertuntur per-
turbationibus et libidinibus et cupiditatibus malis [illegible] nobis [illegible] vt eos in usum compe-
scendo crucifigamus in nobis donec absorbeatur mors in victoriam. Dicit enim et apostolus ad Galathas
Qui autem Iesu Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum perturbationibus et concupiscentiis. Vt hinc
discant quis [illegible] debeat, non carnaliter hec esse intelligenda. Quia lignum videtur et
lignum fructiferum omni generi bestiarum et omnibus volatilibus et omnibus serpentibus in genesi
dantur ad cibum. Cum videamus leones et accipitres et milvos et aquilas non pasci
nisi carnibus et interfectione aliorum animalium. quod etiam de nonnullis serpentibus credo qui per
arenosa et deserta loca vbi nec herba nec lignum nascitur. Sane non est
negligenter pretereundum quod dictum est. Et vidit deus omnia que fecit esse bona valde.
Cum enim de singulis ageret dicebat tantum vidit deus quia bonum est. Cum autem de om-
nibus ageretur parum fuit dicere bona nisi adderetur et valde. Si enim singula opera dei
cum considerantur a prudentibus inveniuntur habere laudabiles mensuras et numeros et ordines
in suo quoque genere constituta, quanto magis omnia simul id est ipsa universitas que istis singulis
in unum congregatis impletur. Omnis enim pulchritudo que partibus constat multo est laudabilior
in toto quam in parte. Sicut corporis humani si laudamus oculos solos, si nasum solum, si ge-

Crescite et multiplicamini et replete terram [illegible]

lapis gemmas. aut solum capillum. aut solas manus. aut solos pedes etc. Sed si pulchra singula et sola laudantur, quanto magis totum corpus. Cui omnia membra que singula pulchra sunt conferunt pulchritudinem suam. Ita ut manus pulchra que etiam sola laudabatur in corpore, si separetur a corpore et ipsa amittat gratiam suam. Et cetera illa sine ceteris indecora sunt. Tanta est vis et potentia integritatis et unitatis ut et que multa sunt bona tunc placeant cum in universum aliquid conveniunt atque concurrunt. Universum autem ab unitate nomen accepit. Quod si manichei considerarent, laudarent universitatis auctorem. Et conderetur deum. Et quod eos propter considerationem sue infirmitatis in parte offendit, redigerent ad universi pulchritudinem. Et viderent quemadmodum deus fecit omnia non solum bona sed etiam bona valde. Nam etiam in sermone aliquo ornato atque composito si consideremus singulas syllabas aut etiam singulas litteras que cum sonuerint statim transeunt, non in eis invenimus quod delectet atque laudandum sit. Totus enim ille sermo non de singulis syllabis aut litteris sed de omnibus pulcher est. Sicut videamus et illud quod solent maiori impudentia quam imperitia deridere. Quod scriptum est deum consummato celo et terra et omnibus que fecit requievisse die septimo ab omnibus operibus suis et benedixisse diem septimum et sanctificasse eum quia in eo requievit ab operibus suis. Dicunt enim quid opus erat ut deus requiesceret. Numquid fatigatus in sex diebus fabricatis et lassatus erat. Adducunt etiam testimonium ubi ait: Pater meus usque nunc operatur et hinc multos imperitos decipiunt quibus persuadere conantur novum testamentum veteri testamento adversari. Sed sicut ille quibus dixit: Pater meus usque nunc operatur, carnaliter opinabantur requievisse deum. Et carnaliter sabbatum observantes non videbant quid illius diei significaret figura. Sic et isti qui propria voluntate pereunt, non intelligunt sabbati sacramentum. Et ille et carnaliter observando et isti carnaliter execrando sabbatum non noverunt. Tunc enim ergo transierit ad christum ut apostolus ait, velamen auferetur quod solutionibus et allegoriarum operimento ablatum veritatis indagationi ut posset videri. Primo ergo loquentes homines in his locutionibus scripturarum consuetudine laudanda atque defendenda sunt. Quoniam et aliud significat quod dicitur deum requievisse ab omnibus operibus suis que fecit bona valde, nisi quia requiem nobis dabit ab omnibus operibus nostris si et nos bona opera fecerimus. Secundum ipsam figuram locutionis, dicit et apostolus: Quid enim oremus sicut oportet nescimus. Sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Non enim ipse spiritus dei gemit quasi indigeat aut angustias patiatur, quem spiritus deus interpellat pro sanctis. Sed quia ipse nos movet ad orandum, ideo nos gemere dicitur quod ipso movente nos facimus. Ipse fecit gemere. Sic dictum est illud: Temptat vos dominus deus vester ut sciat si diligitis eum. Non enim ut sciat ipse quem nihil latet, sed ut sciamus nos faciat quantum in eius dilectione profecerimus, temptari nos permittit. Secundum ergo locutionem dicitur et deus invenisse se dicit et habere dolorem se fecisse hominem, quando ille invenit. Sed quia hic verba discipulus accomodabat, invenisse se esse dixit, quia illos invenientes accomodando faciebat. Secundum hanc figuram etiam prima domini sapientia dixit ipsum diem, cum eundem filium patris fecit. Extra figuram inter poetas in quibus figuratus est quasi in ea genere locutionis noverunt, sine ulla difficultate solutum. Tales locutionibus abundat et una consuetudo in divinis libris dicimus: letum diem quia nos letos facit. Et pigrum frigus quia nos pigros facit. Et fossam cecam quia nos eam non videmus. Et lingua polita que nos politos facit. Postremo et quietem ab omnibus molestiis tempus dicimus in quo nos ab omnibus molestiis quieti sumus. Sic dicitur deus requievisse quando nos ab omnibus operibus suis que fecit bona valde, cum in illo requiescimus ab omnibus operibus nostris si opera bona fecerimus. Tamen et ipsa opera nostra bona illi tribuenda sunt qui vocat, qui precipit, qui demonstravit, qui etiam ut velimus incitat et vires implendi ea que imperat prebet. Sed quare septimo die requievisse dicitur, video enim per totum textum divinarum scripturarum sex quasdam etates operosas certis quasi limitibus suis esse distinctas, ut in septima speretur requies. Et easdem sex etates habere similitudinem istorum sex dierum in quibus ea facta sunt que deus fecisse scriptura narrat. Primordia enim generis humani in quibus ipso luce frui cepit, bene comparantur primo diei, quo deus fecit lucem. Hec etas tamquam infantia deputanda est ipsius universi seculi quod tamquam unum hominem proportione sua cogitare debemus. Quia unusquisque homo cum primo nascitur et exit ad lucem, primam etatem agit in-

Marginal notes:

perversitas maliciae potentie nimie

locutiones figurative

De vii etatibus mundi

infantia. Hec tendit ab Adam usque ad Noe generationibus x [et prodiens]. Cuius vespera huius diei fit in diluvio, tamen et infantia nostra tamquam oblivionis diluvio deletur. Et incipit mane a temporibus Noe tamquam pueritia. et tenditur hec etas usque ad Abraham aliis generationibus x. Et bene comparatur 2o diei, quo factum est firmamentum inter aquam et aquam. Quia et archa in qua erat Noe cum suis sub firmamento latebat, inter aquas inferiores in quibus natabat et superiores quibus complebatur. Hec etas non diluvio deletur. quia et pueritia nostra non oblivionem tergimus de memoria. Meminimus nos pueros fuisse. infantes autem non meminimus. Huius vespera est confusio linguarum in eis qui turrim faciebant. et fit mane ab Abraham. Sed nec etas ista 2a generavit populum dei. quia nec pueritia apta est ad generandum. Mane autem factum ab Abraham. et succedit etas tercia similis adolescentie. Et bene comparatur diei tercio. quo ab aquis terra separata est. Ex omnibus enim gentibus quarum error instabilis et vanis simulacrorum doctrinis tamquam [illegible] omni vento mobilis [illegible] mari nomine bene significatur. Ab hac gentium vanitate et huius seculi fluctibus separatus est populus dei per Abraham. tamquam terra cum apparuit arida. i. sitiens ymbrem celestem divinorum mandatorum. Qui populus colendo deum tamquam irrigata terra ut fructus utiles posset afferre. primo scripturas et prophetias accepit. Hec tercia etas iam potuit generare populum deo. quia et tercia etas i. adolescentia filios iam habere potest. Et ideo ad Abraham est dictum. patrem multarum gentium posui te. et augebo te nimis valde. Et ponam te in gentes. et reges de te exient. Et ponam testamentum meum inter me et te. et inter semen tuum post te in generationibus eorum in testamentum eternum. ut sim tibi deus et semini tuo post te. Et dabo tibi et semini tuo terram in qua habitas omnem terram Chanaan in possessionem eternam. et ero illis deus.

Hec etas porrigitur ab Abraham usque ad David. xiiii generationibus. Huius vespera est in populo peccatis quibus divina mandata preteribant usque ad malicias pessimi regis Saulis. Et inde fit mane regnum David. Hec iiiia etas similis iuventuti est. Et vera inter omnes etates regnat iuventus et ipsa est firmum ornamentum etatum omnium. Et ideo bene comparatur quarto diei quo facta sunt sydera celi in firmamento celi. Quid enim evidentius significat splendorem regni quam solis excellencia. Et plebem obtemperantem regi. lune splendore ostendit. tamquam synagoga ipsum et stelle principes eius. et omnia tamquam in firmamento in regni stabilitate fundata. Huius quasi vespera est in peccatis regum quibus illa meruit captivari ac servire. Et fit mane transmigratio in Babiloniam. cum in ea captivitate populus leniter in peregrino ocio collocatus est. Et porrigitur hec etas usque ad adventum domini nostri i. quinta etas. scilicet declinatio a iuventute ad senectutem. nondum senectus. sed iam non iuventus. Quia senioris etas est quem greci presbiterum vocant. Nam senex apud eos non presbiter. sed geron dicitur. Et revera sic ista etas. a regni robore inclinata et fracta est in populo iudeorum. quemadmodum a iuventute fit senior. Et bene comparatur illi diei quinto quo facta sunt animalia in aquis et volatilia celi. Postquam illi homines inter gentes tamquam in mari vivere ceperunt et habere incertam sedem et instabilem sicut volantes aves. Sed plani ibi erant et ibi ceti magni. i. illi magni homines qui magis dominari fluctibus seculi quam servire in illa captivitate potuerunt. Nam et ad cultum ydolorum aliquo tunc depravati sunt. Ubi enim animadvertendum est quod benedixit deus illa animalia dicens. Crescite et multiplicamini et replete aquas maris. et volatilia multiplicentur super terram. Quia revera gens iudeorum ex quo dispersa est per gentes valde multiplicata est. Huius diei id est huius etatis quasi vespera est multiplicatio peccatorum in populo iudeorum. quia sic excecati sunt. ut etiam dominum nostrum Iesum Christum non possent agnoscere. Mane autem fit predicatione ewangelii per dominum nostrum Iesum Christum. Et finitur dies quintus. Incipit sextus in quo senectus veteris hominis apparet. hac enim etate carnale illud regnum vehementer attritum est. quando et templum deiectum est. et sacrificia illa cessaverunt. Et nunc ea gens quantum ad regni vires attinet. quasi extremam vitam trahit. In ista tamen etate tamquam in senectute veteris hominis homo nominus nascitur qui iam spiritualiter vivit. Sexta enim die dictum est producat terra animam vivam. Nam quinto die dictum est producant aque non animam vivam. sed reptilia animarum vivarum. Quia corporalia sunt reptilia. et adhuc erat corporalis circumcisio. et sacrificiis tamquam in mari gentium populus ille legem sequebatur. Sexta vero animam vivam dicit quia vita iam incipiunt eterna desiderari. Serpentes ergo et pecora

2a dies et etas

3a dies

[illegible]

4a etas et dies

non hic [illegible] in aliis exemplaribus

5a dies sive etas

non est [illegible]

6ta dies sive etas

que tota produxit que significant, id est stabilis evangelii ordinationes, de quibus dicitur in illo vase ad petrum
de mutatione est in actibus apostolorum quod commune et immunda. Et cum ipse immunda diceret responsum est illi: que
deus mundavit tu immunda ne dixeris. Et tunc fit homo ad ymaginem et similitudinem dei sicut in
ista 6ta etate nascitur in carne dominus noster, de quo dicitur per prophetam: Et homo natus est, et quis cog-
novit eum. Et quemadmodum in illo die masculus et femina, sic in ista etate christus et ecclesia. Et preponitur
homo in illo die pecoribus et serpentibus et volatilibus celi, sic in ista etate christus regit animas
obtemperantes sibi que ad ecclesiam eius partim de gentibus, partim de populo iudeorum venerunt, ut ab eo
domesticarentur, id est mansuescerent homines, vel carnalibus concupiscentiis dediti, sicut pecora, vel tenebrosa
curiositate obscurati, quasi serpentes, vel elati superbia, quasi aves. Et sicut in illo die pascitur ho-
mo et animalia que cum ipso sunt herbis seminalibus et lignis fructiferis et herbis viridibus, sic in ista
etate spiritualis homo quicumque bonus minister est christi et eum quantum potest imitatur, cum ipso
populo spiritualiter pascitur sanctarum scripturarum alimentis et lege divina, partim ad concipiendam fecun-
ditatem rationum atque sermonum, tamquam herbis seminalibus, partim ad utilitatem morum conversationis huma-
ne, tamquam lignis fructiferis, partim ad vigorem fidei, spei et caritatis in vitam eternam, tamquam
herbis viridibus, id est vigentibus, que nullo estu tribulationum possunt arescere. Sed spiritualis sic istis
alimentis pascitur ut multa intelligat; carnalis autem, id est parvulus in christo, tamquam pecus dei, ut multa
credat que intelligere nondum potest. Tamen easdem escas omnes habent. Huius autem etatis quasi vespera utinam
non nos inveniat. Sed tamen modo esse cepit. Illa est enim de qua dominus dicit: Putas veniens
filius hominis inveniet fidem super terram? Post istam vesperam fiet mane, cum ipse dominus in claritate
venturus est. Tunc requiescent cum christo ab omnibus operibus suis hi quibus dictum est: Estote
perfecti sicut pater vester qui in celis est. Tales enim faciunt opera bona valde. Post opera enim talia
speranda est requies in die septimo qui vesperam non habet. Nullo ergo modo dici potest quemadmodum
deus fecerit et condiderit celum et terram et omnem creaturam quam condidit.

Sed ista expositio per ordinem decursa sic indicat tamquam historiam in seculo, ut primitus
[?] moyse observet. Si autem aliquem movet quod in istis etatibus singulis generationes [?] pa-
tribus generationibus adnumerantur apostoli. Tres autem consequentes singule in ordinem generationibus
occurrunt. Sexta vero ista nullo generationum numero definita est, sicut senectus est videre in uno [?]
homine, quia primas duas etates infantiam et pueritiam corporis sensibus inherere. Cum quinque sunt corporis

quinque sunt
visus
auditus
olfactus
gustus et
tactus

quinarius autem iste duplicatus, quia duplex est sexus humanus, unde genera-
tiones tales existunt masculinus et femininus. Quinarius ergo ut dixi duplicatus
denarium numerum facit. Iam vero ab adolescentia deinceps ut iam homo incipit in ho-
mine ratione uti, accedit quinque sensibus cognitio et actio, quibus vita regitur et
administratur, ut iam septenarium numerum incipiat. Quinarius similiter duplicatus per
multiplicem [?] in XIIII generationibus oriuntur et apparent quasi habent tres etates
consequentes tamquam adolescentis, iuventutis et senioris. Senectus vero etas sicut in nobis nullo
statuto annorum tempore definitur; sed post quinque illas etates quantumcumque vixerit senectus depu-
tatur, sic et in ista etate seculi non apparent generationes, ut etiam occultus sit ultimus dies,
quem voluit dominus latere, oportere intimaret. Habent enim unusquisque nostrum in bonis operibus
et recta vita tamquam distinctos istos sex dies, post quos debent quietem sperare. Primo die lucem fidei,
quando prius visibilibus credit, propter quem dominus visibiliter apparere dignatus est fidem.
Secundo die tamquam firmamentum discipline quo discernit inter carnalia et spiritualia, sicut inter aquas
inferiores et superiores. Tertio die quo mentem suam ad ferendos bonorum operum fructus separat
separat a labe et fluctibus ~~temptationum~~ carnalium, tamquam arida terra a perturbationibus maris,
ut iam possit dicere: Mente servio legi dei, carne autem legi peccati. Quarto die quo iam in
illo firmamento discipline spirituales intelligentias operatur atque distinguit quid sit incom-
mutabilis veritas, que tamquam sol fulget, et quemadmodum ipsa anima particeps fiat veritatis
et corpori ordinem et pulchritudinem prestet, tamquam luna illuminans noctem, et quemadmodum stelle
omnes intelligentie spirituales in huius vite obscuritate tamquam in nocte micant et fulgent.
Quinto die in actionibus turbulentissimi seculi tamquam
in aquis maris operari incipit propter utilitatem fraterne societatis, et de corporalibus actionibus que

X 6te etati

a ipsa mente producit, id est ad hanc vitam producere animas viuentes, reptilia, id est opera que prosunt animis, et ce-
tos magnos, id est fortissimas actiones, quibus fluctus seculi dirumpuntur, et contemplatione
et volatilia celi, id est voces celestia predicantes. Sexto autem die producit terra animam vivam, id est de
ipsa stabilitate mentis sue ubi spiritualis habet fructus, id est bonas cogitationes, motus omnes animi
subiugat, ut sit in illo anima viva, id est rationi et iusticie seruiens, non temeritati atque peccato.
Ita fiat etiam homo ad ymaginem et similitudinem dei, masculus et femina, id est intellectus et actio, que
copulatione spiritualiter fetus terram impleat, id est carnem subiciat, et cetera que ibi in hominis perfectione superius
dicta sunt. In istis autem tamquam diebus vespera est in ipsa perfectione singulorum operum. Et mane
in inchoatione consequentium. Post ista autem sex dierum opera bona valde, sperat homo quietem per-
petuam. Et intelligit quid sit: Requieuit deus septima die ab omnibus operibus suis. Quia et
ipse in nobis hec bona operatur, qui ut operemur iubet. Et recte ipse requiescere dicitur, quia
post hec omnia opera requiem nobis ipse prestabit. Sicut enim recte dicitur paterfamilias edificare domum,
cum hoc non opere suo faciat, sed eorum quibus seruientibus imperat. Sic recte dicitur et ab operibus suis
requiescere, cum post perfectionem fabrice illos quibus imperabat permittit ut vacent, et iocundo
ocio perfruantur.

Explicit liber primus. Incipit secundus contra Manicheos

Post consummationem et expositionem dierum septem, intexpositum est quedam conclusio. Et appellatus
est liber creature celi et terre cunctis superius dictis. Cum sit parua pars libri,
sed ideo sic meruit vocari, quia vniuersa sicut a capite usque ad finem quasi bre-
uis aliqua ymago in hiis diebus septem figurata est. Deinde incipit de homine diligentius
narrari. Que omnis narratio non aperte, sed figurate explicatur, ut exerceat mentes queren-
tium veritatem, et spiritualibus negotiis a negotiis carnalibus auocet. Sic enim se continet:
Hic est liber creature celi et terre, cum factus est dies, quo fecit deus celum et terram, et omnia
viridia agri antequam esset super terram, et omne pabulum agri antequam exortum est. Nondum enim plu-
erat deus super terram, nec erat homo qui operaretur in ea. Fons autem ascendebat de terra, et
irrigabat omnem faciem terre. Et tunc finxit deus hominem de limo terre, et insufflauit in faciem
flatum vite. Et factus est homo in animam viuentem. Et tunc plantauit deus paradisum in Eden ad ori-
entem. Et posuit ibi hominem quem finxerat. Et produxit adhuc deus de terra omne lignum formosum
ad aspectum et bonum ad escam. Et lignum vite plantatum in medio paradisi, et lignum scientie boni
et mali. Flumen autem procedebat ex Eden et irrigabat paradisum, quod inde diuiditur in quatuor
partes. Nomen vnius Phison. Hoc est quod circuit totam terram Euilath, ubi est aurum. Aurum autem terre illius
optimum, et ibi est carbunculus et lapis prasinus. Et nomen secundi fluminis Gyon. Hoc circuit totam
terram Ethiopie. Et flumen tercium Tigris. Hoc est quod vadit contra Assirios. Et flumen quartum dicitur
Eufrates. Et sumpsit dominus deus hominem quem fecit, et posuit illum in paradisum ut operaretur
ibi et custodiret eum. Et precepit dominus deus Ade dicens: Ex omni ligno quod est in paradiso edetis ad
escam, de ligno scientie boni et mali non edetis ab eo. Qua die autem ederitis ab illo, morte
moriemini. Et dixit dominus deus: Non est bonum esse hominem solum. Faciamus ei adiutorium simile sibi.
Et cum finxisset deus ex omni genere pecorum, et ex omni genere bestiarum agri, et ex omni genere
volatilium sub celo, perduxit ea ad Adam ut videret quid ea vocaret. Et omne quod vocauit ea Adam
animam viuam, hoc est nomen eius. Et post hec vocauit Adam nomina omnium pecorum et omnium auium celi
et omnium bestiarum agri. Et sicut vocauit ea Adam, hoc est nomen eorum usque in hodiernum diem. Ipsi
autem Ade nondum fuit adiutorium simile illi. Et immisit deus soporem in Adam et obdormiuit. Et
sumpsit deus vnam ex costis eius et impleuit locum eius in carne. Et formauit deus costam quam accepit
ab Adam in mulierem, et adduxit illam ad Adam ut videret quid eam vocaret. Et dixit
Adam: Hoc nunc os de ossibus meis et caro de carne mea. Hec vocabitur mulier quoniam de viro suo
sumpta est. Et hec erit mihi adiutorium. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adherebit vxori
sue, et erunt duo in carne vna. Et erant ambo nudi, Adam et mulier eius, et non confundebantur.
Serpens autem erat sapientior omnium bestiarum que erant super terram, quas fecerat dominus deus. Et dixit
serpens ad mulierem: Quare dixit deus ne edatis ab omni ligno quod est in paradiso? Et dixit
mulier ad serpentem: Ex omni ligno quod est in paradiso edemus, de fructu autem ligni quod est in
medio paradisi dixit deus ne edamus, sed neque tangamus, ne moriamur. Et serpens

dixit mulieri. Nequaquam morte moriemini. Sciebat enim deus quia in quacumque die manducaveritis ex illo a-
perientur oculi vestri et eritis sicut dii scientes bonum et malum. Et vidit mulier quod bonum esset
lignum in escam, et quia bonum est oculis ad videndum et cognoscendum. Et sumpsit fructum de ligno
illo et manducavit et dedit viro suo. Et accepit Adam et manducavit. Et aperti sunt oculi eorum et
cognoverunt quod nudi erant, et consuerunt folia fici et fecerunt sibi precinctoria. Et cum audissent vocem
domini deambulantis in paradiso ad vesperam, absconderunt se Adam et mulier eius a facie domini dei
ad illam arborem que erat in medio paradisi. Et vocavit dominus deus Adam et dixit illi: Adam ubi es?
Et dixit ille: Vocem tuam audivi domine in paradiso et timui et abscondi me quia nudus sum.
Et dixit dominus deus: Quis nuntiavit tibi quod nudus es, nisi quia ab illa arbore de qua dixeram
tibi ex illa sola non manducare, ex illa manducasti? Et dixit Adam: Mulier quam dedisti mihi,
dedit ut ederem, et manducavi. Et dixit dominus mulieri: Quid hoc fecisti? Et dixit mulier: Serpens
seduxit me et manducavi. Et dixit dominus deus serpenti: Quia hoc fecisti, maledictus tu ab omni
pecore et omnibus bestiis terre. Pectore et ventre repes et terram manducabis omnibus diebus vite tue. Et inimicitias
ponam inter te et mulierem et inter semen tuum et inter semen mulieris. Ipsa tuum observabit caput, et
tu eius calcaneum. Et mulieri dixit: Multiplicans multiplicabo dolores tuos et suspiria tua
et in doloribus paries filios tuos, et ad virum tuum conversio tua, et ille tui dominabitur. Et tunc
dixit deus ad Adam: Quia audisti vocem mulieris tue et manducasti de ligno de quo preceperam
tibi ex illo solo ne ederes, maledicta terra erit tibi in omnibus operibus tuis et in tristitia et in
gemitu tuo manducabis ex ea omnibus diebus vite tue. Spinas et tribulos generabit tibi, et edes
pabulum agri tui. In sudore vultus tui edes panem tuum donec revertaris in terram de qua sumptus
es, quia terra es et in terram ibis. Et tunc fecit dominus deus Ade et mulieri eius tunicas pellice-
as et induit illos. Et dixit deus: Ecce Adam factus est tamquam unus ex nobis ad
[illegible] cognoscendum bonum et malum. Et tunc ne porrigat manum suam Adam ad arborem vite
et sumat sibi inde et edat et vivat in eternum. Et dimisit eum dominus deus de paradiso voluptatis ut
operaretur terram de qua et sumptus fuerat. Et eiecit foras de paradiso et collocavit eum contra paradisum vo-
luptatis. Et cherubim et illam flammeam frameam que versatur posuit deus ad custodiendam
viam arboris vite.

Hec ceteraque verborum si non reprehendentes et accusantes, sed querentes et venerantes Manichei
vellent discutere, non essent utique Manichei. Sed daretur petentibus et querentes inveni-
rent et pulsantibus aperiretur. Plures enim questiones in hoc sermone proponunt qui religiose que-
runt quam isti miseri atque impii. Sed hoc interest quod illi querunt ut inveniant, isti nihil la-
borant nisi non invenire quod querunt. Hic ergo totus sermo primo secundum historiam discutiendus est, deinde
secundum prophetiam. Secundum historiam facta narrantur, secundum prophetiam futura prenuntiantur. Sane quisquis
voluerit omnia que dicta sunt secundum litteram accipere, id est non aliter intelligere quam littera sonat, et potuerit
evitare blasphemias et omnia congruentia fidei catholice predicare, non solum ei non est invidendum
sed precipuus multumque laudabilis intellector habendus est. Si autem nullus exitus datur ut pie et di-
gne deo que scripta sunt intelligantur nisi figurate et in enigmatibus proposita ista credamus, habentes
auctoritatem apostolicam a quibus tam multa de libris veteris testamenti solvuntur enigmata, modum quem intendimus
teneamus, adiuvante illo qui nos petere querere pulsare adhortatur, ut omnes istas figuras rerum
secundum catholicam fidem, sive que ad historiam sive que ad prophetiam pertinent, explicemus, non preiudi-
cantes meliori diligentiorique tractatui sive per nos sive per alios quibus dominus revelare dignatur.
Factum est ergo dies quo die fecit deus celum et terram et omne viride agri antequam esset super terram
et omne pabulum agri. Superius, id est ante, septem dies numerabantur. Nunc unus dicitur dies quo die fecit deus
celum et terram et omne viride agri et omne pabulum, cuius diei nomine totum tempus significari bene intelli-
gitur. Fecit enim deus omne tempus simul cum omnibus temporalibus creaturis, que creature visibiles celi et terre
nomine significantur.

glo. Monet autem nos deus ad querendum quod eo die quo factum est celum
et terram nominasset, addiderit et viride agri et omne pabulum. Non enim scriptum est In
principio fecit deus celum et terram, tunc dictum est factum esse omne viride agri et pabulum. Manifeste
legitur quod uno die factum est omne viride et pabulum agri. Quod autem dictum est In principio fecit deus
celum et terram non pertinet ad aliquem dierum ex illis septem diebus. Adhuc enim vel materiam
informem unde facta sunt omnia celi et terre nomine nuncupabat, vel certe prius totam

natura celi et terre nomine prosignaret. Unde In principio fecit deus celum et terram. Et postea particulatim per ordinem dicit sic
operabatur per perfectionem quam in primo libro commemoravimus. Sed opera ex certis exposuit. Quod ergo plus
voluit. quod nunc nominato celo et terra addidit viride agri et pabulum. et tacuit cetera que multa
sunt in celo et in terra vel in mari. nisi quia viride agri invisibilem creaturam vult intelligi sicut
est anima. Ager. enim solet in scripturis figurate mundus appellari. Nam et ipse dominus Ager est inquit hic
mundus. Cum illam parabolam exponeret ubi bono semini sunt commixta zizania. Unde quod
agri spiritualem id est invisibilem creaturam dicit propter vigorem vite. Et nomine pabuli utique propter vitam hic
ipsum insinuamus. Deinde quod addidit antequam esset super terram intelligitur antequam anima
peccaret. Terrenis enim cupiditatibus sordidata tamquam super terram nata esse dicitur. Ideo et
addidit. Non enim pluerat deus super terram. Quamvis et nunc viride agri deus facit. sed
pluendo super terram. id est facit animas revirescere per verbum suum. Sed de nubibus eas irrigat. id est
scripturis prophetarum et apostolorum. Recte autem appellantur nubes. quoniam verba ista que sonant et percusso aere
transeunt addita etiam obscuritate allegoriarum quasi aliquam caliginem obducta. velut nubes fiunt.
Que dum tractando exprimuntur bene intelligentibus tamquam imbres veritatis infunditur. Sed hoc nondum
erat antequam anima peccaret. id est antequam viride agri esset super terram. Nondum enim pluerat deus super terram
Nec erat homo qui operaretur in ea. Laboranti enim homini in terra ymber de nubibus est necessarius
de quibus nubibus iam dictum est. Post peccatum autem homo laborare cepit in terra. Et necessarias habet illas
nubes ~~[struck out]~~. Ante peccatum vero cum viride et pabulum fecisset deus. quo nomine invisibilem
creaturam significari diximus. irrigabat eam fonte interiore. loquens in intellectum eius. ut
non extrinsecus verba exciperet. tamquam de supra dictis nubibus pluviam. Sed fonte suo hoc
est de intimis suis manante veritate satiaretur. Fons enim ascendebat de terra inquit. et irri-
gabat omnem faciem terre. De terra scilicet de qua dicitur. Spes mea es tu portio mea in terra viventium
Quando autem anima tali fonte rigabatur. nondum per superbiam protulerat interiora sua. Ini-
tium enim superbie hominis apostatare a deo. Et quia per superbiam in exteriora tumescens cepit
non irrigari fonte intimo. bene illi insultatur verbis propheticis et dicitur. Quid superbit terra
et cinis. quoniam in vita sua proiecit intima sua. Quid est enim aliud superbia nisi deserto secretario conscientie
foris videri velle quod non est. Et ideo iam laborans in terra necessariam habet pluviam de nubibus
id est de humanis verbis. ut etiam hoc modo possit ab illa ariditate revirescere. et iterum fieri
viride agri. Sed utinam vel pluviam veritatis de ipsis nubibus libenter excipiat. Nam per
illam dominus noster nubilum carnis nostre dignatus assumere ymbrem sancti evangelii largissimum effudit
promittens etiam quod si quis biberit de aqua eius. rediet ad illud intimum fontem. ut forinsecus
non querat pluviam. Dicit enim. Fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam.
Iste ergo fons ante peccatum ascendebat de terra et irrigabat omnem faciem terre. quia interior cum esset
nubium non desiderabat auxilium. Nam dum enim pluerat deus super terram. Nec erat homo qui operaretur
in ea. Cum enim dixisset non enim pluerat deus super terram. subiecit. et causam. quare nondum
pluerat. Quia non erat homo qui operaretur in ea. Tunc enim homo cepit operari in terra
cum post peccatum de beata vita dimissus est. que in paradiso fruebatur. Sic enim scriptum est quoniam
et eum dominus deus de paradiso dimittens ut operaretur terram de qua assumptus fuerat. unde suo
loco loquemur. Sed nunc ad hoc commemoravimus ut intelligamus laboranti homini in terra id est in
sterilitate et ariditate constituto necessariam esse de humanis verbis divinam doctrinam tamquam de nubibus
pluviam. Talis autem scientia destruetur. Videmus enim nunc in enigmate tamquam in nubilo
querentes. Tunc autem facie ad faciem quando universa facies terre nostre interiori fonte aque
salientis irrigabitur. Nam si fontem aliquem huius visibilis aque voluimus intelligere. quomodo dicitur
Fons autem ascendebat de terra. et irrigabat omnem faciem terre. non est verisimile. cum in terra multi fontes
[illegible] sive rivos sive flumina per universam terram inveniantur. solus ille scaturiret qui irriga-
ret universam faciem terre. Cum ergo hiis ponatur verbis universa creatura nobis insinuata est. Nam
Nomine cum celi et terre universa visibilis creatura significata sit. Et nomine diei (?)
Et nomine viridis et pabuli agri creatura invisibilis. Et nomine fontis ascendentis et
irrigantis omnem faciem terre inundatio veritatis anime fruentis ante peccatum. Nubes autem iste (?)
non visibilem tamen significari diximus insinuat nobis. non solum invisibilem creaturam
posse sentire. quod de anima nobis manifestatur. que tanta varietate affectionum [illegible]

Marginalia:
ymber necessarius
Eccl. x°
Superbia quid sit
Fons aque
quando cepit homo operari in terra
Quid nomine celi et terre significetur
Quid nomine diei
Quid nomine viridium
Quid nomine fontis

et ipso lapsu quo misera facta est et reparatione qua rursus in beatitatem redit tempore non
posse contineri. Et ideo non dictum est cum factus esset dies quo die fecit deus
celum et terram tantum quibus visibilibus creaturam nominatim intimaret. Sed additum est et omne
viride et pabulum agri ut sic intelligamus non solum visibilem sed etiam invisibilem
creaturam propter vigorem. Et viridi significari diximus creaturam animam. Et ita dictum est
cum factus esset dies quo die fecit deus celum et terram et omne viride et pabulum
agri ut sic intelligamus non solum visibilem sed etiam invisibilem creaturam propter
incommutabilitatem, tamen solus deus est incommutabilis qui est ante tempora.

Hinc videamus post universe creature insinuationem tam visibilis quam invisibilis. Et principale bene-
ficium divini fontis erga invisibilem creaturam quid de homine specialiter intimetur quod ad nos ma-
xime pertinet. Primo enim quod de limo terre deus hominem finxit solent habere questionem qualis ille
limus fuerit vel que materia nomine limi significata sit. Illi autem inimici veterum librorum
omnia carnaliter intuentes et propterea semper errantes etiam hic reprehendere mordaciter solent quod de
limo deus hominem finxit. Dicunt enim quare de limo fecit deus hominem. An defuerat ei melior
et celestis materia unde hominem faceret ut de labe terrena tam fragilem mortalemque formaret.
Non intelligentes primo quam multis significationibus vel terra vel aqua in scripturis ponatur. Limus
enim aque et terre commixtio est. Dicimus enim tabidum et fragile et morti destinatum corpus
humanum post peccatum esse cepisse. Non enim in nostro corpore isti exhorrescunt nisi mortalitatem quam
damnatione meruimus. Quid autem mirum aut difficile deo et si de limo istius terre hominem
fecit tale tamen eius corpus quod corruptioni non subiaceret si homo preceptum dei custodiens pecca-
re noluisset. Si enim speciem celi ipsius de nichilo vel de informi materia dicimus factam quia
omnipotentem artificem credimus, quid mirum si corpus quod de limo qualecumque factum est potuit ab
omnipotenti artifice tale fieri ut nulla molestia nulla indigentia cruciaret hominem ante peccatum
et nulla corruptione tabesceret. Ita quod superflue querunt unde hominis corpus deus fecerit.
Si tamen nunc de corporis formatione dicitur. Sic enim nonnulli nostri intelligunt accipi-
entes quod dictum est finxit deus hominem de limo terre propterea non additum ad imaginem
et similitudinem suam quod nunc de corporis formatione dicitur. Tunc autem interiorem hominem significa-
tum quando dictum est fecit deus hominem ad imaginem et similitudinem dei. Sed etsi nunc hominem ex
corpore ~~et anima~~ et anima factum intelligamus ut non alicuius novi operis inchoatio sed superius
breviter insinuati diligentior retractatio isto sermone explicetur. Si ergo ut dixi hominem hoc
loco ex corpore et anima factum intelligamus non absurde ipsa commixtio limi nomen accepit.
Sicut enim aqua terram colligit et conglutinat et continet quando eius commixtione limus efficitur,
sic anima corporis materiam vivificando in unitatem concordem conformat et non permittit labi et re-
solvi. Quod autem scriptum est et insufflavit in eum spiritum vite et factus est homo in animam viventem
si adhuc solum corpus erat animam ad corpus hoc loco intelligere debemus. Sive que iam
facta erat sed tamquam in ore dei erat id est in eius veritate vel sapientia unde tamen non recessit quasi
locis separata quando insufflata est. Non enim deus loco continetur sed ubique presens est. Sive
tunc anima facta est quando in illud figmentum deus insufflavit spiritum vite ut illa insufflatio
operationem dei significet qua fecit animam in homine spiritu potentie sue. Si autem homo
ille qui factus erat iam corpus et anima erat ipsi anime sensus est additus ista insufflatione
cum factus est homo in animam viventem. Nondum tunc spiritualis homo intelligendus qui
factus est in animam viventem sed adhuc animalis. Tunc enim spiritualis effectus est cum in para-
diso hoc est in beata vita constitutus preceptum etiam perfectionis accepit ut verbo dei consummaretur.
Itaque postquam peccavit recedens a precepto dei et dimissus est de paradiso in hoc remansit ut
animalis esset. Et ideo animalem hominem prius agimus omnes qui de illo post peccatum nati sumus
donec assequamur spiritualem Adam id est dominum nostrum Iesum Christum qui peccatum non fecit. Et ab illo
recreati et vivificati restituamur in paradisum ubi latro ille ipso die meruit esse
quo istam vitam finivit. Sic enim et apostolus dicit: Sed non prius quod spirituale est sed quod animale, po-
stea spirituale. Primus adhuc in animam viventem. Novissimus adhuc in spiritum vivificantem. Si er-
go debemus intelligere hunc locum ut non quia dictum est et insufflavit in eum spiritum vite et
factus est homo in animam viventem credamus illud velut partem nature dei in animam hominis
fuisse conversam. Et cogamur dicere naturam dei esse mutabilem. In quo errore maxime

De limo terre hominem finxit deus

Celum fecit deus de informi materia

Insufflavit deus spiritum vite

spiritus manicheos vitas premit. Sic et cum inflatur anima hereticorum superbia. Dicunt enim dei quod natura dei sit anima. Et hinc urgentur a nobis cum eis dicimus: Ergo natura dei errat et misera est, et vitiorum labe corrumpitur et peccat. Sunt etiam ut vobis dicitis ut etiam sine [illegible] sordibus inquinatur. Et cetera talia que de natura dei nefas est credere. Nam spiritum esse animam ab auctore deo. Et ideo non illud esse partem dei vel naturam dei manifeste alio loco scriptura eadem testatur. Et qui finxit spiritum omnibus ipse scit omnia. Et alio loco qui finxit spiritum hominis in ipso. Ergo factum esse spiritum hominis manifeste hiis testimoniis apparet. Spiritus autem hominis in scripturis dei quando anime potentia rationalis que distat a pecoribus et eis ratione dominatur. Dicente dei apostolus: Nemo scit que sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est. Ne forte si probantur hiis testimoniis animam factam esse, non desistent qui dicunt spiritum hominis non esse factum. Et ipsum arbitrantur esse naturam dei. Et in ipsis dicunt partem dei esse conversari cum illa insufflatione factum est. Quod sana doctrina similiter respuit. Tunc enim et ipse spiritus hominis cum aliquid errat et aliquid prudenter sapit mutabilem se esse clamat. Quod nullo modo de natura dei probabiliter est credere. Videre autem potest te signum magnum superbie quod ut dicat se animam hominis esse quod deus est, tum adhuc sub tanto vitiorum et miseriarum mole gemat.

Nunc videamus ipsam beatitudinem hominis que paradisi nomine significatur. Nam qui in uno corpore deliciosa omnia hodie esse solet. Et corporeis sensibus [illegible] de oriente lumine oritur quod ad [illegible] coniungit quod superius corporis est in [illegible] excellentia. Propterea hiis verbis etiam spiritualis delicie quibus sit beata vita figurate explicantur. Et ad orientem paradisi plantatus intelligamus ut intra gaudia spiritualia significatione omne lignum formosum ad aspectum intelligere et bonum ad escam que non corrumpitur que beate anime pascuntur. Nam et dominus dicit: Operamini escam que non corrumpitur, ut est omnis cibus qui cibus est anime. Ad orientem lucis sapientie in eden, id est in deliciis immortalibus et intelligibilibus. Ita delicie et voluptas vel epulum hoc verbo significari dicitur. Sic ex hebreo in latinum interpretatur. Positum est autem sic sine interpretatione ut aliquem locum significare videatur. Magis ipsa figurata faciat locutionem. Produxit autem extra omne illud lignum accipimus omne illud gaudium spirituale, id est superemineret terre et non impolluit anima obrutum terrenarum cupiditatum implicationibus. Lignum autem vite plantatum in medio paradisi, sapientiam illam significat qua oportet ut intelligat anima in medio quodam rerum se esse ordinatam. Ut quamvis subiectam sibi habeat omnem naturam corporalem, supra se tamen esse intelligat naturam dei. Et neque in dexteram declinet sibi arrogando quod non est, neque ad sinistram per negligentiam contemnendo quod est. Et hoc est lignum vite plantatum in medio paradisi. Lignum autem scientie boni et mali ipsa item medietas anime et ordinata integritas significatur. Nam et ipsum lignum in medio paradisi plantatum est. Et ideo lignum dinoscentie boni et mali dicitur, quia si anima que debet in ea que ante sunt se extendere, id est in deum, et ea que posteriora sunt oblivisci, id est corporales voluptates, ad se ipsam deserto deo conversa fuerit et intumescit superbia, quod est initium omnis peccati. Et cum hoc eius peccatum pena fuerit consecuta, experiendo discit quid intersit inter bonum quod deseruit et malum quod cecidit. Et hoc ei erit gustasse de fructu arboris dinoscentie boni et mali. Precipitur ergo illi ut de omni ligno quod est in paradiso edat. De ligno autem in quo est dinoscentia boni et mali non edat, id est non sic eo fruatur ut ipsam ordinatam integritatem nature sue quasi manducando violet atque corrumpat. Flumen autem quod procedebat ex eden, id est ex deliciis et voluptate et epulo, quod flumen significatur a propheta in psalmo cum dicit: Torrente voluptatis tue potabis eos. Hoc est enim eden quod latine voluptas. Dividitur in quatuor partes et quatuor virtutes significat: prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iusticiam. Dicitur autem phison ipse est ganges. Geon autem nilus, quod etiam in Jeremia propheta animadverti potest. Nunc aliis nominibus appellantur. Sic nunc tiberis dicitur fluvius qui prius albula dicebatur. Tygris vero et eufrates etiam nunc eadem nomina tenent. Omnibus tamen nominibus virtutes ut dixi spirituales significat, quod etiam ipsorum nominum interpretatio docet, si quis hebream linguam vel syram consideret. Sicut Jherusalem quamvis sit visibilis et terrenus locus, significat tamen civitatem pacis spiritualem. Et Syon quamvis sit mons

Superbia mater hereticorum pessima

Anima non est natura dei

Spiritus dei ubi

Spiritus hominis quid sit

Magnum et maximum signum superbie

Beatitudo [illegible] deliciis

Anima est superior omni natura corporali

Lignum vite

Quid lignum scientie

Quare prohibet lignum scientie

Quid flumina paradisi

phison
Geon
tigris
Eufrates

in terra speculationum significat. Et hec nomina in scripturis allegoriis ad spiritualia intelligenda sepe transferuntur. Et ille qui descendebat ab Jherusalem in Jericho sicut dominus dicit, Et in via vulnera-
intellectus. Et iterum: Et equi admissarii facti sunt. [illegible] vos o [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] intelligere apostolum [illegible] qui ait: Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud
[illegible] omnia in gloria dei facite. [illegible] et per manducare et bibere dicit. Sive aliud quid faciatis
[illegible] [illegible] negotia [illegible] [illegible] [illegible] ostendens ipsa ad dei gloriam [illegible] po-
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sunt ut [illegible]. Ut [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] ad allegoriam pertinet loth [illegible] ad [illegible]
[illegible] et filias eius ad duo testamenta. [illegible] hic qui [illegible] de [illegible] et [illegible]
scriptura dicit [illegible] ex que loth descendit [illegible] [illegible] [illegible] accipiat. [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] et [illegible] [illegible] non [illegible]
[illegible] Nos autem [illegible] [illegible] [illegible] loth figuram [illegible] legis [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] feminino que [illegible] nos [illegible] lex [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] populum [illegible] de egypto [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] et [illegible] pharaonis.

respexit [illegible]

loth et due filie sive puelle

Allegoria

servet

tamquam de Sodomitis ignibus liberatus rursum carnes et ollas egypti et cepas [illegible]
desiderans, retro respexit et cecidit in deserto [illegible] et ipse tempore [illegible]
[illegible]. Ubi ergo lex [illegible] tamquam loth retro respiciens perdidit ac reliquit
uxorem. Unde veniens loth habitabat in Segor de qua dicit civitas haec pusilla et
salvabitur anima mea in ipsa et non est pusilla. Quae ergo est [illegible] ad legem pertinet [illegible]
pusilla, et non pusilla videtur. [illegible] a generatione [illegible] dicta est [illegible]
[illegible] et [illegible] pusillam habet et parva [illegible]
[illegible] secundum litteram intelligunt legem [illegible] et grande est sabbata et neomenias et [illegible]
et alias distinctiones carnaliter observare. Si vero spiritaliter intelligere ceperit [illegible]
[illegible] secundum litteram pusille erant et parve secundum spiritum vero erunt pusille [illegible] et due filie
[illegible] ascendit ergo post hec loth in montem et ibi habitabat in spelunca ut [illegible] ipse et due filie
cum et lex ascendisse [illegible] salvatoris [illegible]
[illegible] domus [illegible] ordinis [illegible] habitores [illegible] speluncam latronum [illegible]
ergo in spelunca loth et due filie eius [illegible] has filias [illegible] Oolla et Oliba
duas sorores esse [illegible] Oolla [illegible] et Oliba esse [illegible] ergo [illegible]
[illegible] filias [illegible] concipere [illegible] et [illegible]
[illegible] a posteritate [illegible] et [illegible]
[illegible] spiritualem [illegible] et [illegible] intelligentiam [illegible]
hos tales [illegible] pater [illegible] voluntas [illegible]
legis ut [illegible] lex [illegible] non intret in ecclesiam
dei [illegible] et moabite non intrabunt in ecclesiam dei usque in [illegible] et [illegible]
generationem [illegible] non intret in ecclesiam
[illegible] evangelistis [illegible]
[illegible] plenitudo gentium [illegible] et sic omnis israel salvus fiet [illegible]
[illegible] allegoricam intelligentiam de loth et uxore eius ac filiabus eius [illegible]
[illegible] moralem [illegible]
[illegible] loth [illegible] non negligit [illegible]
quae retro respexit [illegible] et voluptatibus dedita [illegible]
o auditor [illegible] observare [illegible] Segor [illegible]
[illegible] pusillam [illegible] et non pusillam [illegible] ad [illegible] montem [illegible]
et [illegible] ad [illegible] altitudinem [illegible] ad [illegible]
[illegible] tibi [illegible] due filie [illegible] a te non discedunt [illegible]
[illegible] maior [illegible] et minor soror eius [illegible] vide ne te iste due filie [illegible]
et dormientem [illegible] intelligere vides [illegible] complexibus suis [illegible]
[illegible] filie [illegible] de nobis et [illegible]
[illegible] integritate [illegible] obstare ne [illegible]
[illegible] fuerint non intrabunt in ecclesiam dei [illegible]
[illegible] filias [illegible] spiritu [illegible]
[illegible] genera [illegible] et [illegible]
[illegible] sapientiam [illegible] sororem [illegible] esse [illegible] ut et [illegible]
[illegible] voluntate [illegible] in [illegible]
[illegible] Christus [illegible] dominus noster cui gloria et imperium in secula seculorum. Amen. Explicit omelia
quinta origenis de loth et filiabus eius. Incipit omelia vi de Abimelech
rege philistinorum quando accepit [illegible] voluit Sara in matrimonio abraham

Recitatum est nobis hystoria libri Genesis ubi refertur quod post [illegible] [illegible]
post excidium Sodomorum et loth ut hospitalitatis [illegible] consanguinitatis
abrahe gratia [illegible] [illegible] abraham ad [illegible] et [illegible]
rege philistinorum [illegible] Sara uxore sua [illegible]
[illegible] abrahe [illegible] rex [illegible] ad Abimelech [illegible]
et dixit [illegible] habet et non [illegible]
cum [illegible] post hec vero Abimelech reddidit [illegible] Abraham
[illegible]

tur ei nō ꝯfessus fuit veritatē. Restituit ergo qȝ tamquam propheta abraham orauit pro abyme-
lech et sanauit vxorem eius et ancillas eius, et tunc fuit cōmpositum dō. vt ergo ancillas
Abymelech sanaret, quia quod concluserat vuluas earum, ne parerent. Recepimus autem pare
per oracionem abrahe. Sed quod hec secundum literam solum audire volt et intelligere magis eo in-
digent quam cum ȝanis debent habere ad intelligendum. Sed aut volt ȝang etc. et paulus discipulis an-
diat cum diceret, quia lex spiritualis est. Et cum de abraham et de eius vxore ac filiis loquitur
pronunciat esse hec allegorica. Et licet singula allegorias habere debeant, sicut facile quis inve-
nire possit, oracione tamen debet vt a corde eius auferat velamen. Hoc quod est quando conuersus fuerit
ad deum, dominus autem spiritus est. Et ipse auferat velamen littere et aperiat lucem spiritus. Et possimus dicere
reuelata facie gloriam domini speculantes ad eandem ymaginem transformamur a gloria in gloriam
tamquam a domini spiritu. Proinde ergo Sara que interpretatur princeps mea vel principatum agens formam tenere
dicitur areth quod est animi virtutis. Hec ergo virtus quieta est et cohereat sapienti et fidelis viro
sicut et ille sapiens qui dicebat de sapiencia, hanc quesiui adducere sponsam mihi. Ideo ergo dicitur
a deo ad abraham: Omnia quecumque dixerit tibi Sara audi vocem eius. Que vox utique incorporali
minime non conuenit dicere, quippe cum domini prelata sit illa sancta que dicitur ad mulierem de
viro: ad virum conuersio tua. Et ipse tui dominabitur. Hec ergo quod dicitur esse viri mulieris
quod ergo dicitur ad virum, omnia quecumque dixerit tibi Sara audi vocem eius. Hoc quis ergo
dixisset nisi in quo virtutis audiat vocem eius in omnibus in quibus ipsa docuerit. Sed
abraham nō volt tamen virtutem vxorem suam dici, donec etiam vxor appellatur virtus sponsa ȝ, et
in nullo participium est. Et cum ea, vt donet ad perfectum veniamus, interea nos sit
dicimus virtus. Ipse sponsa sit. Cum vero ad perfectum veniamus, sicut ex ydonei simus et alios
docere tunc iam virtutem nō vt vxorem intra gremium coniugii collocamus, sed vt sororem tamquam aliis
copulemus. Ad hos denique qui perfecti sunt dicit sermo diuinus: Dic sapienciam sororem
esse. Permittit ergo et nos perfectum vt qui volunt habeant virtutem. Voluntate enim aliquando
et pharao accipere Sara. Sed nō in corde mundo voluit. Et virtus nisi cum corde mun-
do nō potest conuenire. Propterea ergo scriptura refert quia afflixit deus pharaonem afflicti-
onibus magnis et pessimis. Nec et potest cum exterminatore quod interpretatur in lingua
nostra pharao virtus habitare. Abymelech quod dixit ad deum: videamus corde suo sic scio domine
quia in corde mundo feci hoc. Longe aliter agit Abymelech iste quam pharao. Nō
est enim impius et sordidus sicut dicitur. Quia cor mundum seruari debet virtuti. Et quia puro cor-
de voluit suscipere virtutem, ideo deus cum sanat orante pro ipso abraham. Et nō solum ipsum
sed ancillas eius sanat. Quod aut est quod adicitur scriptura. Et deus dicit nō permisit ei
contingere eam. Sed dominus formam tenet seruaret in corde mundo abymelech voluit accipere
virtutem. Secundum est quod dicitur quia deus nō permisit eum contingere illud. Abymelech interpretatur pater
meus rex. Videtur ergo mihi quod hic Abymelech formam teneat studiosorum et sapiencium
secuti qui philosophie operam dantes licet nō integram et perfectam regulam pietatis attingunt
tamen senserunt deum patrem et regem esse omnium qui genuit et regit vniuersa. Isti ergo quantum
ad ethicam id est moralem philosophiam spectat etc. puram cordis operam dedisse aliquatenus apparent
et cum animo et quod studio diuine virtutis inspiracionem assisse. Sed hanc non permisit deus contin-
gere [illegible] nō per abraham, qui corpus erat magnis seruitutis datum. Sic pro perfectus tradi-
tur pabatur. Ideo quod seruauit abraham pro et in se illud impleri quod a deo
dictum est, quod benedicentur in te omnes gentes terre. Quod in ysaac patuit et impletum est
in christo. Sicut dixit apostolus: Nō dixit in quo et seminibus tamquam in multis, sed tamquam in
vno et semini tuo, qui est christus. Sanat tamen deus abymelech et vxorem eius et ancillas
eius. Sed nō in vna oraciones quod nō solum vxorem eius et ancillas abymelech memoro
sanatas. Ideo magis quod dicitur quia pariebant et pariebant. Conclusit enim
eas ne pareret. Quomodo possumus in tam differentibus locis sciunt, primum vxorem abyme-
lech vxalem possumus philosophiam dicere ancillas vero eius diuersa et varia pro qualitate sectarum
quendam dyalectice artes. Inter abraham inquit orat corpus [illegible] domine diuine virtutis
sed nō deo ȝ quod a patre [illegible] ad gentes gentium dicitur. Via et apostolus sicut sub alia
specie et alia figura dicit. Tandem volumus allegatam esse legemque diuinam vir eius viuit. Sic ad
[illegible] fuit anima vocatur esse a. Et vir eius sit adultera sed fuerit cum alio viro. Scriptura ergo [illegible]
phylegem lex, vt iam deinde libera iam anima sponsa nubat. Et nouam testamenti [illegible]

Nota de genere

Abymelech

benedicit in philosophia

[illegible] oue de

meretrix de philosophia

porat. Hoc autem in quo nunc sumus tempus est viduitatis et mortis legis, quae possunt libere nu-
bere solute a lege viri novo viro nubere Christo. Cum ergo sic dixerit vobis quia lex mortua sit,
considera et vide ubi nunc altare legis, templum legis, sacerdotes legis, solemnitates, pasche.
Nonne mortua est in his omnibus lex? Aut si possunt, custodiant et defendant litteram
legis. Secundum hanc ergo allegorie ordinem, Sara que est virtus in animo, ex quo ... Abra-
ham ... corde non valido ... advenerat ... apud Abra-
ham ... in ... Abymelech ...
... virginitatis ... donec ... in ... et ... que ...
... integra ... virtus ... eadem ... fuerat ... sterilis
... corporalis ... parere ... talis filios ... est ... sterilis
Abymelech et ancille eius, quibus ... Deus ... aperuit ... Deus ... Sara ...
pariat ... filie ... concipiunt ... clamat et ... a ... filios
et ... fecunda. Ita ut pariat ... semel ... et ... filios ...
in ... concipiunt et pariunt ... salutis ... Nam ... in ...
quos ... donec et tales filios ... de quibus Zaphoris de Meteron
... Deus ...
... fide et castitate ... interpretatione
... paternis ... sic ... honesta ... decora ... plena ...
... sic ... spiritus sanctus ... et ... fabulis ... plena ... legere
... sic ... utilitatem ... Alioquin que nos edificatio est legere
... Abymalech ... nostris
... Abraham ... mentitum esse ... uxorem ... pudicitiam ... prodidisse? Quid nos edificat tanti patriarche uxorem si putet ...
... et pudicitiam ... contaminatam ... matrimonii ... putent ...
contaminatam ... proposita ... spiritualia spiritualibus comparantes ...
... Nos autem spiritualibus spiritualia comparantes ...
... sunt ... in ... Domino ... cui est gloria et imperium in secula seculorum. Amen.
... et actu et intellectu spirituales efficiamur in Christo Iesu Domino nostro ...

Explicit omelia VI. Incipit omelia VII de nativitate Ysaac et quod a lacte ...

Moyses nobis legitur in ecclesia. Deprecemur Dominum ne secundum verbum apostoli etiam apud nos, cum legitur Moyses, velamen sit positum super cor nostrum. Legitur enim quia genuit Abraham filium Ysaac cum esset centum annorum, et dixit Sara: Quis annuntiabit Abrahe quod lactat puerum Sara? Et post hec, inquit, fecit Abraham convivium magnum die qua ablactatus est Ysaac filius eius. ... Quid putamus quia propositum sit Spiritui Sancto ... et ... quod a lacte depulsus sit puer et convivium factum est? Quomodo lusit puer et alia puerilia egit? An per hec putandum est divinum aliquid nos docere velit et dignum quod humanum genus a divinis vocibus discat?

Ysaac risus vel gaudium interpretatur. Quis ergo est qui talem filium generet? Ille nimirum qui dicebat de eis quos per evangelium genuerat: Vos enim estis gaudium meum et corona mea, gloriam Dei. Pro talibus filiis cum fuerint a lacte depulsi fit convivium et letitia magna. De his vero qui non iam lacte indigent, sed ... fortitudinem ... possibilitate ... exercitatos habent sensus ad discretionem boni et mali. Pro talibus ergo cum depulsi fuerint a lacte fit convivium magnum. Illis autem non potest exhiberi convivium neque letitia de quibus dicit apostolus: Lac vobis potum dedi, non escam; nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Et ego non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, quasi parvulis in Christo. Dicat nobis iste qui ... intelligi Scripturas divinas: quid est Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus? Quasi parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Possunt hec simpliciter accipi? Sed intuere videamus unde Abraham convivium fecit magnum in die qua a lacte repellit Ysaac. Et ludit Ysmael cum Ysaac, et indignatur Sara quod filius ancille ludat cum filio libere, et ludum illum persecutionem putet, et dicit Abrahe: Eice ancillam et filium eius; non enim heres erit filius ancille cum filio meo Ysaac. Hec quomodo intelligi debeant non ego commentabor; apostolus ita disseruit. Dicite, inquit, michi qui sub lege legitis, legem non audistis? Scriptum est enim quia Abraham duos filios habuit, unum de ancilla et unum de libera per repromissionem, que sunt allegorica. Quid ergo? Ysaac non est secundum carnem natus? Non enim peperit Sara? Non est circumcisus? Et hoc ipsum quod ludebat cum Ysmaele non in carne ludebat? Hoc enim quod admirabile est in apostoli sensu, quod de quibus non potest dubitari quod non secundum carnem gesta sint, hec ille dicat allegorica esse, ut nos quid ad faciendum sit ...

Abymelech

Ysaac risus

Volunt

Ad Gal. 4

vos

... videmus. Sed in hiis maxime in quibus mentis divina lege dignum [illegible] videtur, indicatur natura spiritualis. Ismahel ergo qui in carne nascitur ancille filius, Isaac vero qui erat libere filius non nascitur secundum carnem sed secundum repromissionem. Et de hiis apostolus quod Agar in servitutem generat. Sic ergo carne secundum eum liberatur viri, sed igitur libertate liberantur, secundum ipse. Ipse et dixit: ergo fratres non sumus ancille filii sed libere, qua libertate Christus nos liberavit. Et unde de hiis addit apostolus exponens. Sed sicut tunc is qui secundum carnem natus erat persequebatur eum qui secundum spiritum, ita et nunc. Unde quero nunc dicit apostolus quomodo in omnibus eius adversetur spiritui. Sicut ... ille carnalis adversatur huic spirituali. Sicut erat tunc non (?) ipsi qui adhuc carnales et spirituales adversantur. Nam et tu si secundum carnem vivis et secundum carnem genitus filius es Agar, et pristinus adversaris hiis qui secundum spiritum vivunt. Sic ... in nobis ipsis requiramus, invenimus quia caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem. Hec sibi invicem adversantur. Et invenimus legem in membris nostris repugnantem legi mentis et captivantem nos, generaliter legi peccati. Videamus quot sunt pugne carnis adversus spiritum.

Est adhuc et alia pugna: hii plane omnibus videntur. Et quidam qui [illegible] in carne [illegible] legem intelligunt, adversantur hiis qui spiritum secundum sentiunt et persequuntur eos. Animalis enim homo non percipit que sunt spiritus dei, stultitia enim est illi et non potest intelligere, quia spiritualiter diiudicatur. Et tu vero si hiis in te fructus spiritus, qui est caritas, gaudium, pax, patientia. Et Isaac esse potes, non secundum carnem natus, sed secundum repromissionem, et es filius libere. Si tu potes et tu secundum Paulum dicere: In carne enim ambulantes non secundum carnem militamus. Arma enim militie nostre non carnalia, sed potentia a deo ad destructionem munitionum, cogitationes destruentes, et omnem altitudinem extollentem adversus scientiam dei. Si potes talis esse, non indigne tibi aptetur etiam illa apostoli sententia qua dicit: Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in vobis. Tu ergo si talis es, non es secundum carnem natus, sed secundum spiritum per repromissionem, et heres es repromissionis secundum quod dictum est: heredes autem dei, coheredes autem Christi. Non es coheres eius qui secundum carnem, sed nec iam non nominaberis filius ancille. Et tamen secundum ea que scripta sunt non video quid monuit Sarram ut filium ancille iuberet expelli. Ludebat enim cum filio suo Isaac. Quid lesit, aut quid ledebat, si ludebat? Quasi non hoc in etate illa etiam gratum esse debuerit quod ludet filius ancille cum filio libere. Tum deinde apostolum miror qui ludum hunc persecutionem pronuntiavit dicens: Sed sicut tunc is qui secundum carnem persequebatur eum qui secundum spiritum, ita et nunc. Cum nulla persecutio Ismahelis adversus Isaac mota reperiatur, nisi hic solus ludus infantie. Sed videamus quid in hoc loco ludo intellexit Paulus, et quid indignata est Sarra. Sunt iam exponentes loco ventris possumus Satanam ... Ismahel qui secundum carnem natus est blandiatur ei qui est Isaac et illecebris ... ac deceptionibus agat, si delectationibus illiceat voluptatibus, molliat sensus ... ludus carnis cum spiritu. Satanam maxime que est virtus offenditur ... blandimenta acerbissima persecutionem indicat Paulus. Et tu ergo audiens ... horum [illegible] solam persecutionem putes qui furore gentilium ad ymmolandum ydolis cogeris. Sed si forte te voluptas carnis illiceat, si tibi libidinis illecebra alludat, hec si virtutis es filius tanquam persecutionem maxima fuge. Ideo et apostolus dicit: Fugite fornicationem. Sed et si iniustitia tibi blandiatur ut personam potentis accipias, et gratia eius flexus non rectum iudicium feceris, intelligere debes quia sub specie ludi blandam persecutionem ab iniustitia pateris. Sed et per singulas malitie species, etiam si molles et delicate sint et ludo similes, persecutionem spiritus, quia hiis omnibus virtus offenditur. Duo sunt ergo filii Abrahe, unus de ancilla et unus de libera; utrique tamen filii Abrahe; sed non uterque de libera. Propterea et is qui de ancilla nascitur, heres quidem non fit cum filio libere. Accipit et ipse benedictionem, sed filius libere accipit repromissionem. Fit et ille in gentem magnam, sed iste in populum adoptionis. Spiritualiter ergo omnes qui per fidem veniunt ad agnitionem dei possunt filii Abrahe dici. Sed in hiis sunt aliqui qui pro caritate adherent deo, alii pro metu et timore futuri iudicii. Unde et apostolus Johannes dicit: Qui timet non est perfectus in caritate. Perfecta autem dilectio foras mittit timorem. Iste ergo qui in caritate perfectus est, et de Abraham nascitur, et filius libere est. Qui vero non perfecta caritate, sed futuri metu et supplicationum timore mandata custodit, est quidem et ipse filius Abrahe, accipit et ipse dona, id est operis sui mercedem. Germina etiam.

Caro concupiscit adversus spiritum

Abraham duo filii

qui calicem aque frigide dederit uni in nomine discipuli non perdet mercedem
eius. Et non inferior illo est qui non similiter timore sed in caritate et libertate perfecta
est. Talis erat aquam apostolus ostendit cum dicit Quamdiu quidem heres parvulus est nichil
differt a servo cum sit dominus omnium sed sub tutoribus est et actoribus usque ad prefinitum
tempus a patre. Sed et unusquisque ergo est qui lacte alitur et expers sermonis iustitie est. Ille
dicens cum autem factus sum vir que parvuli erant deposui. Iste ergo nichil differt a servo.
Nondum relinquens initiorum Christi sermonem ad perfectionem tendit. Et que sursum sunt querit ubi
Christus est in dextera dei sedens. Non que super terram sunt contemplatur sed que non
videntur neque in divinis scripturis sequatur occidentem literam sed vivificantem spiritum.
Cum illis est sine dubio qui non acceperunt spiritum servitutis iterum in timore sed spiritum
adoptionis in quo clamant abba pater. Sed illa nunc inter ea Agar ab Abraham cum
filio eiecta est secta. Videamus sicut ancilla et filius eius. Sed tamen dat ei
utrem aque. Non enim habebat mater eius puteum aque vive. Nec poterat puer
haurire aquam de puteo. Ysaac habet puteos pro quibus et certamina
patitur adversus philisteos. Ismahel autem de utre bibit aquam. Sed hic uter
deficit et ideo sitit et non invenit puteum. Tu autem qui secundum Ysaac repromissionis
es filius bibe aquam de tuis fontibus et de puteis tuis aque non defluant
foras sed in tuis plateis percurrant tue aque. Ille vero qui secundum carnem natus
est de utre aquam bibit et aqua ipsa deficit ei et in multis deficit. Uter legis
est litera de qua ille carnalis populus bibit et inde intellectum capit. Que litera eum frequenter
deficit, explicare se non potest. In multis enim defectum patitur. Historialis intellectus scilicet.
Tu autem de evangelicis et apostolicis fontibus bibis qui nunquam deficiunt sed in plateis
suis percurrunt quia in latitudine spiritalis interpretationis abundant et semper. Bibit et de
puteis cum et profundiora queque haurit et scrutatur ex lege. Propter hoc arbitror mis-
tico etiam dominus et salvator noster dicebat ad samaritanam ubi velut cum ipsa Agar
loquitur agebat. Omnis qui biberit ex hac aqua iterum sitiet. Qui autem biberit
de aqua quam ego do ei non sitiet in eternum. Et illa dicit ad salvatorem domine mi,
domine da michi hanc aquam ut non sitiam neque veniam huc haurire. Post hec dominus ad eam
credit inquit in me fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Errabat Agar
propter defectum omnium et puer plorabat et precatur cum Agar dicens Ne videam mortem
filii mei. Post hec cum iam quasi moriturus fuisset abiectus et flevisset, adest ei
angelus domini et aperuit oculos Agar et vidit puteum aque vive. Hec autem ad
historiam tamen quemadmodum non pertinent. Ubi enim invenimus quod Agar clausos habu-
erit oculos et aperti sint postmodum? Nonne luce clarior est in his intellectus
spiritalis et mistica quod abiectus est his qui secundum carnem est populus et tamdiu
iacet in fame et siti non fame panis neque sitim aque sed sitim verbi
dei donec aperiantur oculi synagoge. Hoc est quod apostolus dicit esse misterium quod cecitas
contingit ex parte Israel donec plenitudo introierit gentium et tunc omnis Israel salvus
fiet. Ista est ergo cecitas in Agar que secundum carnem genuit que tamdiu in ea per-
manet donec velamen litere auferatur per angelum dei et videat aquam vivam. Nunc enim
iacent Iudei circa ipsum puteum. Sed oculi eorum clausi sunt et non possunt bibere de
puteis legis et prophetarum. Sed et nos caveamus quia frequenter et nos circa puteum
iacemus aque vive id est circa scripturas divinas et erramus in ipsis. Tenemus libros et
legimus sed spiritualem sensum non attingimus. Et ideo opus est lacrimis et orationibus in-
cessanter ut dominus aperiat oculos nostros. Quia et illi ceci qui sedebant in Iericho
nisi clamassent ad dominum non fuissent aperti oculi eorum. Et quid dico ut aperiantur
oculi nostri qui iam aperti sunt? Ihesus enim venit aperire oculos cecorum. Aperti sunt ergo
oculi nostri et de litera legis velamen ablatum est. Sed vereor ne nos ipsi eos
iterum profundiore claudamus somno dum non vigilamus in intellectu spiritali neque sollicitamur
ut somnum discutiamus ab oculis nostris et contemplemur que spiritalia sunt ut non cum
populo carnali circa ipsas aquas positi erremus. Sed potius vigilemus et cum propheta
dicamus Si dedero somnum oculis meis et palpebris meis dormitationem et
requiem temporibus meis donec inveniam locum domino tabernaculum deo Iacob. Ipsi gloria in secula seculorum amen.

Explicit omelia xiii. Incipit omelia viii de eo quod obtulit Abraham filium Ysaac.

Adstate huc omnes qui accessistis ad deum qui fideles esse vos creditis et considerate diligentius quemadmodum fides fidelium probata ex his que recitata sunt nobis. Et factum est inquit post hec verba temptavit deus Abraham et dixit

[Margin notes: Uter hystorialis intellectus; Jo iiii; Ad Ro xi]

Ad eum Abraham Abraham. Ad quem ille dixit: Adsum. Ecce ego sum. Observa singula que scripta sunt. In singulis enim si quis sit in altum sedere inveniet thesaurum et fortasse etiam ubi non estimatur, latent misteriorum preciosorum monilia. Abraham vocabatur vir iste prius. Misterium legitur quod hic nominatur. Voluit enim dominus sicut dixit ad eum Abraham. Non enim vocaberis ultra nomine Abram, sed vocaberis nomine quod ipse dominus donavit. Et non solum vocat hoc nomine sed et geminat. Et cum respondisset ecce ego, dixit ad eum: Accipe filium tuum carissimum quem diligis Ysaac et offeres in eum in terram excelsam et ibi offeres eum holocaustum. Vade inquit in unum ex montibus que ostendero tibi. Nomen quid sit ei donavit deus. Et vocavit Abraham ipse interpretatur est. Quia pater multarum gentium posui te. Hanc repromissionem dederat deus cum haberet filium Ismahel. Sed pollicitum est ei quia in filio qui nascetur ex Sarra complebitur ista promissio. Accendat ergo animum eius in amore filii non solum posteritatis gratia sed et promissionum spe. Sed hunc in quo ei posite sunt promissiones magne iste et nunc [illegible] hunc inquam filium in quo vocatum est nomen eius Abraham holocaustum domino iubetur offerre in uno ex montibus. Quid tibi ad hec Abraham? Que et quales cogitationes moventur in corde tuo? Prolata est vox a deo que distraheret et probaret fidem tuam. Quid inquit ad hec dicis? Quid cogitas? Quid tecum tractas? Putas si in Ysaac data est michi repromissio quomodo hunc afferam holocaustum? Sin vero non spectet ulla repromissio? Sed magis ego, quia impossibile est ut mentiatur deus. Nec fac possum. Vox dei quod ad tantum eum possibilitate cogitationes movit, quid animum attulit, cum unicum et primum filium unicus ... filium quem Paulus apostolus qui spiritum credo dedit quid animi, quid consilii Abraham gestaret indicavit dicens: Fide Abraham non hesitavit, cum unicum offerret in quo acceperat repromissionem, cogitans quia et a mortuis suscitare potens est deus. Apostolus dedit ergo nobis cogitationes viri fidelis. Apparuit fides resurrectionis qui cepit in Ysaac. Abraham vero resurrecturum sperabat Ysaac et credebat futurum quod adhuc non erat factum. Et non ergo sunt filii Abrahe qui factum non credunt in ... futurum credit in Ysaac. Immo ut apertius proloquar sciebat se Ysaac veritatis ymaginem reformare. Sciebat de semine suo nasciturum dominum Ihesum qui offerendus erat totius mundi victima et resurrecturus a mortuis. Sed nunc interim tentat. Inquit deus Abraham et dixit ad eum: Accipe filium tuum carissimum quem diligis. Sed vide tentationis pondera tantis et dulcibus appellationibus sepe repetitis suscitat et affectus ut amoris evigilante memoria ad ymolandum filium paterna dextera retardaretur et adversus fidem animi tota carnis militia repugnaret. Accipe inquit filium tuum carissimum quem diligis Ysaac. Esto, Domine, quod commemoras de filio, patri addidisses carissimum, que superius intulisti. Sufficit hoc ad supplicium patris. Addis rursus et quem diligis. Sint et in hoc necessitate aggravata supplicia. Et nunc opus est addere ut commemores et Ysaac. Nunquid nesciebat Abraham quod filius ille carissimus suus, ille quem diligebat Ysaac vocabatur? Sed cur hic additur tentationis tempore? Ut recordaretur Abraham quia dixeras ad eum quod in Ysaac vocabitur semen tuum et quod in Ysaac erunt tibi repromissiones. Fit et commemoratio nominis ut promissionum que sub hoc nomine facte sunt desperatio subeat. Sed hec omnia tentabat deus Abraham. Sed quid post hec? Vade inquit in terram excelsam in unum ex montibus quem tibi ostendero et ibi offeres holocaustum. Intueri per singula quomodo sint tentationis augmenta. Vade in terram excelsam. Nunquid non poterat domino primus Abraham cum puero ad istam terram excelsam et ipsum in montem quemcumque deferat et ibi ad eum dicat ut offerret filium suum? Sed prius dicitur ei quod offerre debeat filium suum et tunc iubetur ire in terram excelsam et ascendere in montem. Et non hec expectat ut dum ambulat per desertas solitudines vias, ut [illegible] secreta vestigium gerant ... ita ne dum rendis conquirendis propter id agit per totam viam discerpatur cogitationibus ut sinc... urgente precepto, hinc vero unica affectione obluctante. Ut sine caritate via iniungitur et montis ascensio. Ut in hiis omnibus spatium certaminis daretur affectui et fidei, amori dei et amori carnis presentium gratia et expectatio

Singula
Abraham
dubitatio Abrahe
ut
^ spatium certaminis

[illegible] ad — A clarij

Terra excelsa

[illegible] Mittit ergo in terram excelsam, et non sufficit patriarche tanti operis domino patrando terra excelsa, sed et montem iubetur ascendere, scilicet ut fide elevatus terrena derelinquat, superna conscendat. Surrexit ergo Abraham mane et stravit asinam suam et concidit ligna ad holocaustum et accepit filium suum Isaac et duos pueros et pervenit ad locum quem dixit ei Deus die tertia. Surrexit Abraham mane. Quod addidit mane, unde fortasse voluit ostendere quod initium lucis in corde eius. Stravit asinam suam, ligna preparat et sumpsit filium; non deliberat, nec retractat, nec communicat cum ullo hominum consilio, sed statim carpit iter. Et pervenit, inquit, ad locum quem dixit ei Dominus die tertia. Omitto nunc quid sacramenti contineat dies tertia; sapientiam et consilium temptantis intueor. Sic ubi in proximo non erat mons aliquis, sed toto triduo iter agitur in montibus, et per triduum recursantibus curis paterna viscera cruciantur, ut omni hoc spatio tam prolixo intueretur filium, cibum cum eo sumeret, tot noctibus puer penderet in amplexibus patris, inhereret pectori, in gremio cubitaret. Vide in quantum temptatio cumulatur. Tertia tamen dies semper apta sit sacramentis. Nam et populus cum exisset de Egipto tertia die offert sacrificium et purificatur. In die tertia est resurrectio Domini, et multa alia intra hunc diem misteria continentur. Respiciens, inquit, Abraham vidit locum de longe, et dixit ad pueros suos: Sedete hic cum asina; ego et puer ibimus usque illuc, et cum adoraverimus revertemur ad vos. Pueros dimittit; non enim poterant ascendere pueri cum Abraham ad holocausti locum quem ostendit Deus. Vos ergo, inquit, sedete hic; ego autem et infans ad perducimus ibimus, et cum adoraverimus revertemur ad vos. Dic mihi, Abraham, verumne dicis quod adores et redeas cum infante, an fallis? Si verum dicis, ergo non facies eum holocaustum; si fallis, tantum patriarcham non decet fallere. Quid ergo animi intendit hic sermo? Verum, inquit, dico, et holocaustum offero puerum. Propterea enim et ligna mecum reporto, et cum ipso redeo ad vos. Credo enim, et fides mea est, quod et a mortuis eum suscitare potens est Deus. Post hec accepit, inquit, Abraham ligna ad holocaustum et imposuit ea Isaac filio suo, et accepit ignem in manibus suis et gladium, et abierunt simul. Quod ipse sibi ligna ad holocaustum portat Isaac, illa figura est quod et ipse Christus sibi baiulavit crucem, et tamen portare ligna ad holocaustum sacerdotis officium est. Efficitur ergo ipse et hostia et sacerdos. Sed et quod additur: et abierunt ambo simul, ad officium refertur. Cum enim Abraham velut sacrificaturus ignem portaret et cultrum, Isaac non vadit post ipsum, sed cum ipso, ut ostendatur cum ipso pariter fungi sacerdotio. Quid post hec? Dixit, inquit, Isaac ad Abraham patrem suum: Pater. Et hec in hoc tempore a filio prolata temptationis vox est. Quomodo enim putas immolandus filius per hanc vocem viscera paterna concussit? Et quamquam Abraham rigidior ob fidem esset, reddidit tamen ipse affectionis vocem et respondit: Quid est, fili? At ille: Ecce, inquit, ignis et ligna; ubi est ovis ad holocaustum? Ad hec respondit Abraham: Deus providebit sibi ovem ad holocaustum, fili. Satis mihi videtur quod nec vox ista pulsaret ... cum [illegible] animum non feriret. De sacrificio sacerdotem filium consulit pater, et ut expressius dicam, interrogat victima sacerdotem. Movet me Abrahe satis diligens et cauta responsio. Nescio quid videbat in spiritu, quia non de presenti sed de futuro dicit: Deus ipse sibi providebit ovem. Filio de presentibus requirenti, ipse respondet de futuris. Ipse sibi namque Dominus ovem providebit in Christo, quia et sapientia sibi edificavit domum, et ipse se humiliavit usque ad mortem. Et omnia quecumque legis non necessitate sed sponte fecisse reperies. Perrexerunt ergo ambo simul et venerunt ad locum quem dixerat ei Deus. Moyses cum venisset ad locum quem ostendit ei Deus, non permittitur statim ascendere, sed ante ei dicitur: Solve corrigiam calciamenti de pedibus tuis. Abrahe autem nihil horum dicitur et Isaac, sed ascendunt nec calciamenta deponunt. In quo illa fortasse est ratio, quod Moyses quamvis esset magnus, tamen de Egipto veniebat, et erant aliqua mortalitatis vincula pedibus eius innexa. Abraham vero et Isaac nihil horum habent, sed veniunt ad locum. Edificat altare Abraham, imponit ligna super altare, colligat puerum, preparat se ad interficiendum. Multi estis patres in ecclesia Dei qui hec auditis. Putas aliquis vestrum ex ipsa historie narratione tantum animi robur adquirit, ut cum forte amittitur filius morte communi et omnibus debita, etiam si sit

[illegible] | et iam tam ipse dilectus adducat sibi in exemplum Abraham et ma-
gnanimitatem eius ante oculos ponat. Et quidem a te non exigitur ostendere animi
magnitudinem, ut tu ipse alliges filium, tu ipse constringas, tu ipse gladium pares, tu ipse unicum
iugules. Hec omnia a te ministeria non queruntur. Proposito esto animo et mente constans
esto, fide firmus letus deferto filium deo. Esto sacerdos filii tui. Sacerdotem autem
immolantem deo non decet flere. Vis videre quia exigitur hoc a te, quod parentes
non defleant proles defunctos? In ewangelio dominus dicit: Si filii Abrahe essetis,
opera utique Abrahe faceretis. Ecce istud est opus Abrahe. Facite opera que fecit
Abraham, sed non cum tristicia. Hylarem enim datorem diligit deus. Quod si
et vos tam prompti fueritis ad deum, dicetur et vobis: Ascende in terram excelsam
et in montem quem ostendero tibi, et ibi offer michi filium tuum. Non in profundis
terre nec in convalle fletuum, sed in altis et in excelsis montibus offer
filium tuum. Unde quia fides dei fortior est quam carnis affectus, sed in visceribus
Christi. Amabat enim inquit Abraham Ysaac filium suum, sed amore carnis non
prefecit amori dei, et inventus est non in visceribus carnis sed in visceribus
Christi, id est in visceribus verbi dei et veritatis et sapientie. Extendit inquit Abraham
manum suam ut acciperet ~~gladium~~ gladium et iugularet filium
suum. Nec qui feriebat tremuit, nec qui feriebatur expavit. Et ecce angelus
domini de celo et dixit: Abraham, Abraham. Et ille dixit: Ecce ego.
Et dixit: Ne inicias manum tuam super puerum tuum neque facias ei quicquam.
Nunc enim cognovi quia tu times deum. In hoc enim sermone solet obici nobis quod deus cog-
novisse dicat quia Abraham timeat deum, quasi qui ante ignoraverat. Sciebat deus et non
eum latebat, quippe qui cognovit omnia antequam fiant. Sed propter te hec scripta sunt, quia
et tu credidisti quidem deo, sed nisi opera fidei expleveris, nisi in omnibus preceptis etiam diffi-
cilioribus parueris, et ostenderis quia nec patrem nec matrem nec filios preferas deo, non
agnosceris quia timeas deum, nec dicetur de te: Nunc agnovi quia tu times deum. Ve-
rum et tamen considerandum est quia angelus hec refertur ad Abraham locutus, et in
consequentibus videtur hic angelus dominus ostendi. Unde puto quod sicut inter nos homines
habitu repertus est ut homo, ita et inter angelos repertus est habitu ut angelus. Et ipsius
exemplo angeli in celo letantur super uno peccatore penitenciam agente, et de pro-
fectibus hominum gloriantur. Ipsis enim velut procuratio quedam animarum commissa est, quibus
adhuc parvuli sumus velut tutoribus vel actoribus committimur usque ad prefinitum tempus
a patre. Et ipsi ergo nunc de profectu uniuscuiusque nostrum dicunt quia nunc cognovi quia times
tu deum. Verbi causa propositum habeo martirii, non ex hoc dicere ad me angelus po-
terit: Nunc cognovi quia tu times deum. Deo enim soli cognitum est propositum
mentis. Si vero ad agones accessero, protulero bonam confessionem, si que inferuntur constanter
cuncta sustinuero, tunc potest dicere angelus velut confirmans me et corroborans: Nunc co-
gnovi quia times tu deum. Verum hec dicta sunt ad Abraham et pronunciatus est timere
deum. Quare? Quia non pepercit filio suo. Nos vero conferamus hec cum apostoli dictis, ubi
dicit de deo: Qui ~~[illegible]~~ proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit
illum. Vide deum magnifica cum hominibus liberalitate certantem. Abraham mortalem
filium non moriturum obtulit deo; deus immortalem filium pro hominibus tradidit mor-
ti. Quid nos ad hec dicemus? Quid retribuemus domino pro omnibus que retribuit nobis? Deus
pater propter nos proprio filio suo non pepercit. Quis vestrum putas audiet aliquando
angeli vocem dicentis: Nunc cognovi quia tu times deum, quia non pepercisti filio tuo
vel filie tue vel uxori, aut non pepercisti pecunie vel honoribus seculi et ambi-
tionibus mundi, et omnia contempsisti et omnia duxisti stercora ut Christum lucrifa-
ceres, vendidisti omnia et dedisti pauperibus et secutus es verbum dei. Quis vestrum putas
audiet ab angelis huiuscemodi vocem? Interim Abraham audit hanc vocem
et dicitur ad eum: Quia non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Et respiciens inquit
Abraham oculis suis vidit, et ecce aries tenebatur cornibus in virgulto. Sicut diximus,
puto, in superioribus quod Ysaac gerebat Christi formam, sed et aries hic nichilominus formam
Christi gerere videtur. Sed quomodo Christo utrique conveniat, et Ysaac qui non est iugu-
latus, et aries qui iugulatus est, operepretium est noscere. Christus dei verbum caro factum est.
Unum igitur de Christo de superioribus est, alterum humana natura virginali utero suscep-
ptum. Patitur ergo Christus, sed in carne; pertulit mortem, sed caro, cuius aries hic forma
est, sicut et Johannes dicebat: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Verbum vero
in incorrupcione permansit, quod est secundum spiritum Christus, cuius imago Ysaac. Ideo et ip-
se hostia et pontifex secundum spiritum. Nam qui offert hostiam patri secundum carnem, ipse
ipse in altari crucis offertur, quia sicut dictum est de eo: Ecce agnus dei et

fecit

dicetur

ut ad

angeli dominus

Christus in carne pati

lue qui tollit peccatum mundi. Ita de eo dicitur. tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Mel-
chisedech. Tenetur ergo cornibus aries in virgulto sabech. Et accepit inquit arietem et
obtulit eum holocaustum pro Ysaac filio suo. et vocavit Abraham nomen loci illius dominus
vidit. Scientibus hec audire intelligentie spiritualis euidens proditur via. Omnia enim
que gesta sunt ad visionem perueniunt. Dicitur namque. quia dominus vidit. Visio autem
que domino videtur in spiritu est. ut et tu hec que scripta sunt in spiritu videas. Sicut in deo
corporeum nil est. ita etiam tu in hiis omnibus nil corporeum sentias. Sed in spiritu generes
etiam tu Ysaac filium. cum ceperis habere fructum spiritus. gaudium. pacem. Quem tamen filium ita demum ge-
nerabis sicut de Sara scriptum est. Quia defecerunt Sare fieri muliebria. et tunc genuit
Ysaac. Ita deficiant et in anima tua muliebria. ut nil iam muliebre et effeminatum
habeas in anima tua. sed viriliter agas. et viriliter precingas lumbos tuos. Sit pe-
ctus tuum torace munitum. sed galea salutari et gladio spiritus armaueris. Si ergo
desierint muliebria fieri in anima tua. generabis filium de coniuge tua. que est de virtute
et sapientia. gaudium. ac leticiam tuam. Generas autem gaudium si omne gaudium existimaueris
cum in temptationes varias incideris. et istud gaudium offeres in sacrificium deo. Cum
letus accesseris ad deum. iterum tibi reddet quod obtuleris. et dicit tibi. Iterum autem
videbitis me. et gaudebit cor vestrum. et gaudium vestrum nemo auferet a vobis. Sic ergo
que obtuleris deo. multiplicata recipies. Tale aliquid licet per aliam figuram refertur
in euangeliis. cum in parabolis dicitur accepisse quis mnas. ut negociaretur. et
patrifamilias pecunias quereret. Sed si attuleris quinque multiplicata in decem. tibi ipsi
donantur. tibi conceduntur. Audi enim quid dicit. Tollite inquit que mnam. et
date illi qui habet decem mnas. Sic ergo videmur quidem domino negociari. sed nobis cedunt
negociationis lucra. et videmur offerre domino hostias. sed nobis que offerimus re-
donantur. Deus enim nullius indiget. sed nos vult diuites esse. nostrum deside-
rat per singula querere profectum. Hec nobis figura ostenditur etiam in hiis que
gesta sunt et circa Iob. Et ille enim propter deum perdidit omnia. cum diues esset.
Sed quia bene pertulit agones pacientie. et in omnibus que passus est magnanimis
fuit. et dixit. Dominus dedit dominus abstulit. ut domino placuit ita factum est. sit no-
men domini benedictum. Vide ad ultimum quid de eo scribitur. Recepit inquit omnia dupla
que amiserat. Vide quid est amittere aliquid pro deo. hoc est multiplicata recipere. Tibi
autem et amplius aliquid euangelia promittunt. centupla tibi pollicentur. insuper
et vitam eternam. in christo iesu domino nostro. cui est gloria in secula seculorum Amen

Explicit omelia viii. Incipit omelia ix de promissionibus secundo Abrahe factis

Quantum legentes progredimur. tantum nobis sacramentorum cumulus augetur. Et ut
si quis exiguo vectus nauigio ingrediatur mare. donec terre vicinus est minus
metuit. sed ubi paulatim in altum fuerit progressus. et undis intumescen-
tibus vel in excelsum attolli cepit. vel hiscentibus dehiscentibus in ima de-
duci. ibi vero mentem pauor ingens et formido perurget. quod exiguam ratem tam
immensis fluctibus crediderit. Ita etiam nos pati videmur. qui exigui meritis et inge-
nio tenues ingredi vastum misteriorum pelagus audemus. Sed orantibus vobis si dominus
dignetur spiritus sui auram nobis prosperam dare. secundo verbi cursu portum salutis intrabimus.
Videamus ergo nunc que nobis recitata sunt. Et vocauit inquit angelus domini Abraham
secundo de celo dicens. Per memetipsum iuraui dicit dominus. propter quod fecisti verbum hoc et non pepercisti filio
tuo dilecto propter me. benedicens benedicam te et multiplicans multiplicabo te et erit semen
tuum sicut stelle celi in multitudine et sicut arena maris que non est in numero. et cetera. Sollici-
tius hec et intentius auditorem requirit. Nouum est enim quod dicitur. Et vocauit
angelus domini Abraham secundo de celo. quod tamen addit non est nouum. Ita enim dixerat. Benedi-
cam te et ante iam dictum est et multiplicabo te. an promissum est ut semen
tuum sic stelle celi et sic arena maris. Et prius fuerat promissum. Quid ergo est nunc
amplius quod secundo dicit de celo. Quid nouum veteribus repromissionibus addit.
Quid plus preciumque datur in eo quod dicit. propter quod fecisti verbum hoc. id est propter quod si-
cut tuum obtulisti. propter quod non pepercisti filio tuo. nil additum video. Eadem repe-
tuntur que prius fuerant repromissa. Ergo superfluum videtur eadem sepius recitare. Immo
necessarium in sacramentis fuit cuncta que fiunt. Abraham si tamen secundum carnem vixisset
et unius populi qui secundum carnem genitus est pater fuisset. una sufficeret repromissio. Nunc vero
ut ostenderet eum primum patrem futurum eorum qui secundum carnem circumcisi sunt. circumcisionis
tempore data ei promissio que ad populum circumcisionis pertinere deberet. Secundo quia pater esse futurus
etiam eorum qui ex fide sunt et per passionem Christi veniunt ad hereditatem. tempore nichilominus
passionis Ysaac promissio renouatur. que pertinere deberet ad eum populum qui passione Christi et
resurrectione saluatur. Et eadem quidem repeti videntur. sed longe diuersa sunt. Ita

que data sunt prius et ad patrem ipsum pertinet in tribus dicta sunt. Hic enim ut scriptura
Et eduxit eum foras de tabernaculo suo et dixit ei respice stellas si dinumerare potes
a multitudine et addidit sic erit semen tuum. Ubi autem secundo repetit repromissio designat quia
locutus est ei de celo. Et sic promissio prima de terra, secunda de celo. Non inepte hic illud
designare videtur quod dicit primus homo de terra terrenus, secundus homo de celo celestis. Ita quoque
promissio que ad fidelem populum pertinet de celo sit, illa de terra. In illa secundo termino fuit
hic interponit iusiurandum quod interpretatur ad Hebreos scribens [illegible] partes hec modo
dicens: Volens inquit deus ostendere pollicitationis heredibus immobilitatem consilii sui interpo-
suit iusiurandum. Et ibi homines inquit per maiorem sui iurant. Deus autem
quia neminem habet per quem iuret maiorem, per semetipsum iurat ut dicitur. Illud quod deinde
iusiurandi mutatio urget. Cuius enim ab eo exigit sacramentum. Sic interpretatum est
ab apostolo paulo quod per hoc immobilitatem consilii sui ostenditur designavit. Sic et alibi per prophetam
de iuravit dominus nec penitebit eum: tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech.
Tum deinde in prima revisione non quasi posita causa cur data sit repromissio tantum quod
eduxit eum foras et ostendit ei inquit stellas celi et dixit: sic erit semen tuum. Hic
addit causam propter quam iurando confirmat promissionem primam scilicet. Ait enim quia fecisti
verbum hoc et non pepercisti filio tuo. Ostendit ergo quia propter oblationem vel passionem filii promis-
sio firma sit. Ostendit designans quod propter passionem Christi ipso perfectum quod ex fide est Abra-
he maior firma promissio est. Inquit in hoc secundo secunda firmiora sunt prioribus. In multis
[illegible] ad similitudinem invenies sacramenta. Primas tabulas legis in terra confregit Moy-
ses et abiecit. Secundam legem in spiritu suscepit et sunt firmiora secunda quam prima. Rursum
secunda lex deuteronomium que in libris appendiciis de deuteronomio scripsit quod
Ismael primus est, secundus Isaac et similis in secundo placavit forma
[illegible] hoc est in Esau et Iacob, in Effrem et Manasse et in multis aliis similiter in-
venies adumbratum. Redeamus nunc ad nosmetipsos et moraliter locum per singulos tractemus.

Apostolus

Ut sic etiam supprimus memorati primus homo de terra terrenus, secundus homo de celo cele-
stis. Et qualis terrenus tales et terreni, et qualis celestis tales et celestes. Videbis quod
ondit quia si perseveremus in eo quod primum est, quod de terra est, reprobamus nisi te
commites nisi carnalis fueris, nisi celestis esse imaginem celestis accipias. Hoc
idem est quod et alibi dicit: Exuentes vos veterem hominem cum actibus suis et indu-
entes novum qui secundum deum creatus est. [illegible] et in alio loco dicit: Ecce vetera transierunt,
facta sunt omnia nova. [illegible] ergo promissiones suas renovat deus ut ostendat quia
debes et tu renovari. Non permanet ille in petitionibus ne et tu dicas vetus homo remaneas.
De celo loquitur ut et tu imaginem celestis accipias. Nam quid tibi prodest si deus re-
novet promissiones et tu non innoveris, si ille de celo loquatur et tu de terra au-
dias. Quid tibi prodest si deus se iurando constringit et tu quasi communem audies
fabulam transeas. Nunc non considerabis quod propter te deus etiam ea que nature sue sunt
apta non videntur amplectitur. Iurare dicitur deus ut tu audiens paveas et
intremiscas et metu consternatus inquiras. Quid id tantum est pro quo deus iurare di-
gnatur. Ideo ergo quasi attentus et sollicitus fias et audies tibi repromissiones
patri de celis. Vigilas et requiras quatenus divinis promissionibus dignus efficeris.
Unum hunc locum et apostolus adnotavit quia Abraham promisit deus ex semine eius.
Non dixit ex seminibus tamquam in multis sed tamquam ex uno: et semini tuo quod
est Christus. De Christo igitur dicit: multiplicans multiplicabo semen tuum. Et erunt sicut
arena que est ad ora maris. Ambigua ex positione indiget ut sciat semen
Christi quod multiplicetur. Cum videt a finibus terre usque ad fines terre predicationem
evangelii propagata pene esse iam loco in quo non semen verbi susceperit. Hec namque
est in initio mundi presignificabat cum diceret ad Adam: Crescite et multiplicamini. Quod
et ipsum dicit apostolus in Christo dici et in ecclesia. Quod autem dixit: sic stelle celi in
multitudine videant et sic arena que est ad ora maris innumerabilis, fortasse
quidem dicat aliquis celestis [illegible] figuram christianorum populo, arena maris in-
ferioribus [illegible]. Ego magis huic [illegible] pro quod utriusque exemplum utrique populo possit
aptari. Nam et in illo populo fuit multi iusti et prophete quibus stellarum celi

stellarum

Margin: Apostolus; Moraliter; Christianus

merito comparantur exemplo. Unde et apostolus ex his opinionibus motus in celestibus et terrestribus
corporibus resurrectionis format imaginem dicens: Alia quidem celestium gloria, alia autem
terrestrium, et stella a stella differt in gloria; sic erit et resurrectio mortuorum. Sed et dominus
noster dicit: Luceat lux vestra coram hominibus et videant homines opera vestra bona et glorificent
patrem vestrum qui in celis est. Hoc quidem commovet eum qui non audire sibi ait Christus semen
Abrahe et filius Abrahe sit, sed vis evidentius scripture verbis discere. Audi quod
in evangelio scriptum est: Liber inquit generationis Iesu Christi filii David filii Abra-
ham. In hoc ergo completur et ille sermo qui dicit: Hereditate capiet semen tuum
civitates adversariorum. Qua hereditate cepit Christus civitates adversariorum? Per
hoc sine dubio quia in omnem terram exivit sonus apostolorum et in orbem terre verba eorum.
Unde et ad iracundiam excitati sunt angeli illi qui singulas quasque nationes sub
potestate retinebant, cum enim divideret excelsus gentes secundum numerum angelorum dei
factus pars eius facta est Iacob et funiculus hereditatis eius Israel. Christus enim ad quem
dixerat pater: Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam
terminos terre. Et expelles ipsos angelos potestatem quam et dominationem quam habebant in nationibus provocavit
[struck] eos ad iracundiam et ideo dicit: Astiterunt reges terre et principes convenerunt in unum
adversus dominum et adversus christum eius. Propter hoc adversum nobis [illegible] agones contra nos et clama-
concitat, sicut et apostolus: Certamen est inquit nobis non adversus carnem sed adversus principatus
et potestates et mundi huius rectores. Propterea ergo nobis vigilandum est et sollicite agendum quia ad-
versarius meus sicut leo rugiens circuit querens quem devoret, qui si non restiterimus fortes in fide
rursum nos in captivitatem revocabit. Quod si nobis evenerit, irritum faciemus opus
eius qui cruci sue affixit principatus et potestates cum fiducia triumphans in semetipso. Et qui
venit dimittere captivos in remissionem. Cum igitur nos fide [illegible] sequimur eos qui triumphant
eos, disrumpamus vincula eorum quibus nos devinxit potestati sue. Vincula vero quibus nos
constringunt passiones et vitia nostra sunt, quibus tamdiu innectimur donec carnem nostram cruci-
figamus cum vitiis et concupiscentiis. Et ita demum disrumpemus vincula eorum et proiciamus
a nobis iugum ipsorum. Igitur comparavit semen Abrahe civitates adversariorum quod est semen
verbi quod est predicatio evangelii et fides Christi. Deo inquid inimicitiam [illegible] est dominus ut eriperet
gentes de potestate adversariorum et ad fidem suam ditionem quam reduceret. Nequaquam sedeat cum
aliquam partem dominus Israel, sed ecce et ecce pars(?) [illegible] Israel a deo suo. Et ipse pars sua
dixit ei deus: Ecce partes vestras desiderasti que sunt sub universo celo. Sed tamen et ad eos si
fuerit dispersio vestra ab extremo celi usque ad extremum eius congregabit vos dicit dominus. Ut enim
ego principes [illegible] quamquam mundi invasisset partem domini [illegible] pastor bonus relictis
in supernis nonaginta novem [illegible] descendit ad terras et unam ovem que perierat que
[illegible] eorum in humeris revectam ad superne perfectionis ovile revocavit. Sed quid
mihi prodest si semen Abrahe quod est verbum civitates adversariorum hereditate possideat
sed in ea civitate que est in anima mea que est civitas regis magni neque leges eius
neque instituta servantur? Quid mihi prodest quod universum mundum subiecit et adver-
sariorum civitates possidet si non et in me adversarios suos vincat, si non destruat le-
gem que est in membris meis repugnantem legi mentis mee et captivum me ducat
in lege peccati. Sic ergo unusquisque nostrum satis agat ut in sua anima et in suo corpore
vincat verbum adversarios et subiciens eos ac triumphans etiam sue anime possideat
civitatem. Hoc enim modo de parte eius efficiemur [illegible] parte meliore que est sicut stelle
celi [illegible] et nos benedictionem Abrahe capere possimus per Christum dominum nostrum cui est
imperium in secula seculorum.

[Left margin: + et ipse partem vestram desiderasti [illegible]]

Incipit omelia X de Rebecca cum venit ad [illegible] aquam hauriendam et occurrit ei puer Abrahe

Isaac inquit scriptura crescebat et confortabatur. Igitur gaudium crescebat Abra-
he respicienti non ad ea que videntur [illegible]. Ille enim gaudebat de presentibus
Abraham neque de divitiis mundi et actibus seculi. Sed vis audire Abra-
ham unde gaudebat? Audi dominum ad iudeos dicentem: Abraham pa-
ter vester desideravit videre diem meum et vidit et gavisus est. Propter hoc ergo
crescebat Isaac. Propterea quod Abrahe erat visio qua videbat ipsi diem
et spes que in ipso est gaudia cumulabat. Utinam efficeremini etiam vos Isaac et essetis
gaudium matris vestre ecclesie. Sed vereor ne ad huc in tristitia et gemitu ecclesia filios
pariat. Aut non est ei tristitia et gemitus cum vos non convenitis ad audiendum verbum
dei? Et vix festis diebus ad ecclesiam proceditis. Et hoc non tam desiderio verbi quam studio
solemnitatis publice quodammodo remissionis obtentu. Quid igitur ego faciam cui dis-
pensatio verbi credita est? Quod licet inutilis servus sum accepi tamen a domino distri-
buenda familie domini [illegible] tritici mensuram. Sed vide quid addat sermo domini distribuere

[Left margin: notat [illegible]]

inquit in tempore tritici mensuram. Quid ergo faciam ubi vel quo vestrum tempus inveniam
plurimum ex hoc immo paene totum mundanis occupationibus teritis in foro alium in negotia-
tione consumitis alius agris alius litibus vacat. Sed quid vos de occupationibus culpo
quid de absentibus conqueror. Presentes etiam et in ecclesia positi non estis intenti. Sed
communes ex usu fabulas teritis et verbo dei vel lectionibus divinis terga vertitis. Vereor
ne et vobis dicatur a domino illud quod per prophetam dictum est converterunt ad me dorsa sua et non
facies suas. Quid igitur ego faciam cui ministerium verbi creditum est. Que leguntur mystica sunt
et allegoricis exponenda sacramentis. Possumne in surdis et aversis auribus ingerere marga-
ritas verbi dei. Non ita egit apostolus. Vide enim quid dicit. Quod legem inquit legentes lege
non auditis. Abraham enim duos filios habuit etc. Quibus addit que sunt allegorica. Num-
quid secreta legis eis aperuit qui neque audiunt neque legunt legem. Sed legem legentibus
dicebat legem non audistis. Quomodo ergo potero mystica legis et allegorias quas ab apostolo
edoctus sum aperire et pandere his quibus et auditus et lectio legis incognita est.
Forsitan vobis videor sed non possum linire parietem absque temperatura. Asperior
quod scriptum est prophetis meis qui beatificant vos seducunt vos. Timeo enim illud
conturbat. Tamquam filios meos carissimos moneo ignoratum et semitas pedum vestrorum
via Christi. Si nondum vobis innotuit
Si nec hoc quidem audistis quod non est lata et spatiosa sed arta et angusta via
est que ducit ad vitam. Et nos ergo intrate per angustam portam relinquite
latitudinem. Nox precessit dies autem appropinquavit ut filii lucis ambulate. Tempus breve
est. Superest ut et qui habent tamquam non habentes sint et qui utuntur hoc mundo tamquam non utentes.
Sine intermissione orandum apostolus precepit. Vos qui ad orationem non convenitis quomodo implebitis
sine intermissione quod semper omittitis. Sed et dominus precepit vigilate et orate ne intretis in
temptationem. Quod si illi vigilantes et orantes et semper verbo dei adherentes temptationem
nequaquam fugerunt. Quid faciant hi qui diebus tantum solemnibus ad ecclesiam conveniunt.
Si iustus vix salvus fit peccator et impius ubi parebit. Pudet me dicere aliquid
ex his que lecta sunt. Ita et apostolus ait de quibusdam sermonibus quia ininterpretabiles sunt
ad dicendum. Videamus tamen si capaces sitis ad audiendum. Videamus tamen hoc quod
nobis recitatum est. Rebecca inquit veniebat cum filiabus civitatis haurire aquam
de puteis. Rebecca cottidie veniebat ad puteos, cottidie hauriebat aquam. Et quia
cottidie vacabat ad puteos, ideo inveniri potuit a puero Abrahe et in matrimonium
sociari Isaac. Putas fabulas putas esse et historias narrare in scripturis spiritum sanctum.
Animarum est ista eruditio et spiritalis doctrina que instituit et docet cottidie venire ad
puteos scripturarum ad aquam spiritus sancti et haurire semper et plenum vas ad domum re-
ferre, sicut et faciebat et sancta Rebecca que non aliter nuptui potuisset tanto patriarche Isaac
ac qui ex repromissione natus est nisi hauriendo aquas et in tantum hauriendo ut non solum
parare possit eis qui domi sunt sed et puero Abrahe et non tantum puero sed et usque adeo abun-
daret aquis quas hauriebat de puteis ut camelos possit adaquare usque quo cessarent
inquit bibentes. Cuncta sunt mysteria que scripta sunt. Vult et te Christus sibi desponsare.
Ad te enim loquitur per prophetam dicens desponsabo te mihi in eternum et desponsabo te in fide et
misericordia et agnosces dominum. Quia ergo vult te desponsare premittit ad te istum puerum. Puer iste
sermo propheticus est quem nisi primus susceperis nubere Christo non poteris. Scito tamen quia nemo
inexercitatus et imperitus sermonem propheticum suscipit sed qui sciat haurire aquam de pro-
fundo putei et qui in tantum sciat haurire ut etiam his sufficiat qui indociles et perversi
videntur quorum figuram tenet camelus ut et ipse possit dicere quia sapientibus et in-
sipientibus debitor sum. Denique sic dicit in corde suo puer iste. Que inquit
virginibus que venit ad aquam quecumque mihi dixerit bibe tu et camelos tuos adaquabo
Sed dicis fortasse si puer propheticus sermonis tenet figuram quomodo enim potuit Rebecca
cum ipse magis potare debeat. Vide ergo nunc sic et dominus cum ipse sit panis
vite et ipse pascat animas esurientes ipse tamen esurire se fatetur cum dicit esurivi
et dedistis mihi manducare. Et iterum cum ipse sit aqua viva et potum dat omnibus siti-
entibus dicit tamen ipse ad samaritanam da mihi bibere. Sic et propheticus sermo cum ipse potum
dat sitientibus nihilominus ipse ab his quoque potum dicitur cum studiosorum exercitium
suscepit. Ista ergo talis anima que agit omnia patienter que tam pudica est et
tanta eruditione substructa que de profundis haurire scientie fluenta consuevit

misterium est h[oc]

puer quid sit

Ipsa potest copulari nuptiis christi nisi ego quottidie veniens ad puteos nisi quottidie
hauriam aquas non solum alios potare non potero sed et ipse quoque siti verbi dei patiar. Audi et
dominum dicentem in euangelijs Qui sitit veniat et bibat. Sed tamen ut video nec esurimus nec si-
timus iustitiam et quomodo poteris dicere sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum ita desiderat anima mea
ad te deus. Sitivit anima mea ad deum fontem vivum quando veniam et apparebo ante conspectum
eius. Obsecro vos qui auditores estis semper assistentes patienter accipite donec paululum

Rebecca pacientia

negligentes et desides commoneamus. Habetote patientiam quia de Rebecca nobis et de pa-
tientia sermo est Et mihi est contra vos qui collectam negligunt et audire declinant verbum
dei paululum per patientiam castigare qui non desiderant panem vite nec aquam vivam qui non
exeunt de castris non procedunt de domibus suis ut colligat sibi manna qui non veniunt
ad petram ut bibant de spirituali petra. Petra enim est christus ut apostolus ait Habetote in qua
vos patientia paululum Sermo enim michi ad negligentes est eos qui male habent. Sani
enim non indigent medico sed male habentes. Quare michi vos qui tantum festis diebus ad
ecclesiam convenitis ceteri dies non sunt festi non sunt dies domini Iudeorum est dies certos et
raros observare solempnes. Et ideo ad eos dicit deus Neomenias vestras et sabbata et

Neomenia

diem magnum non sustineo ieiunia et ferias et dies festos vestros odit anima mea. Odit
ergo deus eos qui unum diem putant festum diem esse domini Christiani omni die carnes agni
comedunt id est carnes verbi cottidie comedunt et sumunt. Pascha enim nostrum immolatus est christus.
Et quia lex pasche talis est ut in vespera edatur passus est dominus ut tamen semper in edentes
de carnibus verbi quia semper in vespera sumus usque quo veniet mane et si in hac vespera
solliciti sumus et in fletu ac ieiuniis atque in omni labore iustitie vita degimus potestis
et tamen dicere Ad vesperam demorabitur fletus et ad matutinum letitia. Letaberis enim mane
id est in seculo venturo si in hoc seculo semina iusticie in fletu et labore collegeris. Venite
ergo et vos dum tempus est bibamus de puteo visionis. Ysaac deambulabat et exiit
procedit ad exercitium. Per omnia quanta meditatur in aquis et tamen invitetis quottidie venire
ad aquas verbi dei. Et habitaste puteos eius. Sic faciebat et Rebecca. De qua dicitur
Erat decora valde virgo vir non cognoverat eam. Hec inquit exiit sed hauriendo aquam.
Nec hoc frustra scriptum est de ea. Multum monet me quod dicit virgo erat vir non

virgo erat Rebecca

cognoverat eam. Quasi non aliud sit virgo nisi quam vir non contigit. Et quid sibi videtur
additamentum in virgine ut diceretur quia vir non cognoverat eam. Est enim aliqua virgo quam
non contigit vir et sepe iam dixi quod in his non historie narrantur sed misteria contexuntur.
Tale ergo in hoc aliquid indicari puto sicut christus anime vir dicitur. Cum nubit anima cum

augustinus

venit ad fidem. Ita et huic contrarius vir ille est cum nubit anima cum declinaverit ad per-
fidiam ipse ille inimicus homo dictus cum zizania seminat in tritico. Non ergo sufficiat anime
ut casta sit corpore. Oportet est ut et vir hic pessimus non cognoverit eam ipse enim
ut habeat quis in corpore virginitatem et cognoscit eum virum pessimum diabolum. Recipit
ab eo concupiscentie iacula in corde suo sapiens anime perdidit castitatem. Quia ergo re-
becca virgo erat et sancta corpore et spiritu ideo eius duplicat laudem et dicit virgo erat et vir
non cognoverat eam. Vespere venit ad aquas. De vespere semper iam diximus. Vide que
prudentia pueri non vult assumere sponsam domino suo Ysaac nisi quia inveniret decoram
et preclaram faciem virginem et non solum virginem sed quam non contigit vir. Et nisi quoniam re-
piciunt aquas haurientem non vult alias disponsare domino suo. Non solum ei dat ornamenta
nisi talis sit. Non dat inaures non dat brachialia. Manet in composita eruditatque
temptat puteum quia per rebecce virtutes non habet brachialia et inaures quoque
imponet. Felice sunt. Continentia autem contra avaritia. Ut felicem ornaret non dat
Sed rebecca non vult de auro baptizatis ornari. Non sunt ei congrua ornamenta que omnibus
barbaris et impiis. De domo Abrahe requirit monilia quia sapientia de domo sapientie ornatur.
Non potuit autem preciosa Rebecce reperire decorem suum nisi veniret puer Abrahe. Et ipse cum ornaret
Nec manibus eius ornamenta suscipimus nisi que misit Ysaac. Vult enim aurea in auribus
verba suscipere et aureos actus in manibus tuis esse. Sed hec primus accipere non potuit nec
mereri nisi venisset ad puteos haurire aquas. Tu qui non vis venire ad aquas qui non
vis in auribus tuis aurea verba suscipere. Quomodo poteris ornatus esse in actibus ornatus in auditi-
bus ornatus in moribus tuis. Sed ut hominum plenia, neque enim commendandi mei causa
hec. Sed edificandi ecclesiam dei. Et pigriores ac desides auditores exemplis sanctis et misticis
explanationibus provocandi. Sed omnia prius cum rebecca venit ad Ysaac. Et sequitur cum Ysaac
sermonem eorum ad ipsum venit. Et vidit eum in puteo. Ad puteum inquit iuramenti deambulantem.

482

Rebecca

Kussum recedit a puteis / unusquisque desistit ab aquis. Rebecca invenitur ad puteum
Veniens rebecca ad puteum invenit ysaac. Ibi primum eius contemplatur aspectum. Ibi desi
lit de camelis. Ibi a puero demonstratum videt sibi ysaac. Hec putas sola refe
de puteis et Jacob ad puteum venit et ibi invenit rachel ad mouisset ibi ra
chel bona oculis et decora aspectu. Sed et moyses ad puteum invenit sephoram filiam
Raguel. Modum moneris ut hec intelligas spiritualiter dici. Aut putas casu semper
contingere ut patriarche ad puteum veniunt et ad aquas coniugia sortiantur. Qui
hec ita putat animalis homo est / non percipit que sunt spiritus dei. Sed qui vult maneat
in hiis manet animalis. Ego paulum apostolum sequens dico esse omne hec verbo dei. Quod
cum se nisi deus reuelaverit fieri non est. Nam ut coniuntionem anime cum verbo dei non dicitur
fieri posse nisi per instructionem eruditionis librorum qui figuraliter putei appellantur. Nemo si
quis veniat et hauriat ex hiis aquas / id est meditando in hiis sensum et intellectum
perceperit altiorem / inveniet nuptias deo dignas. Coniungitur enim anima eius cum deo. De-
scendit etiam de camelis / id est discedit a viciis abiciat irrationabiles sensus et coniungitur
ysaac. Dignum namque est ut ysaac transeat de virtute ad virtutem. Cum virtutis filius

libri divini putei appellantur

id est sicut mater coniungitur ut sortiatur pacientie que est Rebecca. Et hoc est transire
de virtutibus ad virtutem et ex fide ad fidem. Sed ad evangelia veniamus. Ipse dominus
tu ex itinere fatigatus fuisset videamus ubi requieverit. Venit in terram ad puteum
et sedebat super puteum. Vides ubique sibi concordare misteria / vides non tantum verba vel res sed
consonas formas / ubi ad puteos et ad aquas venitur / ubi invenitur sponse.
Ecclesia christo in lavacro aque coniungitur. Vides quantis nos sacramentorum cumulis prouiget
quanta sunt que occurrunt explicare non possumus. Saltem hec materie tedeant ad au-
diendum ad conveniendum ut etsi nos aliqua pro tarditate transierimus tu cum legis
et relegis queras etiam ipse discutias et invenias dicere ut in horum ministerio pro ma-
nibus tuis et verum dei invenies ad aquam assistat et coniugetur sibi ut efficiaris cum eo unus
spiritus in christo ihesu domino nostro. Cui gloria et imperium in secula seculorum. Amen.

fuit venire ad puteum

Incipit omelia xi de eo quod iterum accepit uxorem et quod ysaac habitavit ad puteum visionis

Sepe nobis apostolus paulus occasionem prebet intelligentie spiritualis
et pauca licet sit in materia sordidiori ondit indicia quibus quod lex
spiritualis sit a omnibus agnoscatur. Ipse vero de Abraham
et de Sara disputans quodammodo agit. Non inquit infirmatur
fide considerauit suum corpus emortuum cum fere centum annorum esset
et emortuam vulvam Sare. Nunc ergo quidem ille dicit emortuum
corpus in centenario corporum uno fuisse et ysaac magis virtute fidei quam cor-
poris fecunditate genuisse. Sarra centum sex xxx et vii vivere ... Ita pariter
uxor eius decem ab eo annis minor scribitur / que centesimo vicesimo et septimo
anno / indicat abraham super centum xxx et septem annorum fuisse cum ceturam acce-
pit uxorem. Quid ergo putemus quod in tanta senectute patriarcha pro ide tempus matrimoniali
ualidus vigueret. Et qui olim inualidus mortuus emortuus dicitur / sine ad libi-
dinem redimium putabitur / an ut sepe diximus patriarcharum coniugia misterium aliquod
indicant et sacramentum. Sic et ille qui dicebat de sapientia / hanc ego cogitaui mihi
adducere uxorem et amator factus sum ergo et tunc abraham / sicut aliquid cogitauerit et quid
cum sapiens. Hec ipso sibi sciebat quod sapientie nulla est finis / nec disterendi ter-
mi senectus imponit. Cui enim convenit et mo sortiri matrimonium / quo de ipso
supremis iudicemus id est virtutem in quibus esse solet / eandem virtutem con-
mata est Sare conquam consuetudinem. Sare namque de initio virtutis est intenda con-
sumata. Cui ergo consumate et perfecte virtutis est. Semper vero est ut in aliqua eruditione
versetur. Quam eruditionem concessit eius sermo diuinus appellat. Sed in hoc puto
et in lege celebs et sterilis male dicto subiacet / dicit enim maledicta qui non relinquit
semen in israel. Quod si hec de carnali semine dici putetur / omnes iste virgines
sub maledicto posite ... videbuntur. Et quid de iste virginibus dico. Ipse
Johannes qui maior inter natos mulierum nemo fuit et alii sanctorum plurimi semen
suum carnem non relinquerit quippe qui nec in isto quidem memoria referentur. Quod
certum est illos spirituale semen et spiritualem sermonem reliquisse et cuisse virum

Rebecca

libri divini putei appellantur

fuit venire ad puteum

habitavit ad puteum visionis

Abraham Sara

de Sara

Sapientia uxor fuerit Sapientiam sine eruditione quam et viri prudentes et celibes

Sapientia uxor celibum patrum

quem ex [illegible] genuit sapientiam sic et Paulus per caritatem filios generabat. Accepit post
hec mortuum iam corpus Abraham Ceturam uxorem. Ego puto secundum hanc quasi
superpositam rationem quod melius tunc uxor accipitur quando emortuum corpus
est, quando mortificata sunt membra, maior enim est et sapientie fervor [illegible] capacitas
id est qui mortificatio [illegible] in corde meo [illegible]. Denique Cethura
quam nunc senex Abraham sortitur in matrimonium, thimiama interpretatur, quod est incen-
sum, vel bonus odor. Et ipse enim dicebat sic Paulus dicebat: Christi bonus odor
sumus. [illegible] autem quis bonus odor efficiatur videamus. Peccatum res est fetida, de-
nique peccatores porcis comparantur, qui in peccato velut in ceno fetido volutantur.
Et alibi clamat ex persona peccatoris penitentis David: computruerunt et corrupte sunt cicatrices
mee. Si quis ergo iam non est in quo odor peccati iam ullus est, sed odor iusti-
tie [illegible], si quis sine intermissione orando offert domino semper incensum, et
dicat: dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, elevatio manuum mearum sacrificium
vespertinum, hic Ceturam duxit uxorem. Sic enim senis nuptias interpretari dignum
puto. Sic prelata vita patriarcharum [illegible] et defecta etate coniugia. Sic ne-
cessarias filiorum procreationes estimo mandatas. Ad tales enim nuptias et ad coniugii
sobolem non ita iuvenes ut senes apti sunt. Quanto enim quis carne fessus est,
tanto est animi virtute robustior et sapientie complexibus aptior. Sic et ille vir
iustus Helcana duas simul refertur coniunxisse uxores, quarum una Fenenna, altera
Anna dicebatur, id est conversio et gratia. Et primo de Fenenna filios suscepisse
id est de conversione, et postmodum de Anna que est gratia. [illegible]
[illegible] per coniugia designat. Rursus et tu potes si vis, quamvis [illegible]
[illegible] et [illegible] hospitalitatem [illegible]. Hac
tibi coniuge videberis assumpsisse [illegible] si addideris parcimoniam [illegible]
videberis [illegible] uxorem, quod et [illegible]. Et mansuetudinem
ceterasque virtutes, tot videberis accepisse uxores, quot virtutibus gaudebis.
Unde ergo est quod nonnullis patriarchis [illegible] plures coniunxisse coniuges [illegible]
[illegible] accepisse. Alias [illegible]
[illegible] quod quidam plures simul possunt habere virtutes, alii non plus quam [illegible]
[illegible] ad effectum [illegible]. Inde denique Salomon plurimas
simul habuisse refertur uxores, cui dixerat dominus: Sapiens ante te non fuit
talis et post te non erit. Tantam ergo dederat ei dominus multitudinem prudentie
sicut arena ad mare ut iudicaret populum suum in sapientia; ideo plures simul
poterat capere virtutes. Sane post hoc quod ex lege dei erudimur, si letamur
et ex [illegible] eruditionibus que extrinsecus videntur esse in seculo aliquid coniungimus,
ut est eruditio litterarum vel artis gramatice vel geometrica, arithmetica vel
[illegible] vel etiam dialectica disciplina, et hec omnia extrinsecus que sunt ad
nostra instituta perducimus atque ad assertionem nostre religionis et legis
[illegible] assumimus, tunc videbimur ut alienigenas in matrimonium sumpsisse
vel etiam concubinas. Et si huiusmodi coniugiis disputando, disserendo,
contradicendo, redarguendo convertere aliquos potuerimus ad fidem, et suis eos ra-
tionibus et artibus superantes, veram philosophiam Christi et veram pietatem dei sus-
suaserimus, tunc ex dialectica vel rethorica videbimur quasi aliena quadam
coniuge vel concubina filios genuisse. Igitur ad tales nuptias vel huiusmodi
filios procreandos senectus nullum excludit. Immo [illegible] casta pro-
genies mature etati plus congruit, et [illegible] Abraam gradiens, et ut scri-
ptura dicit, senex et plenus dierum Ceturam duxit uxorem. Sed hic quidem
fatebimur nos non dicimus ex his que per historiam referuntur, que et qualiter sint
generationes [illegible]. Scio enim unde meminerim [illegible]
[illegible] de diversis gentibus in scriptura dicuntur potuimus agnoscere [illegible] ut
[illegible] dicitur quia Moyses accepit uxorem filiam Iethro sacerdotis
Madian. Quia Madian invenimus filium esse Ceture ex Abraam,
agnoscimus ergo quod uxor Moysi ex semine Abraam fuit et non fuit alieni-
gena. [illegible] scribit regina Cedar. [illegible] in [illegible] et Cedar
ex ipso genere Ceture descendit et Abraam. Sed in generationibus Ismael
similia invenimus, que si diligenter intueare plurimos in his que

Salomon plures habuit uxores

Moyses
Madian
Iethro
Cedar

ceteros latent historias deprehendes. Sed nos interim hic in aliud tempus reservantes
tantum ad ea que in presentibus recitata sunt revertamur. Et primo est inquirendum
propter mortem est Abrahe benedixit Deus Ysaac filio eius et habitavit
iuxta puteum visionis. De morte Abrahe quid amplius dicendum est nobis quam salvator
dominus in evangelio contra dicens: De resurrectione autem mortuorum non legistis
quod dicit in Rubo: ego Deus Abraham et Deus Ysaac et Deus Iacob. Deus autem non
est mortuorum sed vivorum. Omnes enim illi vivunt. Optemus ergo et nos
huiusmodi morte [illegible] et apostolus dicit ut moriamur peccato, vivamus autem Deo. [illegible]
namque Abrahe mors non lugenda est sed in tantum dilatavit sinum eius ut
omnes sancti qui de quatuor partibus orbis veniunt in sinum Abrahe portantur ab ange-
lis. Sed videamus iam quid post mortem eius benedixit Deus Ysaac filium eius. Et que
est ista benedictio. Benedixit inquit Deus Ysaac et habitavit ad puteum visionis. Et
intelligentibus grandis est ista benedictio. Utinam Deus et mihi donet hanc bene-
dictionem ut inhabitare merear ad puteum visionis. Quis potest scire et intelligere
que est visio quam vidit Ysaias filius Amos propheta. Quis potest scire que est visio
Naum. Quis potest intelligere quid contineat illa visio quam vidit Iacob in Bethel
cum habitaret in Mesopotamia, ubi dixit: hec est domus Dei et porta ce-
li. Et qui potest singulas quasque visiones vel in lege vel que in prophetis sunt scire et
intelligere, ille habitat ad puteum visionis. Sed et hic diligentius perspice quod
ista magna benedictio accepit a Deo meruit Ysaac et habitare meruit
ad puteum visionis. Nos vero quando saltem unam poterimus vel forte transitorie
hoc possumus per puteum visionis. Ille autem permanere in visionibus meruit et ha-
bitare. Sed nos parum quid illuminati per Dei gratiam sentire vel suspicari de una
quasi visione vix possumus. Si tamen potero unum aliquem intellectum sentire
de visionibus Dei, una die videbor fuisse ad puteum visionis. Si vero
non solum secundum literam sed et aliquid secundum spiritum attingere quivero, bidui vi-
deor fuisse ad puteum visionis. Si autem et moralem sensum contigero, triduum
videbor. Sed etsi non omnia intelligere assidue tamen in scri-
pturis divinis et in lege Dei meditator die ac nocte et omnino numquam desi-
no inquirendo, discutiendo, tractando, vel certe quod maximum est orando Deum
et ab illo poscendo intellectum qui docet hominem scientiam, videbor etiam ego habitare
ad puteum visionis. Si vero negligens et neque domi exercear verbis Dei
neque ecclesiam ad audiendum verbum frequenter ingrediar, sicut nonnullos videmus
qui diebus tantum solemnibus ad ecclesiam veniunt, qui huiusmodi sunt non ha-
bitant apud puteum visionis. Ego autem vereor forte quod etiam negligentibus et
venientibus ad ecclesiam non bibant de puteo vite, nec refrenantur sed
occupationibus vacant cordibus suis et cogitationibus quas secum detulerunt et
discedant [illegible] ad scripturarum puteos sitientes. Festinate ergo vos
et satagite ut ista ad vos Domini veniat benedictio qua apud puteum
visionis habitare possitis, ut aperiat Dominus oculos vestros et videatis
puteum visionis et accipiatis ex eo aquam vivam que fiat in vobis fons
aque salientis in vitam eternam. Ysaac namque ad varios scripturarum fontibus
hauriebat [illegible] et qui audit [illegible] et alios [illegible] frequenter [illegible]
mittat, hic vere habitat ad puteum visionis. [illegible] qui
[illegible] a puteo visionis [illegible] Paulus qui dicebat: Nos autem omnes
[illegible] faciem gloriam Domini speculantes. Et tu ergo si scrutatus fueris prophetas
visiones [illegible] describere [illegible] meditatus in his permaneas
[illegible] et tu benedictionem a Deo et habitabis ad puteum visionis et tibi
[illegible] apparebit Dominus Ihesus in via et aperiet nobis scripturas. Aperiet
autem his qui de ipso cogitant et in ipso meditantur atque in lege eius die
ac nocte [illegible] Ipsi gloria et imperium in secula seculorum. Amen.

et singulas quasque lectiones **Incipit omelia xii de**

Quotiens legitur Moysi [illegible] orandus est Pater verbi ut impleat etiam
in nobis illud quod in psalmo scriptum est: Revela oculos
meos et considerabo mirabilia de lege tua. Nisi enim ipse ap-
peruerit oculos nostros, quomodo videbimus patrum tanta in patriarchis
sacramenta formata, nunc in puteis, nunc in nuptiis, nunc in
in partubus

In patribus, nunc etiam in sterilitatibus signant. Refert namque primus liber quod Ysaac rogavit dominum pro Rebecca uxore sua que sterilis erat, et exaudivit illum deus et concepit. Exultabat inquit puer in utero eius. Primo omnium intueri quid istud est quod Sara et Rachel dicta esse steriles sunt. Anna quoque mater Samuelis sterilis fuit. Sed et in novo Elyzabet sterilis fuisse memoratur. In omnibus autem his unus sic titulus designatur, quod post sterilitatem suam omnes ediderunt partum. Sed ergo et nunc Rebecca sterilis erat. Orat inquit pro ea Ysaac dominum et exaudivit illum et concepit. Et exultabant autem pueri in utero eius. Sterilis erat inquit, concepit filium sterilis ante quam pascatur, et vetula que desperavit subolem gentes et populos gestat in utero suo. Sed cum dixit abiit inquit Rebecca interrogare dominum. Et dixit ei dominus: Due gentes in utero tuo sunt et duo populi de ventre tuo separabuntur. Congruum est si velimus nunc exultacionem puerorum adhuc in utero existentium perscrutari. Congruum est sed his interpretacionibus et enigmata que scribit apostolus perscrutemur, quid misticum quid cause, ut antequam nascatur puer dicat aliquid in hoc seculo agat boni vel mali. De de his, quia populus populum superabit et maior serviet minori, ut antequam de matris utero procedant dei [illegible] Jacob dilexi, Esau autem odio habui. Hec et super tenorem emigma sunt. Sed super [illegible] videamus quid est quod dicit abiit Rebecca interrogare dominum. Nonne pro non de loco ad locum abierit, sed de vita ad vitam, de actu ad actum, de bonis ad meliora transierit, de utilibus ad utiliora processit, de sanctis ad sanctiora permanserit. Assimiliter namque crediderim ita putem impuritam fuisse Rebecca et instructam que domo prophetis abstergo suo viro eruditissimo Ysaac fuerat instituta et inter aliqua loca domum patrem esse conclusum et illud ex interrogaturus quid professorum interpretacionem designaret. Vos autem videte quia ex mode venit hoc sub ut cum aliqui a deo ondi sibi viderint vel abire vel transire se dicat. Moyses cum vidisset [illegible] et cuperet videre visionem hanc. Nec ergo et precepta quaedam proponens erat visio desiderium in oculis eius. Sed et transivit, ut videat se commovit [illegible] celesti ad superiorem vitam debere conscendere. Et ab his in quibus erat ad meliora transire. Sic ergo et nunc refert de Rebecca quia abiit interrogare dominum. Hunc ut dicimus abisse non passibus pedum sed mentis profectibus estimemus, et tu ergo si reperis intueri non ea que videntur sed que non videntur, id est non carnalia sed spiritualia, non presentia sed futura abisse diceris interrogare dominum. Si exinde te de consuetudine veteri et a consortio eorum cum quibus turpiter et inhoneste vivebas honestis vero ac religiosis actibus ... te iterum requirere sis inter sodales turpitudinis et vel causas novorum neququam sibi tempus dicetur de te, quia abiit interrogare dominum. Sic igitur sentiri non de loco ad locum sed de vita ad vitam de institutis primis abeuntes ad instituta potiora. Dixit ergo ei dominus: Due gentes in utero tuo et duo populi de ventre tuo segregabuntur et populus populum superabit et maior serviet minori. Quomodo populus populum superaverit ad esse carnale sinagoga, et quomodo maior serviet minori, licet non credentibus notum est. De his ergo hunc palam sunt et nude omnibus tradita dicere superfluum puto. Verum si placet addamus quod unumquemque mem[bri] qui hec audit edificare et instruere queat. Ego puto quod et de singulis nobis hoc dici potest quia due gentes et duo populi inter nos sunt, et vita et virtutum populus inter nos est. De corde enim meo procedunt cogitaciones male, adulteria, furta, falsa testimonia. Sed et dolus contenciones, hereses, invidie, commessaciones et his similia. Vides quantus malorum populus inter nos est. Si vero meam illa voce dicere sancta a timore enim tuo domine concepimus et peperimus spiritum salutis tue, sectemur super. Etiam hic et alius inter nos populus invenietur in spiritu generatus. Fructus enim spiritus est caritas, gaudium, pax, paciencia, bonitas, benignitas, mansuetudo, continencia, castitas et his similia. Vides alium populum qui et ipse inter nos est. Sed iste minor est, ille maior. Semper enim plures sunt mali quam boni et vicia virtutibus [illegible].

Rebecca
Aur
Jacob
Esau
cilli de barco
Sed

senum qualis rebecca fuit ~~numerum~~ i. de ysaac id est de viro dei hic quoque mulierem ei
nobis ipsam prius supplantabit et maior serviet minori Portavit enim tunc spiritum et vitia
virtutibus tenent Et repleti sunt menses dies eius ut pareret et cetera Sermo in vetere
eius Hic sermo idest impleti sunt dies ut pareret Nunquam sermo nisi de sanctis spiritualibus
mulieribus scribitur de hac namque rebecca dicitur est hoc et de elisabeth matre iohannis
et maria matre domini nostri ihesu christi Unde in ipsa vide omnium aliquid et puerorum quorumcumque
huius quamquam patribus unde est repletio dierum ortus perfecte sobolis indicat Egressus est
filius menses primitivus rubeus et totus tamquam pellis hispidus Cognominat autem
nomen illius esau et post ea egressus est eius et manus illius erat implecta calcaneo esau
Et appellavit nomen illius iacob Scriptum de his alia scriptura quia iacob in ventre supplantavit fratrem suum et hinc hoc in ditum sit quod manus eius impleta erat calcaneo sub sui esau Et esau de vita mea passus est hispidus totus tamquam pellis Iacob
autem levis et simplex Unde et iacob a luctando vel supplantando nomen accepit Esau
vero ut aiunt qui ebrea nomina interpretantur vel a rubore vel a terra idest vel rubens vel terrenus vel ut alias dictum est facta dictus esse videatur Unde fuit ista
nativitatis privilegia cur autem ille supplantavit fratrem et lenis ac simplex natus
sit/ ac utique sic dicit apostolus ex uno sunt ysaac patre nostro utrique concepti/ ve
tur ille totus hispidus et ortibus et ut ita dicam peccati et nequitie squalore circumdatus meum non est disserere/ Si enim volui in alto fodere et aquae vive latentes
venas aperire continuo aderunt philistim et litigabunt mecum Rixas michi et
et calumnias commovebunt et incipient replere terra sua et lutto puteos meos
Ita utique si permitterent isti philistim et ego volebam accedere ad dominum meum paulum apostolum
dominum christum dicat quia ego venientem ad me non repello volebam accedere sed et
dixit et destrupta domine quibus pariunt hic a parentibus eius ut tecum nasceretur
Et ego volebam accedere eum et dicere Domine quibus parant hic esau ante
parentes eius quod totus hispidus sit nasceretur et ortibus et utero supplantaret Et a se sed est volui de his intelligere vim dei in inquirere Statim
michi fortiores philistim et calumnias movent Et ios nos relinquentes quamvis
puteos et vacantes eum imminutam alium fodiamus Post hec inquit seminavit ysaac ordeum et invenit centuplum Benedixit autem illi dominus magnificatus est homo et per essum malorum fiebat quo adusque magnus factus est valde
Unde est quod ysaac ordeum seminat et magnificatur usque quo magnus fiat
Apparet ergo quia non dum erat magnus sed putabatur que seminavit ordeum et col-
legit centuplicatum tunc magnus factus est valde Ordeum in multorum magis
abus est quam frugum cibatum est enim asperior spica cuius que velut aculeis
quibusdam contingentem quibus stimulare videatur ysaac sermo dei est Unde sancte
in lege ordeum seminat In euangelio tritico Illic enim cibum peccatoribus et
spiritualibus est hinc vero impeccatoribus animalibus paratur Ita scriptum est homines
et iumenta salvos facies domine ysaac ergo legis ordeum seminat Et tamen
in ipso ordeo invenit centissimum fructum invenies ergo enim et in lege martires quorum est centissimus fructus Sed et dominus in euangelio ysaac pascebat quem
apostolos tribus at plana et quomodo loquebatur Ubi ut videre quia etiam
pane hordei incipientibus exhibet Scriptum est in euangelijs quia sedens panem
tribus sed illos quos primo pascit idest incipientibus ordeaceis panibus
pascit Postea vero ut in lex proficiunt erunt in de Et docta ita triticeos eis
exhibet panes Sed post hoc dominus inquit Et benedixit ysaac et magnus factus
est valde Quamvis sed erat ysaac in lege sed paucis temporibus ut psalmus Nam
bene in sola lege est non dum magnus est quoniam sub velamine tecta est
Testatur ergo iam in psalmis Cum vero premunt usque ad hoc sub velamine abiciat tunc
erit magnus valde Cum cepit litteralis velut repertum et apparuerit quod
spiritualis est lex tunc ysaac magnificabitur et fiat magnus valde Vide ergo
quia dominus in euangelijs paucos panes frangit et quot milia refecit preter

Cordemus

r quanti cophinum reliquiarum superfuerint. Donec integri sunt panes nemo satiatur
nemo reficitur, nec ipsi panes videntur augeri. Considera ergo quod paucos quidem pa
nes fregit dominus [illegible] paucos sermones assumimus. Et quot milia hominum sa
tiavit. Sed nisi fracti fuerint isti panes, nisi in partes comminuti a discipulis
hoc est minutatim littera fuerit discissa et fracta sensus ad omnes non potest pervenire
Et at prima capimus et singula queque discutere, tunc turbe quidem quia potuit
sumet. Quod autem non potuit colligendum est et reservandum ne quid pereat. Sed nam
ergo et nos si quid turbe capere non possunt. Et recolligimus in cophinis et sportis
Denique panes ante tamen fregissemus pane de iacob et esau quanta de eo pane
fragmenta superfuerit, que nos diligenter recolligimus ne perirent et servamus
in sportis et cophinis usque quo dominus quod etiam de ipsis sibi [illegible] intellebat videamus
Temtemus etiam facere illud quod sapientia commonet dicens Bibe aquas de tuis
fontibus et puteis. Et sint tibi fontes tuis proprius. Temta ergo et tu auditor habe
re proprium puteum et proprium fontem, ut et tu cum apprehenderis librum scripturarum incipias
etiam ex proprio sensu proferre aliquem intellectum et secundum ea que in ecclesia didicisti
tu et tu bibe de fonte ingenii tui. Est intra te natura aque vive, qui vivi sunt fontes, inde
pretermissi et irrigua fluenta rationabilis sensus si modo non sunt terra et ruderibus
completa. Sed satage fodere terram tuam et purgare sordes, id est ingenii tui desi
diam et torporem cordis excute. Audi enim quid dicit scriptura. Punge oculum et pro
fert lacrimam, punge cor et profert sensum. Purga ergo et ingenium tuum ut aliquando etiam
de tuis fontibus bibas et de tuis puteis hauriaris aquam vivam. Et si fideliter accepi
sti fiet in te fons aque vive salientis in vitam eternam in Christo Ihesu domino nostro cui est
gloria et imperium in secula seculorum. Explicit omelia XII. Incipit omelia XIII de puteis quos
fodit ysaac et repleti sunt ab philisteis.

Sollicita ergo puteos semper patriarchas invenimus curare.
Scriptum quod ysaac postquam benedixit illum dominus et magnificatus est valde
aggressus est opus magnum. Et cepit inquit fodere puteos quos foderat
pueri in tempore patris eius abraam. Sed opilaverant eos philistiim et
impleverant terra. Primo ergo habitat apud puteum visionis. Aggreditur alios puteos
aperire, et non primum novos puteos, sed quod foderat pater eius abraham. Et cum fodisset
in medio sed iterum inquit fodit puteos quos foderant pueri abraam patris eius et
opilaverant eos philistiim post mortem abrahe patris eius. Et posuit illis
nomina que posuit pater eius. Fodit ergo ipse puteos quos pater suus foderat, et per
malitiam philisteorum terra fuerant repleti. Fodit et alios novos in valle gerare
non quidem ipse sed pueri eius. Et invenerunt inquit ibi puteum aque vive. Sed
rixati sunt pastores gerare cum pastoribus ysaac dicentes suam esse aquam. Et appel
lat nomen putei iniquitas. Iniquitatem enim gessit cum eo. Sed ysaac recedit a mali
tia eorum et fodit iterum alium puteum. Et pro ipso inquit altercabatur. Et appellat
nomen eius inimicitias. Et recessit inde. Et fodit iterum puteum alium et non sunt rixati
de eo. Et appellat nomen eius amplitudo dicens Quia nunc dilatavit nos deus et auxit
nos super terram. Sed in quo loco sacra aplendit considerans misteriorum magnitu
dinem. Et ad hec quis idoneus. Similia immo longe dissimilia. Quanto longe illo
insidias sumus. Etiam nos videntes tanta in misteriis altitudinem puteorum.
Et ad hec quis idoneus. Quis enim digne valeat explicare tantorum puteorum sacramenta
tantorum. Vel eorum que gesta pro puteis referuntur, nisi sed invocemus patrem verbi
ut dignetur dare ut sermonibus vos possemus aliqualiter aque vive quam de
istis tam copiosis et multiplicibus puteis haurire. Sunt ergo putei quos foderat
pueri abraham, sed quos philistiim repleverant terra. Hos ergo primum purgare
aggreditur ysaac. Philistiim aquas oderunt, terram diligunt. Ysaac aquas
diligit, puteos semper querit. Veteres purgat, novos aperit. Intuere nunc
ysaac qui pro nobis oblatus est, ostiam victorum in valle gerara quod
interpretatur maceria, sive sepe. Nemo te in quo in medium parietem

Putei pueri abrahe

Mysterium

sepis solvat, id est inimicitias in carne sua, medium parietem tollens maceriae, id est peccatum, quod inter nos ac deum separat. Maceria que est inter nos et celestes virtutes, ut faciat utraque unum, et ovem que erraverat humeris suis ad montes et restituat ad alias nonaginta que non erraverant. Hic ergo Ysaac salvator noster cum venisset in istam vallem Gerarum, primo omnium illos puteos fodere vult quos foderant pueri patris sui, legis scilicet et prophetarum. Vult puteos innovare quos Philistim terra repleverant. Qui sunt isti qui terra puteos replent? Illi sine dubio qui in lege terrenam et carnalem intelligentiam ponunt, et spiritualem et mysticam claudunt, ut neque ipsi bibant neque alios bibere permittant. Audi Ysaac nostrum dominum quid in evangeliis dicat: Ve vobis scribe et pharisei qui tulistis clavem scientie, et neque ipsi introistis, neque volentes intrare permisistis. Isti sunt ergo qui puteos ad hoc quos foderant pueri Abraam terrestribus maculant sensibus, puteos ad hoc habentes non ut aquam proferant sed ut terram portant. Hos ergo puteos aggreditur fodere Ysaac. Et videamus quomodo eos fodit. Pueri Ysaac qui sunt apostoli domini cum transirent inquit per segetes sabbato, vellebant spicas et confricantes manibus manducabant. Hunc ergo dicebant isti qui terra repleverant puteos patris eius: Ecce discipuli tui faciunt sabbatis quod non licet. Ut terrenum eorum fodiat intellectum, ille dicit ad eos: Non legistis quid fecit David cum esuriret ipse et qui cum ipso erant, quomodo intravit ad Abiathar sacerdotem et panes propositionis manducavit ipse et pueri sui, quos non licebat manducare nisi solis sacerdotibus. Et his addit: Si sciretis quid est: Misericordiam volo non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes. Sed illi ad hec quid referunt? Rixantur cum pueris eius et dicunt: Iste homo non est a deo, qui non custodit sabbata. Hic ergo fodit puteos Ysaac quos foderant pueri patris sui. Puer patris sui erat Moyses qui foderat puteum legis. Pueri patris sui erant David et Salomon et prophete, et si qui alii sunt qui libros scripserant veteris testamenti, quos terrena et sordida repleverat intelligentia Iudeorum. Quam cum vellet purgare Ysaac et ostendere quia quecumque lex et prophete dixerunt de ipso dixerunt, rixati sunt cum eo Philistim. Sed discedit ab eis; non enim potest esse cum his qui in puteis aquam nolunt habere sed terram, et dicit eis: Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Fodit ergo Ysaac et novos puteos, immo pueri Ysaac fodiunt. Pueri sunt Ysaac Matheus, Marcus, Lucas et Iohannes; pueri eius sunt Petrus, Iacobus, Iudas; puer eius apostolus Paulus, qui omnes novi testamenti puteos fodiunt. Sed pro his altercantur illi qui terrena sapiunt, nec nova fodi patiuntur nec vetera purgari. Evangelicis puteis contradicunt, apostolicis adversantur. Et quoniam in omnibus contradicunt, cum omnibus litigant, dicitur ad eos: Quoniam indignos vos fecistis gratie dei, et hoc tercio ad gentes ibimus. Post hec ergo fodit tertium puteum Ysaac et appellat nomen loci illius Amplitudo, dicens: Quia nunc dilatavit nos dominus et auxit nos super terram. Vere enim nunc dilatatus est Ysaac et auctum est nomen eius super omnem terram, cum adimplevit nobis scientiam trinitatis. Tunc enim tantum in Iudea notus erat deus, et in Israel nomen eius nominabatur; nunc autem in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terre verba eorum. Exeuntes enim pueri Ysaac per universum orbem terre fodiunt puteos et aquam vivam omnibus ostendunt, baptizantes omnes gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti. Domini enim est terra et plenitudo eius. Sed unusquisque nostrum qui verbum dei ministrat puteum fodit et aquam vivam querit, et aqua reficit auditores. Si ergo incipiam et ego veterum dicta discutere et sensum in eis querere spiritualem, si conatus fuero velamen legis amovere et ostendere allegorica esse que scripta sunt, fodio quidem puteos. Sed statim movebunt calumnias amici littere, et insidiabuntur michi, inimicicias continuo et persecutiones parabunt, veritatem negantes stare posse nisi super terram. Sed nos si Ysaac pueri sumus, puteos aque vive diligamus et fontes, a litigiosis et calumniatoribus recedamus, et relinquamus eos in terra quam diligunt. Nos vero nunquam cessemus puteos aque vive fodiendo, et nunc quidem vetera, nunc etiam nova discutiendo, efficiamur similes illi evangelico scribe de quo dominus dixit: Qui profert de thesauris suis nova et vetera. Sed et si quis eorum qui nunc me audiat disputantem, qui solas litteras novit, dicat: fortassis nova sunt ista que dicis, et nec a te credenda sunt. Hec ipse

reportet

Ysaac Christus
philistim

Moyses

pueri Ysaac

Matheus
Marcus
Lucas
Iohannes

qua disputas et doces magna eloquentia est et movet in te livor velut philisteum
quendam dicens quia in meo solo fodisti puteum et videbitur sibi merito
vendicare que propria terre sunt. Verum ad hec ego videbis quomodo sit omnis terra
aquas. Sed si quis philistinus est et terrena sapit nescit in omni terra invenire aquam.
nescit in omni anima invenire rationabilem sensum et imaginem dei. nescit fidem pi-
etatem religionem posse in omnibus invenire. Quid tibi prodest habere eruditionem et
nescire ea uti. habere sermonem et nescire loqui. Istud opus proprie puerorum est qui
in omni terra fodiunt puteos aque vive id est omni anime verbum dei loquuntur
et inveniunt fructum. Denique vis videre quomodo pueri Ysaac istos puteos in terra
alienigenarum foderit. Vide paulum qui ab Iherusalem in circuitu usque ad Illiricum re-
plevit evangelium dei. Sed per singulos istos puteos persecutores passus est
philistinorum. Audi ipsum dicentem secundum hominem bestiis in epheso. quociens virgis [illegible] et
quociens lapidatus est quociens pugnavit ad bestias. sed permansit usquequo exiret ad
latitudinem usquequo in totius orbis latitudine terre ecclesias convocaret. Isti ergo
putei quos fodit abraam id est scripture veteris testamenti sunt repleti terra a
philistinis sive malis doctoribus scribis et phariseis sive etiam adversariis potesta-
tibus et obturate sunt eorum vene. potum prebeant ex his qui ex abrahe semine
sunt. Non potest enim populus bibere ille de scripturis sed sitim patitur verbi dei. donec
veniat Ysaac et aperiat eos ut bibant pueri sui. Gratia ergo filio abrahe christo
de quo scriptum est liber generationis Iesu christi filii david filii abraam qui venit et
aperuit nobis puteos. Ipse enim aperiebat illis qui dicebant Nonne cor nostrum
erat ardens in nobis cum aperiret nobis scripturas. Aperuit ergo hos puteos et
vocavit eos inquit sicut vocaverat eos abraam pater eius. Non enim immutavit voca-
bula mortuorum. Mirum quod moyses etiam apud nos moyses appellatur et
prophete unusquisque suo nomine compellantur. Non enim mutavit in eis nomina sed
intelligentiam commutavit. Commutat autem in eos ut iam ultra non attendamus iudaicis
fabulis et genealogiis interminatis qui a veritate quidem auditum avertunt ad fabulas
autem convertuntur. Aperuit ergo puteos et docuit nos ut non in loco aliquo
quereremus deum sed sciamus quia in omni terra offertur sacrificium eius nomini. Nunc
enim illud est tempus quo veri adoratores adorabunt patrem neque in Iherusalem neque
in monte Garizim sed in spiritu et veritate. Non ergo in loco neque in terra habitat
deus sed in corde habitat. Et si locum dei requiris cor mundum est locus eius. In hoc ergo
loco habitaturum se esse dicit per prophetam cum ait Habitabo in eis et inambulabo
et ipsi erunt michi in populum et ego ero illis deus dicit dominus. Vide ergo quia forte
etiam in uniuscuiusque nostrum anima est puteus aque vive est quidam celestis sensus et
imago dei latens. et hunc puteum philistini id est potestates adverse repleverunt
terra. Qualiter? carnalibus sensibus et terrenis cogitationibus et propter ea portavimus
imaginem terreni. Tunc ergo cum portaremus imaginem terreni philistini repleverant
puteos nostros. Sed quoniam nunc venit salvator noster suscipiamus eius adventum et fodiamus
puteos nostros. Abiciamusque ab eis terram purgemusque eos ab omnibus sordibus et
carnalibus cogitationibus luteis et terrenis. et inveniemus in eis aquam vivam illam
de qua dicit dominus. Qui credit in me flumina de ventre eius fluent aque vive.
Vide quanta sit liberalitas domini. puteos repleverunt philistini et venas nobis
aquarum exiles et tenues invidebant et pro his fontes redduntur et flumina.
Si ergo et vos hodie hec audientes fideli percipiatis auditu operatur et in vobis
Ysaac. purgat corda vestra a terrenis sensibus et videntes tanta mysteria
in scripturis divinis esse latentia proficitis in spiritualibus sensibus. incipietis et
ipsi esse doctores et procedent ex vobis flumina
aque vive. Adest enim verbum dei et hoc nunc eius est operatio ut de anima uniuscuiusque
vestrum removeat terram et aperiat fontem vivum. Intra te enim est
et non extrinsecus venit sicut et regnum dei intra te est. Et mulier illa que
perdiderat dragmam non illam invenit extrinsecus sed in domo sua. Posteaquam
accendit lucernam et mundavit domum sordibus et immundiciis quas
longi temporis ignavia et hebetudo congesserat ibi invenit dragmam. Et
tu ergo si accendas lucernam si adhibeas tibi illuminationem spiritus sancti et

in lumine eius videas lumen. Invenies intra te dragmam, intra te namque collocata est imago Regis celestis. Cum ergo faceret hominem ex inicio deus ad imaginem et similitudinem suam fecit eum. Et hanc imaginem non extrinsecus sed intra eum collocavit. Hec in te videri non poterat donec domus tua sordida erat immundiciis et rudeibus repleta. Iste fons scientie intra te erat situs sed non poterat fluere quia philistim repleverant eum terra et fecerat in te imaginem terreni. Nunc vero quia auditis ab illa omni mole et oppressione terrena per verbum dei purgati imaginem celestis nunc splendescere facito. Hec ergo imago de qua dicebat pater ad filium: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Filius dei est pictor huius imaginis. Et quia talis et tantus est pictor huius imago eius obscurari per incuriam potest deleri per maliciam non potest. Manet enim in te semper imago dei licet tu tibi superinducas imaginem terreni. Istam picturam tu tibi ipse depingis. Cum enim tibi libido suaserit induxisti unum colorem terrenum. Si vero avaritie estuas [illegible] et alium. Sed et cum te ira succenderit [illegible] adiecisti et tercium colorem. Super hec et alius additur superbie et impietatis alius et sic per singula genera quasque malitie species velut diversis coloribus congregatis hanc imaginem terreni quam deus in te non fecit tu tibi ipse depinxisti. Propterea ergo deprecandus est nobis ille qui dicit per prophetam: Ecce ego deleo sicut nubem iniquitates tuas et sicut caliginem peccata tua. Et cum deleverit omnes in te colores qui ex fucis malicie sumpti sunt tunc resplendebit in te imago illa que a deo creata est. Vide ergo quomodo divine scripture formas et species quibus adhibitis anima purgatur [illegible]. Alia forma vide huius imaginis. [illegible] que deus scribit, quas nos scribimus secundum apostolum. Delens enim [illegible] quod erat contrarium nobis tulit de medio [illegible] dicit chirographum peccatorum [illegible] fuit. Unusquisque enim nostrum in hiis que delinquit efficitur debitor et peccati sui litteras scribit [illegible] qui peccatorum continetur. Hec ergo ipse nobis scribimus per ea que delinquimus. [illegible] imago est que in evangelio [illegible] de villico iniquitatis [illegible] dicit: Accipe litteras tuas et sedens scribe octuaginta [illegible] que referunt. Vides ergo [illegible] accipe litteras tuas. Unde constat meas esse litteras peccati. [illegible] autem instrumento deus scribit. Ita enim dicit apostolus: Vos enim estis epistola scripta non atramento sed spiritu dei vivi non in tabulis lapideis sed in tabulis cordis carnalibus. Hec ergo in te dei et litteras spiritus sancti. [illegible] delinquas ipse tibi conscribis peccati chirographum. Sed vide quia semel ad crucem Christi et ad gratiam baptismi deletum est. Tu [illegible] que deleta sunt [illegible] in te permaneat scripta [illegible]. Sed veniamus ad ysaac et fodiamus cum ipso puteos aque vive [illegible] philistim et si rixantur nos [illegible] fodiendo et ut nobis dicatur: Bibe aquam de tuis vasis et de tuis puteis. Et intantum fodiamus ut superabundent aque putei in plateis nostris ut non solum nobis sufficiat scientia scripturarum sed et alios doceamus et alios instruamus ut bibant homines bibant et pecora. Audiant sapientes, audiant simplices, quoque sapientibus et debitor est et insipientibus doctor ecclesie. Potet homines et iumenta [illegible] domine [illegible] et purgante corda nostra Christo Iesu salvatore nostro cui est gloria et imperium in secula seculorum amen.

Incipit alia omelia de eo quod apparuit deus ysaac ad puteum iuramenti et de pacto quod composuit cum abymelech.

Scriptum est et in ipsa ex persona domini [illegible] in manibus prophetarum similatus sum. Qui sermo aliud indicat quod cum unus sit deus noster Iesus Christus per scripturas et aliud [illegible] filius dei sit in figuris tamen et formis scripturarum variis ac diversis [illegible] sic in superioribus exposuisse nos meminimus quod esset in typo ysaac cum offerretur in holocaustum ipsius tunc et arietis formam tenuerit. Ego amplius dico quod et in [illegible] ad abraham [illegible] ne inicias manum tuam in puerum. Ipse ostendit qui venit ad egyptum quod fecisti verbum hoc. Benedicens benedicam te. Quia et agnus qui immolatur in pascha ipse dicitur et bonus pastor ipse signatur et pontifex qui offert sacrificium [illegible] ipse describitur. Sponsus tanquam verbum dei ipse appellatur et tanquam sapientia ipse rursum sponsa nominatur. Sic et ipsa dicit ex persona ipsius tanquam sponso posuit michi mitram et tanquam sponsam ad ornavit me ornamento. Multaque alia ornamenta que nunc mittimus persequi longum est. Sic ergo ipse dominus pro loco forma suum fulget.

Filius dei pictor

quibusque accommodat carnis. Ita etiam sancti qui eius typum gerebant pro locis et temporibus et causis insistendo figuris terminasse credendi sunt. Sic et nunc si in Isaac videmus quo tractatum est nobis. Ascendit inquit inde ad puteum et apparuit ei dominus nocte illa et dixit Ego sum deus Abraham patris tui noli timere tecum enim sum et benedicam te et multiplicabo semen tuum propter Abraham patrem tuum. Prius enim Isaac duas nobis figuras exposuit apostolus. Unam qua dixit quod Ismael quidem filius Agar ipsa secundum carnem. Isaac vero ipse qui ex fide est formam tenet. Aliam qua ait non dixit seminibus tanquam in multis sed semini tuo tanquam in uno qui est Christus. Tenet ergo Isaac et ipse figuram et verbi Christi dei tamquam verbum dei non secundum evangelium loquitur sed in lege incipientes in evangelio perfectos docet. Et Isaac ergo sanctorum nunc vero quod in lege est verbum quod tenet. Ascendit ergo Isaac ad puteum iuramenti et apparuit illi dominus. Ascensionem legis ad eam dignitatem et natam templa esse et corum que in ibi gerebantur divina obsequia. Potest et augmentum spiritualis legis ascensio nominari. Et propterea forte ad puteum iuramenti ascendisse dicitur. Et ibi apparuisse dominus. Propterea enim iuravit dominus et non penitebit eum tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. Ad puteum ergo iuramenti visus est dominus. Cum consummatum esset in eum promissa consummans. Et edificavit ibi altare Isaac et imposuit nomen domini et fixit ibi tabernaculum suum. Considerate ad Isaac puteum edificat quid altare est in lege. Et fixit tabernaculum suum in evangelio vero non tabernaculum figit sed domum edificat et fundamentum collocat. Audi enim sapientiam dicentem de eccl. Sapientia inquit edificavit sibi domum et posuit septem columnas. Audi de hoc ecclesie paulum dicentem fundamentum enim nemo potest ponere preter id quod positum est quod est Christus Iesus. Ubi ergo tabernaculum est ecclesie si fixum sine dubio te domus sua fundamenta sunt. Et supra petram edificatur. Cum vero fundata est supra petram fodit ergo et ibi puteum Isaac. Nec unquam cessat puteos fodiendo donec oriantur fontes aque vive. Et semper impletur et edificatur cum verbo dei.

Et Abimelech ille qui de Gerara adhuc venerat ille Isaac quid venistis ad me. Vos enim odistis me et eiecistis a vobis. At illi dixerunt videntes inquit vidimus quia est dominus tecum. Et diximus fiat iuratio inter nos et te et constituamus tecum pactum ne facias nobis malum. Iste Abimelech ut video non semper pacem habet ad Isaac sed aliquando dissidet. Aliquando pacem requirit. Si meministis quomodo in superioribus diximus de Abimelech que persona tenet studiosorum et sapientium seculi qui per eruditionem philosophie multa etiam ex veritate comprehenderint intelligere quod duo alii potestis. Quomodo erit ad Isaac qui verbum dei quod in lege est tenet figuram. Neque semper in pace. Philosophia enim neque in omnibus legi dei contraria est neque in omnibus consona. Multi enim philosophorum unum esse deum qui cuncta creaverit scribunt. In hoc consentiunt legi dei. Aliquanti etiam hoc addiderunt quod deus cuncta per verbum suum et fecerit et regat et verbum dei sit quo cuncta moderentur. In hoc non solum legis sed et evangeliis consona scribunt. Moralis vero et physica que dicitur philosophia pene omnia que nostra sunt sentit. Dissidet vero a nobis cum deum dicit coeternum. Dissidet cum negat deum curare mortalia sed providentiam eius supra lunaris globi spatia cohiberi. Dissident a nobis cum vitas nascentium stellarum cursibus pendere. Dissident cum perpetuum dicunt hunc mundum et nullo fine claudendum. Sed et alia plurima sunt in quibus nobis cum vel dissident vel concordent. Et ideo Abimelech secundum hanc figuram aliquando in pace esse cum Isaac dicitur aliquando dissidere describitur. Sed et hoc non puto quod otiose scriptum est quod duo alii cum Abimelech venerunt Ochozath gener eius et Phicol princeps militie eius. Abimelech pater meus rex interpretatur. Ochozath tenens. Phicol os omnium. Ochozath tenens et Phicol os omnium ipse philosophie tenet. Que apud eos in tribus partibus dividitur logica physica ethica, id est rationalem, naturalem, moralem. Rationalis est illa que deum patrem omnium constituit.

Sapientia de ecclesia loquitur

Philosophia neque in omnibus legi contraria neque in omnibus consona

Dissidentia

Logicam physicam ethicam

Vbozachi qui dicitur tenens Moralis est que in ore est omnium et ad omnes pertinet et commu
ni similitudine perspicuam omnium inspectat. Hic ergo omnes in Hungarorum erudi
tionibus instituti veniunt ad legem dei et dicunt videntes vidimus quia est deus
tuus et diximus fiat gaudium inter nos et inter te et constituamus tecum partem
ne facias nobis mala. Sed quemadmodum nos te non sumus execrati ita et
tu benedictus domino. Possunt quidem isti tres qui pacem requirunt a verbo dei et
primo capiunt pacto ad sanctitatem eius figura tenere maiorem, qui ex o
rientis partibus veniunt erudiri patrum libris et institutione maiorum et dicunt
quia videntes vidimus natum regem et vidimus quia deus est in ipso et venimus
adorare eum. Sed signus ille est Hungarorum eruditionibus institutus dicens quia deus
erat in Christo mundum reconcilians sibi et admiratus opera eius et maiestatem dicit
videntes vidimus quia est deus tecum et diximus fiat gaudium inter nos sacra
mentis enim ad legem dei in unitate dicit Iuravi et statui ut custodiam mandata
tua. Sed quod petunt ne ne facias inquiunt nobis mala. Sed sic nos te exe
cravi non sumus ita et tu benedictus dominus. Remissionem peccatorum per hec deprecantur in hoc
videntur ne veniat mala. Benedictorum postulant non retributionem. Denique vide
quid sequitur. Et fecit illis inquit convivium magnum Ysaac et manducaverunt
et biberunt. Certum est enim quia qui instruit verbum sapientibus et insipientibus debitor
est. Quia ergo hic convivium sapientibus exhibetur ideo dicitur; quia non parvum sed
magnum fecit. Et tu si non sis adhuc parvulus et lacte indigeas sed exer
citatos deferas sensus et eruditionem plura premissa ad intelligentiam verbi
dei capacior venias, offert etiam tibi convivium magnum. Ponet tibi escam can
gaudium pabulum cibus. Nec lacte quo nutrice quo parvuli nutriuntur, sed
faciat tibi convivium ut vinum magnum. Loquitur tibi sapientia que inter perfectos
perfectur sapientiam dei in misterio absconditam profert, quam nemo principum
huius seculi cognovit. Revelabit tibi Christus Ihesus, hoc quod in eo omnes thezauri
sapientie et scientie absconditi sunt. Faciat ergo tibi convivium magnum, et ipse terrenis
habitabitur si te non invenerit talem ut dicat tibi quia non potui vobis loqui
quasi spiritualibus sed quasi carnalibus, tamquam parvulis in Christo. Corinthiis hec dicit
paulus. Addidit enim cum sint inter vos contentiones et dissensiones, nonne car
nales estis et secundum hominem ambulatis. Istis non fecit magnum convivium pau
lus infantes ut cum esset apud eos egerit nulli oneri esset, ne forte gratis
ab aliquo manducasset sed sibi omnibus qui secum erant nocte et die laborantes
manus sue ministraverunt. Isti enim longe aberant Corinthiis quibus magnum
convivium fecit, ut memini unum quodam ut dignum apud eos predicator verbi dei
potuit exhibere convivium. Tunc vos sumus audire potestis qui eruditos exercitatos
ad audiendum verbum dei defertis sensus, istis fit magnum convivium id est epulas
sed exurgens cum in convivio eos pacem et filiorum promittit. Deprecemur ergo et nos
[illegible] mente ista fiat. actione ad audiendum verbum dei ut facere nos dignetur convivium
magnum. Sapientia enim ingulavit hostias suas et miscuit in cratere vinum suum
et misit servos suos qui omnes quos invenirent ut vocarent ad convivium suum.
Tamen est ut nos ingressi convivium sapientie non cum sordidis nobis in indu
menta insipientie deferamus non fidelitatis veste tumendatis non peccatorum macul
[illegible] sed simplicitate et puritate cordis applicemus verbum et divine sapientie
[illegible] cum est Christus Ihesus dominus noster cui gloria et imperium in secula seculorum amen.

Explicit omelia xii. Incipit omelia xiii. quod scriptum est et accedunt ex egipto
et invenit in terram causa ad sacros pervenire et dimittunt

Observandum nobis est sanctas scripturas legentibus quod in singulis affer
dere nemo conatur et defendere. Si enim diligenter consideremus in
venimus quia numquam fere in scriptis quos boni dicuntur defendisse nec
ad vituperabilia consensisse memoratur. Tunc observatores ordinis
scripturam divinam non ut plerisque videtur inerudito et agresti sermone composita
sed secundum disciplinam divine eruditionis aptata nec tam hystoriarum narratio
nibus quam rebus et sensibus misticis servientes invenies ergo scripturam eorum
quod fame Abraham necessitate descendisse in Egyptum, et veniens simul filios

Spiritualibus

Sancta scriptura composita est

Ascende

Israel ascendisse de Egipto. Deinde et de ipso Abraam dicitur Ascendit
ergo Abraam de Egipto ipse et uxor eius et omnia que eius erant et Loth cum eo
in desertum. Denique et de Ysaac dicitur quia apparuit ei dominus et dixit ei Ne
descendas in Egiptum. Sed et Hismaelite qui portabant thimiamata et resinam
et guttam, qui et ipsi de semine Abraam veniebant in Egiptum descendere
referuntur, cum quibus et Joseph descendisse in Egipto dicitur. Sed et
ipse hoc videtur inquit Jacob, quia est commercium frumenti in Egipto, dixit
ad filios suos: ut quid desides estis? Ecce audivi quia est frumentum in
Egipto: descendite illuc et emite nobis escas ut vivamus et non
moriamur. Et paulopost descenderunt inquit fratres Joseph in Egiptum
comparare frumentum. Ubi cum detentus fuisset Symeon in Egipto et ceteri
fratres eius dimissi redierunt ad patrem, non est scriptum quia ascenderunt
de Egipto, sed impositis inquit frumentis super asinos suos abierunt. Neque enim
digne dicuntur ascendere quorum frater Simeon detinebatur in Egipto, quia
et ipsi merore et cura solliciti vel quibusdam caritatis vinculis tenebantur adstricti.
Cum autem recepto fratre et agnito Joseph sed et Beniamin oculis eius allato
cum leticia redierunt, tunc dicitur quia ascenderunt de Egipto, et venerunt in
terram Chanaan ad Jacob patrem suum. Tunc et quomodo et dixerunt ad patrem, quia
Joseph filius tuus vivit et ipse principatum agit totius terre Egipti. Recessu
enim ab infirmis et humilibus veniunt ad ardua et excelsa conscendunt, quomodo
Joseph vivere indicant et principatum totius Egipti gerere. Hec interim ad
presens nobis occurrere de ascensione potuimus. Ex quibus studiosus quisque occasionem si
habere poterit, plura de scripturis sanctis per tempus ad assertionem probanda colliget.
Verumtamen simile quod audire detinemus de eo quod scriptum est: Quia Joseph
filius tuus vivit. Ego tamen non quidem dicta suscepto. Verum vita ponamus
quia potuisset vivere a libidine, certasse cum uxore domini sui. Non puto quod
a patriarchis de eo indicatum fuisset [illegible] eius Jacob quia filius tuus vivit.
Hoc enim scriptum sed dubio non veniebat. Anima enim que peccat ipsa mo
rietur. Sed et Susanna cum diceret, [illegible] Augustine in laudibus. Si enim
hoc fecero, id est si peccavero, mors mihi est; si non fecero, non effugiam manus
vestras. Videbis quod et peccatum mortem in pectore posuisse. Sed et in primo homine
a deo prolata sententia cum dixit: in quacumque die manducaveritis
de eo morte moriemini. Statim quod prevaricatus est mandatum, mortuus est. Moriebatur
enim anima que peccavit, et arguitur serpens se fefellisse qui dixit non morte
moriemini. Sed et hoc de eo quod dictum est a filiis suis ad Jacob quia Joseph filius
tuus vivit, quibus similia etiam in posterioribus referuntur cum dicitur: Et
resuscitatus est spiritus Jacob patris eorum et dixit Israel: Magnum mihi est si adhuc
Joseph filius meus vivit. Quod in latino dicitur resuscitatus est, [illegible]
in greco scriptum est quod non tam resuscitare quam reaccendere, ut ita
dicam, significat. Et reignire quando ignis solus in forte in aliqua
materia signis consumptis deficit ut extingui videatur, et si forte fomentis adhi
bitis reparetur reaccensus dicitur. Aut si lucerne lumine consumpto defice
mat vel putetur extingui, si forte infuso oleo resuscitetur, [illegible]
[illegible] reaccensa lucerna dicitur, similiter et de lampade et de aliis
[illegible] luminibus appellabitur. Tale ergo aliquid et in Jacob
indicare videbitur hic sermo, quod donec longe fuit ab Joseph et non
est ei annunciatum de vita eius, velut deficeret in eo spiritus eius et lumine
quod in ipso fuit fomentis deficientibus iam erat obscuratum. Ubi vero
venerunt qui ei annunciaverunt de vita eius, id est quod dixerunt quia vita celestis
hominum reaccendit in se spiritum suum et reparatus est in eo splendor luminis.
Et ac passus sit interdum divinus ignis extingui, etiam in sanctis et fideli
bus. Denique preceptum Apostoli qui dona et spiritus et graciam merebant
[illegible] et dicentis: Spiritum nolite extinguere. Talia ergo aliquis
passus fuerat Jacob qualia Paulus precepit fieri non debere et reparacionem

Tracezo

s[ed] p[ost] ea q[uae] [illegible] mutata fuerant de vita ioseph. [illegible] et de eo et recalescit
sp[iritu]s eius iacob et dixit ipse Magnum michi est si adhuc filius meus ioseph
vivit. [illegible] et [illegible] observandum est quia qui recalescit sp[iritu]s suus iacob et dixit ipse
[illegible] qui pene videbatur [illegible] iacob dicit. Ille autem qui dicit magnum michi
est filius meus ioseph vivit [illegible] intelligens et videns magnitudinem vitae q[uae] est
[illegible] iste iam non iacob sed israel scribitur tamquam qui mente videat verum vitam
qui est verus deus [illegible]. Non solum autem de hoc motus est quod audivit quia
filius tuus vivit sed de eo magis quod annunciatum est ei quia ipse sit qui
principatum teneat totius terre egipti. Hoc enim vere magnum est et quod [illegible]
[illegible] suum redegit egiptum [illegible] libidinem [illegible]. Omnes
voluptates corporis [illegible] de terrena. Hoc est principatus totius terre egipti
hoc est quod apud israel magnum dicitur et in admiratione habetur. Si quis non est qui
aliqua [illegible] vitia corporis subiecit [illegible] non cedat et [illegible] de isto non [illegible]
[illegible] de quia principatum ioseph cui nulla corporis dominata est libido [illegible] totius
egipti [illegible] princeps et dominus fuit. Dic ergo non iam iacob sed israel recalescens sp[iritu]
Magnum michi est si ioseph filius meus vivit. Ibo et videbo eum antequam
moriar. Sed nec hoc quidem otiose relinquendum est [illegible] non amarum [illegible] me
[illegible] resuscitatus recalescens dicit. Splendor est enim [illegible]
cat in eo [illegible] penitus non est. Tunc obstulerunt filii eius tunicam ioseph
[illegible] sanguine maculatam sed meditatio eorum decipi potuit ita ut scinderet vestimenta
[illegible] poneret saccum super lumbos suos et lugeret filium suum. Nec velit omnino consolari
[illegible] dicens quia descendam ad filium meum lugens ad infernum. Tunc etiam sic dignum
non erat penitus extinctum in eo lumen. Magna tamen [illegible] fuat absconditum quod non de-
cipi potuit quod vestimenta scinderet lugere quod imploraret mortem quod in infernum
[illegible] lugendo descendere. Iste [illegible] nunc resuscitatus et recalescit sp[iritu]s suus
quia [illegible] recalescit erat ut lumine quod in eo obscurabat [illegible] mendacii
recalescit et resonet vitalis [illegible] q[uod] [illegible] q[uo]d iacob est q[ui] recalescit
sp[iritu]s suus. Israel vero est qui dicit magnum michi est si adhuc filius meus vivit
[illegible] et tu qui audis [illegible] ab eo ubi scriptum est quia dixit non iacob
vocabitur nomen tuum sed israel quia invaluisti ad deum et cum hominibus potens fueris
[illegible] septem [illegible] [illegible] diffinitionem ubi causa [illegible] dicat admirationem
[illegible] qui [illegible] in latitudine [illegible] non filii iacob sed filii israel
esse dicuntur. Ille qui [illegible] videt esau venientem et [illegible]
[illegible] et adoravit septies [illegible] et [illegible] et ad quem [illegible] venditit
primogenita sua non israel sed iacob dicitur. Sed et qui offert dona et dicit si inveni
gratiam coram te suscipe [illegible] de manibus meis propter quod vidi faciem
tuam sicut qui videt faciem dei non erat israel sed iacob. Et ubi audivit quia con-
taminata est dina filia eius et tacuit iacob usquequo venissent filii eius non dicitur israel
sed et [illegible] sunt obscuri [illegible]. Impunita igitur [illegible] non iacob sed israel
dicit Magnum michi est si adhuc ioseph filius meus vivit. Sed et cum venit ad puteum
iuramenti et offert hostias deo patris sui israel non iacob dicitur sed israel. Verum
[illegible] in visione noctis loquitur ad eum deus non dicit israel israel sed iacob iacob
[illegible] quia non erat adhuc [illegible] et non dum [illegible] vocat dei [illegible]
[illegible] et ad intrat in egiptum non israel sed iacob dicitur. Et filii [illegible]
[illegible] et cum stat ante pharaonem ut benedicat eum non israel sed iacob
[illegible] non enim capiebat israel benedictionem sed iacob. Non
ad pharaonem quia parvi sunt et pessimi dies vite mee. Quod utique [illegible]
dicat israel. Post hec vero non de iacob sed de israel dicitur quia vocavit filium suum
ioseph et dixit ei Si inveni gratiam in conspectu tuo pone manum tuam sub femore
meo et facias sicut me [illegible]. Et qui adoravit super fastigium virge
ioseph non erat iacob sed israel. Tunc deinde cum benedixit filios ioseph
israel dicitur et cum convocat filios suos dicit Convenite [illegible]

annunciem vobis in novissimis diebus. Congregamini filii Jacob et audite filii
Israel patrem vestrum. Sed fortissimi requiris. Filii Jacob dicuntur, qui quamvis
Israel vero dicitur qui videt eum. Vide ne forte hic indicetur quod ille minus
consecuti perfecerint, ut Israel initiis adequarentur. Et vero illi filii Jacob dicuntur
tamquam inferiores. Ille vero qui iam perfectus erat, et benedictiones futurorum
construens dabat, Israel appellabatur. Sane quod dicitur quia sepelierunt sepul-
tores Egipti non Jacob sed Israel, grande videtur esse questio. Sed ut arbi-
tror, quod in hoc illorum mundi exprimatur quibus per eum per Christum omnis intel-
lectus bonorum et omnis perspicacia intelligencie, testis Israel ab eis dicatur
sepultus, quia apud inimicos suos mortuus fuit et sepultus fuit. Hec immutans
ad primus occurrere patuit dicta Jacob et Israel per visum deus loquatur. Et
quod cum velut ad quosdam agones proficiscente corroborans et confortans mit-
tat ad Egiptum. Ait enim noli timere descendere in Egiptum. Hoc est dicere: Con-
gressurus adversus principatus et potestates et adversus mundi huius rectores. Siquidem Egi-
ptus appellatur rectores tenebrarum harum. Nolite timere, nolite trepidare
... et si eam saeve vis quia timere non debeas. Audi promissionem meam. In
gentem enim magnam faciam te ibi et descendam tecum in Egiptum, et ego te revo-
cabo inde in finem. Non ergo timet descendere in Egiptum, nec timet agones
huius mundi et obsistencium demonum subire certamina. Cum quo in agones
descenderit, hec demonstrant verba quibus Paulus dicebat: Amplius inquit
ego, qui omnibus illis laboravi non autem ego sed gratia mecum. Sed in ultimis cum
adversus eum commota simul seditio et agone clarissimus pro verbo et predicacione
domini desudaret, astitit ei dominus et dixit eadem que tunc dicit ad Israel:
Noli inquit timere Paule: sicut enim testificatus es de me Jerusalem, ita et te oportet
et Rome testimonium dare. Verum ego amplius, aliquid hic in loco
arbitror latere misterii. Movet enim me quod dixit: In gentem magnam facia-
m te, et descendam tecum in Egiptum, et inde te revocabo in finem. Quomodo est
qui factus est in gentem magnam in Egipto et in fine revocatus est. Potu-
it ad plures illud spectare de quo dici putatur non videbitur verum. Non
enim revocatus est in fine de Egipto, quippe qui defunctus in Egipto est.
Respondendum autem erit, siquidem in eo revocatum dicit adeo Jacob, quia
corpus eius reportatum est, secundum quod si reputatur non erit verum. Quia deus non est
deus mortuorum sed vivorum. Non ergo convenit hic de corpore mortuo in-
telligi, sed de vivis et viventibus apprehendi. Videamus ergo ne forte vel
Adam descendentem in hunc mundum et in gentem magnam, hoc est in celum
ex gentibus factum, confirmatur per omnibus ad patrem regressi, ut protopla-
sti in hoc figura formetur, quod in agones descendit in Egiptum, cum
de paradiso deiectus ... certus ad huius mundi labores et aerumnas. Quod
dedicitur proposito sibi cum serpente certamine, cum dicitur: Ipse tuum observabit
caput et ipse tuum observabit calcaneum. Et iterum cum ad mulierem dicit:
Inimicicias ponam inter te et ipsum, et inter semen tuum et semen illius. Inter
tu eos in hoc certamine positos deserit deus, sed ipse est cum ipsis. Complacet
in Habel, corripit Cain, invocatur adhuc Enoch. Noe in diluvio
archa salutis exstruere, Abraham educit de domo patris sui et de
cognatione sua. Ysaac et Jacob benedicit. Filios Israel educit de Egi-
pto. Per Moysen legem litteris scribit, per prophetas que deerant implet.
Hoc est esse cum eis in Egipto. At vero Revocabo te inde in
finem, hoc esse arbitror sicut supra diximus, quod in fine seculorum unigenitus
filius suus pro salute mundi usque in inferna descendit, et inde protoplau-
stum revocavit. Ipse enim dixit ad latronem: Hodie mecum eris in
paradiso. Hoc enim non illi soli dictum, sed et omnibus sanctis intelligere quibus
in inferna descenderat. In hoc ergo verius quam in Jacob adimpletum
quod dictum est, quia revocabo te inde in finem. Sed et unusquisque nostrum
eodem ordine atque eadem via Egiptum et agones ingreditur. Et si me-
reatur ut deus semper maneat cum eo, faciet eum in gentem magnam. Ma-
gna enim gens est virtutum numerus et iusticie multitudo, in quibus sicut genus
multiplicari dicuntur et crescere. Et complebitur in eo eciam illud quod dicitur

Adam
Eva

Glosa
In finem

Latroni dictum
est hodie mecum

Finis

est quia revocabo te inde in fine. Finis enim perfectio rerum et ultima consumacio
ponitur. Propter hoc demum et aliquis quidam sanctorum dicebat: Ne revoces me in
dimidio dierum meorum. Et item magno patriarche abraam testimonium perhibet
qui defunctus est abraam plenus dierum. Hoc ergo revocabo te inde in fine
scilicet si direxeris qui dextrame bonum erasti fidem servasti cursum consumasti revocabo
te iam de hoc mundo ad beatitudinem futuram ad perfectionem vite eterne ad
iusticie coronam quam reddet dominus in fine seculorum omnibus qui diligunt eum.
Videamus autem quod etiam inde sequitur. Sic quod dicit Et ioseph ponet manus
suas super oculos tuos. Multa quidem intra hunc sermonis velamine ar-
chane intelligentie contegi arbitror sacramenta que congerere pulsare
aliquis temptare et sine intuitu non videbimus absque ratione dici quod
et paronibus meis quibusdam visum est ypotheca quedam in hoc designatum
videri. Cum quidem de tribu ioseph fuit Ieroboam ille qui fecit duas
vaccas aureas ut seducerent populum adorare eas et per hoc velut impositis ma-
nibus suis excecavit et clausit oculos israel ne viderent impietatem suam de quo dicitur est
post impietatem iacob hec omnia et propter peccatum domus israel. Que autem impietas iacob nonne
samaria. Sed si quis forte neget dixisse eam sub spe pietatis futura adeo dicta sunt ad
presentem vituperationem peccati dicimus quia et verus ioseph dominus et salvator noster sic
corporalem manum suam posuit super oculos ceci et reddidit ei visum quem perdiderat ita
etiam spirituales manus suas super oculos legis qui per corporalem intelligentiam fuerant excecati
iam fuerant excecati et reddidit eis visum ut hiis quibus aperit dominus scripturas spirituales
visus in lege et intellectus appareat. Utinam et nobis imponat dominus Ihesus manus
suas super oculos ut incipiamus et nos respicere non ea que videntur sed que non videntur
illos oculos qui non intuentur presentia sed futura et revelat nobis cordis aspectum
quo deus videtur in spiritu per ipsum dominum Ihesum Christum cui gloria et imperium in secula seculorum.

Explicit omelia XV de genesi ... et XVI incipit de septem annis ubi egiptii ...

Secundum scripture fidem nullus egiptius liber pharao enim omnem sibi in
servitute redegit nec aliquem inter egiptiorum fines liberum dimi-
sit et in omni terra egipti libertas adempta est. Et propterea forte
scriptum est Ego sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra egipti
de domo servitutis. Facta est ergo egiptus domus servitutis. Et quod est inslicius, vo-
luntarie servitutis. Ita de hebreis quomodo legitur quia in servitute redacti
sint et quia usque dominacionis excepta libertate perferunt violenter tamen ad hoc
memorantur addicti. Scriptum est enim quia egiptii abhominabantur filios
israel et per potentiam opprimebat egiptii filios israel violenter et affligebant vi-
tam eorum in operibus durissimis luti et lateris et omnibus operibus que erant in cam-
pis in quibus omnibus in servitutem eos redigebant cum vi. Intende ergo diligentius
quo hebrei fuerunt violenter in servitutem redacti quibus natura inerat libertas
tas per deceptionem aliquam ad vim extorquebat pharao vero egiptium populum fa-
cile sibi in servitutem redegerat non statuit quia cum vi hoc faceret sed proclives
sunt egiptii ad degenerem vitam et cito ad omnem famulatum deciderunt viciorum
Respice ad originem generis et invenies quod pater eorum Cham qui meditatem
visat patris ridens meruit sentenciam ut filius eius Chanaan
fratribus suis esset quo in eo nequitia morum argueret conditio servitutis Non ergo immerito
ignobilitatem generis decolor posteritas imitatur. Hebrei etiam si in servitute redigantur
etiam si tirannidem patiantur pharao libertatem de domo servitutis ad libertatem
pristinam quam nunquam amiserant revocantur. Denique etiam divinis legibus cavetur ut
si forte emerit quis hebreum puerum non eum perpetua servitute possideat
sex annis serviat ei septimo vero anno exeat liber. De egiptiis vero nec
tempestatem nec usquam divina lex curam gerit libertatis egiptie quam sponte
perdidat. Sed citro eos conditionis iugo ac servituti perpetue deligat
hec ergo si intelligamus spiritualiter quenam sit egiptiorum servitus agnoscimus quia
servire egiptiis nichil aliud est quam abnoxium se carnalibus viciis et
demonibus et subiectum per quos utique unusquisque nec cognoscitur illata necessitas
cogit sed sponte ... animi et libido ac voluntas corporis subiugat.

Glo. in fine.

Nota ut in de ... vel

pharaonem reddiderunt eum egiptii et sui servi per ... pharao ... egiptii servos fecerat et servi ... ab omnibus ... egipti ... ad ... eius

Cham pater egiptiorum

Servitus egiptiorum

cui se eorum per concordiam subdit. Cui vero libertatis anime cura est et dignitatem
mentis celesti cognicione nobilitat, iste etsi plebis vilis est, etsi videatur affirmari
ad tempus, non tamen libertatem suam in perpetuum perdit. Denique et salvator de li-
bertate et servitute in evangeliis disserens ita loquitur: Omnis inquit qui peccat servus est
peccati. Et iterum dicit: Si manseritis in verbo meo agnoscetis veritatem et veritas li-
berabit vos. Quod si quis forte dicat nobis: quomodo ergo Ioseph omnem
terram in possessionem tradidit Pharaoni et cum omnibus istam servituti, qui sapiens
[illegible] de patre [illegible] suscepta, per hanc corporum servitutem significet, quo
per semetipsum vere in servitutem omnem terram adduxit Pharaoni. Possumus ad hoc re-
spondere quia ipse [illegible] sermo [illegible] excusat ministerium cum dicit: Omnia semetipsos
vendiderunt Egyptii et possessiones suas. Non ergo ad dispensatorem culpa re-
flectitur, ubi digna dispensatorum meritis providentur. Invenimus enim tale
aliquid et a Paulo factum ab eo his qui semetipsum per fide [illegible]
[illegible] fecit iudicium: tradidit Sathane ut discant non blasphemare. Neque
utique nemo dixit Paulum durum egisse, cum quoniam de ecclesia eiecit et Satha-
ne tradidit. Sed ad illum sine dubio culpa refertur, qui pro actibus suis me-
ruit ut non ei esset in ecclesia locus, sed Sathane consortio mereretur adiungi. Ita
ergo et Ioseph cum [illegible] libertatis [illegible] nobilitas in Egyptiis providisset
digna sententia digne natum sortiantur. Ergo et [illegible] aliquid [illegible] invenimus
et divinis dispensationibus tale aliquid gestum in eo quod dicit Moyses: Cum divideret
excelsus gentes et disseminaret filios gentium secundum numerum angelorum dei posuit eas,
et facta est pars domini Iacob funiculus hereditatis eius Israel. Vides ergo quomodo principibus uni-
cuique genti angelorum statuit principatus. Pars autem domini Israel effecta est. Postea
sequitur: Vendiderunt inquit Egyptii terram suam Pharaoni. Obtinuit enim eos fa-
mes. Vituperatio mihi videtur et in hoc Egyptiorum continere. Non enim facile de sanc-
tis scriptum invenimus quia obtinuit eos fames. Nusquam enim scriptum est quia inva-
luit fames super terram, non tamen scriptum est quia obtinuit fames Iacob vel filios eius.
De Egyptiis dicit quia obtinuit eos fames, non tamen obtinet eos. Propterea et quod
constituti in ea sic Paulus invenitur laborans gloriari in tribulacionibus cum
dicit in fame et siti et frigore et nuditate. Quod ergo iustis ad [illegible] virtutis est,
hoc iniustis pena peccati est. Denique etiam in diebus Abrahe scriptum est quia facta
est fames super terram. Et utique si ut quidam putant incaute et imperite esset
sermo scripture divine compositus, putaverat dicere quia descendit Abraham in Egyptum
habitare ibi quia invaluit super eum fames. Sed intuere quanta discretione utatur
sermo divinus, quanta cautela. Cum de sanctis refert famem, dicit invaluisse super terram. Cum
de iniustis, ipsos fame dicit obtentos. Neque ergo Abraham neque Iacob neque filios eius
obtinet fames, sed et si invalescat super terram dicit invalescere. Et temporibus Isaac
[illegible] scriptum est quia facta est fames super terram preter illam famem priorem
que facta est temporibus Abrahe. In tantum enim non obtinet fames Isaac ut dicat
ad eum dominus: Noli descendere ad Egyptum, sed habita in terra quamcumque dixero tibi
et habita et ero tecum. Sed in [illegible] ut arbitror observantia longe est post
ista tempora propheta dicebat: Iunior fui etenim senui et non vidi iustum derelictum
nec semen eius querens panem. Et alibi: Non occidet fame dominus animam iusti.
Ex quibus omnibus declaratur iustum quidem posse pati famem et eos qui terrena
sapiunt. Quorum autem ista causa est ut faciat voluntatem patris qui in celis est
et quorum animam panis ille alit qui de celo descendit, nunquam potest famis in-
eam laborare. Idcirco ergo observas scripta omnia non dicit eos fame obtineri
quibus novit esse saturitatem dei et cibum celestis prebere sapientie. Sed in tertio Re-
gnorum libro similem de relacione famis invenies scripture esse cautelam
ubi cum fames invaluisset super terram dicentem audivimus Heliam ad Achab:
Vivit dominus deus virtutum, deus ipse in cuius conspectu steti, si in his annis
ros et pluvia fuerit super terram nisi per sermonem oris mei. Et post hec mandatur
a domino corvis ut pascant prophetam et ut aquam bibat de torrente
Charith. Et iterum [illegible] Sarephtha Sidonie mandatur mulieri vidue

pasce prophetam cui non amplius quam unius diei superest victus ut lac facta ea in edi-
ficiis fiet et multipliciter abundabit exercitus. Hydria enim farine et capsaces olei
secundum verbum domini non defecit pascendo prophetam. Similiter invenies etiam in temporibus Elisei cum
filius Ader rex Syrie ascendit adversum Samariam et obsedit eam et facta est ingens
fames magna in Samaria usque quo efficeretur caput asini quinquaginta siclis argen-
teis. Sed subito per verbum prophete fit mira conversio dicentis: Audi verbum domini. Hec dicit
dominus: Hic erit hoc tempore cras mensura similaginis siclo uno in portis Samarie.
Vides ergo ex his omnibus quia cui colligatur terra cum terra fames obtineat, non
solum non obtinet iustos sed medela potius per eos intentatur. Terra deserta [illegible]
quam videas quamadmodum observata in omnibus pene scripture sancte locis integre custodi-
ta que ad tropicum et allegoricum sensum, que ipsum [illegible] prophetarum sermonibus
edocemur. Unglorum [illegible] ex xii prophetis aperte et evidenter spiritualem dicit famem. Modo sermonis
pronunciat dominus: Ecce dies veniunt dicit dominus et emittam famem super terram, non famem
panis neque sitim aque sed famem audiendi verbum domini. Videtis que sit fames? Non famem
obtinet peccatores. Videtis que sit fames que invaluit super terram. Qui enim de terra
sunt et terrena sapiunt et non capiunt ea que sunt spiritus dei, famem verbi dei patiuntur.
Legis mandata non audiunt, correptiones propheticas, apostolicas consolationes ignorant,
non sentiunt evangelii medicinam. Et ideo de his recte dicitur: quia valuit fames
super eos. Iusti autem et in lege domini meditantibus diebus ac noctibus sapientia
paravit mensam atque suam. Occidit victimas suas, miscuit in cratere vinum
suum et summa voce clamat: Non ut omnis veniat, non ut abundantes, non ut divi-
tes, neque ut sapientes huius mundi deputant ad se, sed si quis est insipiens inops
sensu veniat ad me. Id est: si qui sunt quales eos quod alibi dicit: Ipsi pauperes
fide divites. Isti conveniunt ad epulas sapientie et dapibus eius refecti depellunt
famem que invaluit super terram. Vide ergo et tu ne forte inveniaris Egyptius
et obtineat te fames, ne forte solis actibus occupatus avaritie vinculis stricte
aut luxurie effusione resolutus alienus efficiaris a sapientie cibis, qui semper in dei
sine dubio famem dei patieris. Tu vero de Abraham stirpe descendas et nobilitatem
generis custodias, pascit te semper lex, pascunt prophete, exhibent tibi et apo-
stoli quasi convivia Insuper et Abraham et Ysaac et Iacob in regno patrum recu-
bare te invitabunt, ut ibi manduces de ligno vite et bibas vinum de vite
vera vinum novum cum Christo in regno patris eius. Ab his enim cibis non potest ieiunare
qui sponsi doctrinam [illegible] cum ipsis est sponsus. Refectus sane in quibus
qui terra sacerdotum Egyptiorum non sit in servitutem redacta pharaoni, neque cum ceteris
Egyptiis vendiderunt semetipsos, sed quia cetera accepit ne [illegible] munera
non a Ioseph, sed ab ipso Pharaone, et per hoc tanquam familiares prae ceteris non vendiderunt
terram suam Pharaoni. Sed per hec neque ceteros esse ostenduntur, quia per nimia fa-
miliaritate quod erat eis cum Pharaone, nec immutationes receperunt, sed permanent in
mala possessione. Et sic his qui in fide et salute profectus est dominus, iam non dicam
vos servos sed amicos. Ita dicit et iste Pharao, tanquam ad summum gradum nequitie
et sacerdotum prodicionis ascenderit. Ita non dicit vos servos sed amicos. Denique
vis scire quid interest inter sacerdotes dei et sacerdotes Pharaonis? Pharao terras
concedit sacerdotibus suis, dominus autem sacerdotibus suis partem non concedit in terra, sed dicit eis:
Ego pars vestra. Observate ergo qui hec legistis omnes domini sacerdotes et videte que
sit differentia sacerdotum, ne forte qui partem habent in terra et terrenis cultibus et studiis
vacant, non tam domini quam Pharaonis sacerdotes esse videantur. Ille est enim
qui vult sacerdotes suos habere possessiones terrarum et exercere agrum non anime cultura
vacare et non legis operam dare. Christus autem dominus noster sacerdotibus suis quid precipit
audiamus: Qui non abrenuntiaverit inquit omnibus que possidet non potest esse meus discipulus.
Contremesco quod dico. Meus enim primo omnium, meus inquam ipse accusator existo meas
condemnatos loquor. Negat Christus esse suum discipulum quem videt aliquid possidentem
et eum qui non renuntiat omnibus que possidet. Et quid agimus? quomodo hec aut ipsi
legimus aut plebibus exponimus, non solum abrenuntiantes his que possidemus sed acqui-
rere volumus ea que numquam habuimus antequam veniremus ad Christum. Numquid quia [illegible] nostra

Margin notes: Siclis | Amos viii | vestrum | vel | familiares | nos | De sacerdotibus | ac

nos redarguit conscientia recte non profitentes que scripta sunt pavesco. Nolo duplicari tibi
metus fratres tuus. Confitebor et hoc coram populo audiente confitebor quod scripta sunt
etsi non dum implesse me novi, sed vel hic saltem commoniti festinemus transire a sacer-
dotibus pharaonis quibus terrena possessio est, ad sacerdotes domini quibus terrena pars
non est, quibus portio dominus est. Talis enim erat et ille qui dicebat Tamquam ege-
tes multos autem locupletantes, et velut nichil habentes et omnia possidentes. Talis erat et
qui dicebat, argentum et aurum non est michi. Audite quid etiam Petrus de se ipso pronuntiat. Audite
cum eo Iohannem pariter profitente et dicentem Aurum et argentum non habeo sed quod habeo
hoc tibi do. In nomine Ihesu Christi surge et ambula. Vide sacerdotum Christi divitias. Vide quales
habentes quanta et qualia largiuntur. Istius opes terrena non possunt terrena possessio
conferre. Sacerdotes sacerdotibus, nunc si videtis et populum egyptium populo israelitico
conferamus. Dicit enim in consequentibus, quia pars fame et servitute populus egyptius
quinta confert pharaoni. Contra vero israeliticus populus decimas offert sacerdotibus.
Vide et in hoc scripturam divinam in contrarium sublimia. Vide egyptium populum propter quintam
hic nunc tributa impendentem. Quinque enim sensus carnis designantur, quibus propter
carnalia deservit. Semper enim istis visibilibus rebus et corporalibus obsequitur. At vero
israeliticus populus donat de quo perfectionis merito. Decem enim vel legis accepit
et decalogi virtute vel mysterii consecutus incognita mundo ignavi sacramenta divina largiendo
suscepit. Sed in novo testamento similiter venerabilis est decadis. Sic et secundum evangelium
domini exponit germinatis virtutibus et servus fidelis de negotiationis sue lucro
decem minas offert domino et decem civitatum accipit potestatem. Unde quia primus
auctor omnium et fons et initium est ipse, deo et populus decimas quas infert et
sacerdotibus praestat, primogenita vero offert primogenito omnis creature et initia primitiis
omnium, de quo scriptum est qui est initium primogenitus omnis creature. Vide ergo ex his
omnibus dicam populi egyptiorum et populi israeliticorum et sacerdotum domini et distantiam
teneas ipsum, inde de quo populo sis et cuius ordinis sacerdotium teneas. Si adhuc
carnalibus sensibus servis, si adhuc quintanis et vectigalibus et spoliis et respicis
ea que visibilia et temporalia sunt et non respicis ea que invisibilia et ad
eterna sunt de egyptio populo te esse cognosce. Si vero decalogum legis et
decadem novi testamenti quam supra exposuimus per impares decas tuas et de his decimas
offers et primogenita, si quidem in fide immolas primogenita ex mortuis et initia tua confers
ad initium omnium rerum israelita es in quo dolus non est. Sed et sacerdotes domini si semetipsos
discutiant ut terrenis actibus liberi sint et possessionum mundanarum possunt dicere ad
dominum. Quia ecce nos dimisimus omnia et secuti sumus te, audient et ab eo quia vos secuti
estis me in regeneratione omnium cum venerit filius hominis in regno suo sedebitis vos super
duodecim thronos iudicantes duodecim tribus israel. Superest ut videamus quid est quod moyses
et habitavit inquit israel in egypto in terra gessen. Interpretatur autem gessen proxi-
mitas vel propinquitas per quod ostenditur quia etsi in egypto habitet israel non tamen
longe est a deo sed proximus est ei et coniunctus, sicut et ipse dicit. Quia ego descendi
tecum in egyptum descendisse et ego tecum. Et nos ergo etiam si videmur in egyp-
tum descendisse, et si in carne positi agones mundi huius et certamina sustinemus
et si inter eos habitamus qui deserviunt pharaoni, tamen si prope deum simus, si in man-
datorum eius meditacione versemur et precepta eius ac iudicia perquiramus. Hoc
